CORPUS SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM LATINORUM



VOL. LVI/1

HIERONYMUS

EPISTULARUM PARS III
EPISTULAE CXXI–CLIV

EDIDIT
ISIDORUS HILBERG

EDITIO ALTERA SUPPLEMENTIS AUCTA

VERLAG DER
ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
LATINORUM

VOL. LVI/1

CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM LATINORUM

EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE SCIENTIARUM AUSTRIACAE

VOL. LVI/1

S. EUSEBII HIERONYMI

OPERA (SECT. I PARS III).
EPISTULARUM PARS III:

EPISTULAE CXXI–CLIV.

EDIDIT


ISIDORUS HILBERG

EDITIO ALTERA SUPPLEMENTIS AUCTA



VINDOBONAE
VERLAG DER ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE
DER WISSENSCHAFTEN
MCMXCVI

SANCTI
EUSEBII HIERONYMI
EPISTULAE



PARS III:

EPISTULAE CXXI–CLIV.

EDIDIT

ISIDORUS HILBERG

EDITIO ALTERA SUPPLEMENTIS AUCTA

VINDOBONAE

VERLAG DER ÖSTERREICHISCHEN AKADEMIE
DER WISSENSCHAFTEN

MCMXCVI

Vorgelegt von w. M. Adolf Primmer in der Sitzung am 12. Juni 1996

2., erweiterte Auflage

Alle Rechte vorbehalten

ISBN 3-7001-2602-6

Copyright der 2. Auflage © 1996 by
Österreichische Akademie der Wissenschaften
Wien

Druck: Druckhaus Grasl, 2540 Bad Vöslau

LECTORI BENEVOLO SALVTEM.

Bello post hominum memoriam atrocissimo professores uniuersitatis Cernouiciensis ter in exilium eiecti nefaria direptione omnibus rebus, quae hostibus alicuius pretii esse uidebantur, spoliati sunt. Inter quos ego diram inprimis expertus sum sortem, quod infirma insuper usus ualetudine per quattuor fere iam annos exul a penatibus meis absum carens cum ceteris libris ad litterarum studia mea necessariis tum copiis ad Hieronymi epistulas edendas ingenti cum sudore per decennia paratis.

His ipsis demum diebus certior factus hostes barbaros bona fortunasque mihi abstulisse omnes, sed abstinuisse uideri litterarum monumentis tam impressis quam manu scriptis me reliquam uitae rationem inuito quidem Mercurio sed propitia Minerua conformare posse sperare audeo. Itaque, si dis placet, breui Cernouicios reuersus et chartas meas Hieronymianas nactus primum impiger ad Hieronymi epistulas prolixe praefandas accedam, deinde indices ad epistularum corpus tam uberes conficiam, ut eos una cum praefatione peculiari uolumine publici fieri iuris par sit. Neque enim hoc uolumen quamquam minus amplum diutius in typothetae horreis iacere otiosum uolui mihique assensus est et opem tulit Augustus Engelbrecht, uir de studiis meis Hieronymianis optime meritus. Benignus igitur interim accipe, candide lector, recensionem extremae huius epistularum partis iam ante belli initia anno MCMXIV a me absolutam atque fore ut ea, quae etiamnunc desiderantur, haud ita longo tempore interiecto ad faustum finem perducantur, mecum laetus spera.

Vindobonae, Kal. Mart. MCMXVIII.

ISIDORVS HILBERG.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

IN APPARATU CRITICO:

ad p. 152, 20 lege: conibuerat *A* cohibuerat *D*

LOCIS CITATIS ADDE:

ad p. 91, 12: cf. Cicero, Cato M. 24.

S. EVSEBII HIERONYMI

EPISTVLAE CXXI—CLIV.

CXXI.

AD ALGASIAM LIBER QUAESTIONUM UNDECIM.

1. Cur Iohannes discipulos suos mittit ad dominum, ut interrogent eum: tu es, qui uenturus es, an alium exspectamus? cum prius ipse de eodem dixerit: ecce agnus dei, ecce, qui tollit peccata mundi? — 2. Quid significet, quod in Mattheo scriptum est: harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non

4 Matth. 11, 3 etc. 5 *Ioh. 1, 29 7 Matth. 12, 20

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII* (*continet initium epistulae usque ad p. 15, 18* eiusdem).
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
𝔅 = *Caroliruhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X* (*continet partem epistulae a p. 24, 8* bene fuerit *usque ad finem*).
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X* (*continet initium epistulae usque ad p. 20, 7* in lege).
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

inc̄ ad agalsiam (*sic*) questionum XI *G* incipiunt capitula questionum (questio *D*) ad algasiam *et post capitulorum enumerationem* ad algasia(*ex* u *A*)m questionum MMIKIωN (= *συμμίκτων*) incipiunt questiones sc̄i hieronimi ad algasiam *AD* hi̇er̄ ad algasiam liber quaestionum. incipiunt capitula *et post capit. enumer.* incipit praefatio *et post praefationem* incipit textus huius libri 𝔅 incipiunt capła ad galafiā *C* ieronimi ad algasiam *et post capit. enumer.* explicit capitula; incipit prefactio (*sic*) *et post praefationem* explicit prologus. incipit liber · I · *B*; *titulus periit una cum priore parte epistulae in Φ*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in A𝔅DB*

3 *capitulorum enumeratione caret C* iohannis 𝔅 interrogarent *A𝔅D* 6 peccatum *D* 7 mattheo (matthaeo) *semper G* matheo *semper fere cet.* scribtum *semper fere G𝔅* harundinem *AD* arund. *cet., cf. ad p. 6, 11. 8, 19. 9, 2*) 8 non *om.D* et *om.G*

extinguet. — 3. Quem sensum habeat, quod in euangelista Mattheo scriptum est: si quis uult post me uenire, abneget se ipsum. quae est sui abnegatio aut quomodo, qui sequitur saluatorem, se ipsum negat? — 4. Quid uult significare, quod in eodem Mattheo scriptum est: uae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus et: orate, ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato? — 5. Quid sibi uelit, quod scriptum est in euangelio secundum Lucam: et non receperunt eum, quia facies eius erat uadens Hierusalem. — 6. Quid sit uilicus iniquitatis, qui domini uoce laudatus est. — 7. Quo sensu accipiendum sit, quod in epistula legimus ad Romanos: uix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori. — 8. Quid sibi uelit, quod ad Romanos scribit apostolus: occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. — 9. Quare apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistula: optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis et reliqua? — 10. Quid uelit intellegi, quod idem apostolus scribit ad Colosenses: nemo uos superet uolens in humilitate mentis et religione angelorum et reliqua. — 11. Quid est, quod idem apostolus ad Thessalonicenses scribit: nisi discessio uenerit primum et reuelatus fuerit homo peccati et reliqua?

2 *Matth. 16, 24 5 Matth. 24, 19 6 *Matth. 24, 20 9 *Luc. 9, 53 10 cf. Luc. 16, 1—8 12 Rom. 5, 7 15 Rom. 7, 8 18 Rom. 9, 3 20 *Col. 2, 18 23 *II Thess. 2, 3

1 hab̄ 𝔅 habet ς in *om.B* euangelio ς matheo *s.l.m2A* Matthaei ς 2 pos *G* 3 abneget—4 negat *om.B* semet ipsum *A* sui *ex* sua 𝔅 4 qui *om.*𝔅 quis *A p.c.m2* salu.] *add.* si *s.l.m2A* qui *s.l.m1*𝔅 quid *ex* qui *D* 6 et orate—sabbato *om.B* 7 in hieme ς 8 uellit *A* 9 eum *om.*ς quia *ex* qui *m2A* 10 quid] qui *D* uillicus *B* 11 laudatur *G* sit] est ς 12 epist.] *add.* est *G* 13 moriatur *B* nam—mori *om.B* 14 uult ς 19 uel. int.] sibi uelit ς 20 ad Col. scribit ς scribit *s.l.*𝔅 scribens *AD* colosenses (colocenses *B*) *codd.* Colossenses ς 21 uolens—reliqua *om.B* relegione *A*,𝔅*a.c.* 22 est] sit *B* 23 tessalon. *G* thesalon. 𝔅*DB* t(h *s.l.*)esalon. *A* dissensio *B* 24 peccati] *seq.* filius (*del.*) 𝔅

PRAEFATIO.

Filius meus Apodemius, qui interpretationem nominis sui longa ad nos ueniens nauigatione signauit et de oceani litore atque ultimis finibus Galliarum Roma praeterita quaesiuit Bethleem, ut inueniret in ea caelestem panem et saturatus eructuaret in domino ac diceret: eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi, detulit mihi in parua scidula maximas quaestiones, quas a te datas mihique tradendas diceret. ad quarum 2 lectionem intellexi studium reginae Saba in te esse conpletum, quae de finibus terrae sapientiam uenit audire Salomonis. non quidem ego Salomon, qui et ante se et post se cunctis hominibus praefertur in sapientia, sed tu regina appellanda es Saba, in cuius mortali corpore non regnat peccatum et quae ad dominum tota mente conuersa audies ab eo: conuertere, conuertere, Sunamitis. etenim Saba in lingua nostra 'conuersionem' sonat. simulque animaduerti, quod quaestiunculae tuae de euangelio tan- 3 tum et de apostolo positae indicant te ueterem scripturam aut non satis legere aut non satis intellegere, quae tantis obscuritatibus et futurorum typis inuoluta est, ut omnis interpretatione egeat et porta orientalis, de qua uerum lumen exoritur et per quam pontifex ingreditur et egreditur, semper clausa sit et soli Christo pateat, qui habet clauem Dauid, aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, ut illo reserante introeas cubiculum eius et dicas: introduxit me rex in cubiculum suum. praeterea satis miratus sum, cur purissimo fonte uicino 4

4 Bethleem = domus panis 6 Ps. 44, 2 9 cf. III Reg. 10, 1—13 10 cf. Matth. 12, 42 13 cf. Rom. 6, 12 14 *Cant. 6, 12 15 cf. Onom. s. 10, 14; 60, 2 20 cf. Ezech. 43, 1—4 et 44, 1—2 22 *Apoc. 3, 7 24 *Cant. 1, 3

1 *de praefationis titulis cf. supra* 2 apodemus *B* 3 beniens *G*, *om. ADC* de *om. B* 4 gall. finibus *C* gallie finibus *D* finibus galileorum *G* 5 eructaret *C* ructuaret (*ex*—rit) 𝔅 dn̄m *G* dm̄ *ADB* 6 eructuauit *A* eructuabit *D* ego *om.* 𝔅 7 scedula *AB* scedola 𝔅 schedula ς 8 a quarum lectione *ADCB*, 𝔅*p.r.* 9 istudium *G* sabba *B* 10 uen. aud. sap. ς salamonis *G* 11 solomon *G* 12 in *om. C* adpell. *G* 14 audis 𝔅 15 sunamites *D* salamitis 𝔅*a.c.* 17 et *om. B* propositae 𝔅*B* indicant te] indicantem *C* 18 aut non sat. int. *om. B* et *om. AD* 19 obuoluta *B* interpretationem *Aa.r.D* 20 exortus *B* 22 Dauid] *add.* qui *DC*, *As.l.m2* cludit *utroque loco G* 24 dicis *B* 25 uicino relicto ς e uicino 𝔅*B*

nostri tam procul riuuli fluenta quaesieris et omissis aquis Siloe, q u a e u a d u n t c u m s i l e n t i o, desideres aquas Sior, quae turbidis saeculi huius uitiis sordidantur. habes ibi sanctum uirum Alethium presbyterum, qui uiua, ut aiunt, uoce et prudenti disertoque sermone possit soluere, quae requiris, nisi forte peregrinas merces desideras et pro uarietate gustus nostrorum quoque condimentorum te alimenta delectant. aliis dulcia placent, nonnullos subamara delectant, horum stomachum acida renouant, illorum salsa sustentant. uidi ego nauseam et capitis uertiginem antidoto, quae appellatur πικρά, saepe sanari et iuxta Hippocraten contraria contrariorum remedia. itaque nostram amaritudinem illius nectareo melle curato et mitte in Merram lignum crucis senilemque pituitam iuuenili austeritate conpesce, ut possis laeta cantare: q u a m d u l c i a g u t t u r i m e o e l o q u i a t u a, s u p e r m e l o r i m e o.

1. *Cur Iohannes discipulos suos mittit ad dominum, ut interrogent eum: t u e s, q u i u e n t u r u s e s, a n a l i u m e x p e c t a m u s? cum prius ipse de eodem dixerit: e c c e a g n u s d e i, e c c e, q u i t o l l i t p e c c a t a m u n d i?* — De hac quaestione in commentariis Matthei plenius diximus — unde

1 Esai. 8, 6 2 cf. Hier. 2, 18; Onom. s. 30, 13; 55, 13 10 cf. Hippocratem apud Galenum *ὑγιεινῶν λόγων* I 7 (VI 34 Kuehn) 12 cf. Ex. 15, 25 13 *Ps. 118, 103 16 Matth. 11, 3 etc. 17 * Ioh. 1, 29 19 cf. Hieron. comm. in Matth. 11, 3

1 siloae *GA* syloe *D* 2 uadent *Ga.c. Aa.c.m2D* desiderares *B* aquas *om.*𝔅*B* seor *B* sibor *C* 3 ibi] istic ς 4 aletium *B* alechium 𝔅 dissertoque *Aa.c.*𝔅 5 posset *B* peregrina *C* merce *Aa.c.* mercedes *D* 6 ueritate *Ga.c.* 7 alliamenta ς aliis—*alt.* delect. *in mg.*𝔅 *om.B alt.* delectent *Aa.c.m2C* 8 stomacum *Ga.c.* sthomacum *Aa.c.m2* falsa *B* 9 ego] g̃ (= ergo) *B* nausiam *Ap.c.m2*𝔅*CB* anthidoto *D* anthido (*add.* do *s.l.m2*) *A* quod *D* qui 𝔅*B* appellantur *AC* 10 *INXPA G* et *eras.A* hippocraten *GD*—tem *C* hyppocratem 𝔅 ipp(ip *B*)ocratem *AB* contrariorum contraria (*add.* esse ς) remedia *C*ς, *om.AD, unde mihi suspicio oritur uerba tradita et a me recepta merum interpretamentum esse, Hieronymum ipsum scripsisse: τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα* 11 nestorio (s *ex* c) 𝔅 12 merram *G* myrram *A*𝔅*C* murram *D* mirram *B* Mara ς s(*eras.*)anilemque *A* pituitam *s.l., in lin. uocabulum erasum* (p··tam, *fort.* poetam) *A* uitam *D* uita (*del., s.l.* pituitam) 𝔅 iuuenali 𝔅*B* iuuenalia *Aa.c.m2* 13 auctoritate *GAD* 14 orio *C* mei *Gp.r.* 15 *de titulo speciali in*𝔅*B cf. supra p. 1* suos *om.ADC* interroget *G* interrogarent *ADCB* 18 ecce *om.GAD* (*cf. p. 1, 6*) peccatum *G*

apparet, quae haec interrogas, ipsa te uolumina non habere —, tamen stringendum est breuiter, ne omnino tacuisse uideamur. Iohannes mittebat discipulos suos in uinculis constitutus, ut sibi quaerens illis disceret et capite truncandus illum doceret esse sectandum, quem interrogatione sua magistrum omnium fatebatur. neque enim poterat ignorare, quem ignorantibus demonstrauerat et de quo dixerat: qui habet sponsam, sponsus est et: cuius non sum dignus calciamenta portare et: illum oportet crescere, me autem minui, deumque patrem audierat intonantem: hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui. quod autem dicit: tu es, qui uenturus es, an alium expectamus? hunc quoque sensum habere potest: scio, quod ipse sis, qui tollere uenisti peccata mundi, sed, quia ad inferos descensurus sum, etiam hoc interrogo, utrum et illuc ipse descendas an inpium sit hoc de filio dei credere aliumque missurus sis. hoc autem scire desidero, ut, qui te in terris hominibus nuntiaui, etiam in inferis nuntiem, si forte uenturus es. tu enim es, qui uenisti dimittere captiuitatem et soluere eos, qui in uinculis tenebantur. cuius sciscitationem dominus intellegens operibus magis quam sermone respondit et Iohanni praecipit nuntiari, uidere caecos, ambulare claudos, leprosos mundari, surdos audire, mortuos surgere et — quod his maius est — pauperes euangelizari, pauperes uel humilitate uel diuitiis, ut nulla inter pauperem diuitemque distantia sit salutis, sed omnes uocentur aequaliter. quodque infert: beatus, qui non fuerit scandalizatus in me, non Iohannem, sed discipulos eius percutit, qui prius accesserant ad eum dicentes: quare nos et phari-

2 3 4

7 Ioh. 3, 29 8 Matth. 3, 11 9 Ioh. 3, 30 10 Matth. 3, 17 12 Matth. 11, 3 etc. 13 cf. Ioh. 1, 29 21 cf. Matth. 11, 4—5 etc. 25 *Matth. 11, 6 etc. 27 Matth. 9, 14

1 qui *B* 2 tam *G* 3 constitutos *Aa.c.m2C* 4 illi discerent 𝔅*a.c.B* 5 fatebantur *B* 6 dem.] ante (antea 𝔅*p.c.m2*) monstrauerat 𝔅*B* 8 calceam. ς 10 int. aud. *ADC* 11 dilectissimus (is *ex* u *D*) *ADC* complacuit *B* 14 peccatum *AD* disc. 𝔅 dec. *B* 15 hoc *om.B* utrum] uirum *B* discendas 𝔅 inpium] ipsum *AD* 16 dei filio *AD* 17 *alt.* in *om.*𝔅*CB* inforis *B* 19 tenebant *D* 20 operis 𝔅*a.c.* operi *B* respondet ς 21 prae(e)cepit *A*𝔅*D* nuntiaret (*alt.* t *eras.*)𝔅 nuntians *B* 23 euangelizare *A*𝔅*a.c.,D* pauperes autem ς ut] et *Aa.c.DC* 24 pauperem—25 aeq. *om.D* 25 quoque *D* tunc quoque *A* beatus est 𝔅*B*

saei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? et ad Iohannem: magister, cui tu praebuisti testimonium iuxta Iordanen, ecce discipuli eius baptizant et plures ueniunt ad eum. quo dicto liuorem significant de signorum magnitudine et inuidiae mordacitate uenientem, cur baptizatus a Iohanne ipse audeat baptizare et multo amplior ad eum turba concurrat, quam prius uenerat ad Iohannem. et ne forsitan plebs nesciens hoc dicto Iohannem suggillari arbitraretur, in illius laudes perorat et coepit de Iohanne ad turbas dicere circumstantes: quid existis ad desertum uidere? harundinem uento agitatam? et quid existis in solitudinem uidere? hominem mollibus uestitum? et reliqua. cuius dicti hic sensus est: numquid ad hoc existis in heremum, ut uideretis hominem instar harundinis uentorum flatu in partes uarias inclinari? ut, quem ante laudauerat, de eo nunc dubitet et, de quo prius dixerat: ecce agnus dei, nunc interroget, utrum ipse an alius sit, qui uel uenerit uel uenturus sit. et quia omnis falsa praedicatio sectatur lucra et gloriam quaerit humanam, ut per gloriam nascantur conpendia, adserit eum camelorum uestitum pilis nulli posse adulationi succumbere et, qui lucustis uescitur ac melle siluestri, opes non quaerere rigidamque et austeram uitam aulas uitare palatii, quas quaerunt, qui bysso et serico et mollibus uestiuntur. dicitque eum non solum prophetam, qui soleat uentura praedicere, sed plus esse quam prophetam, quia, quem illi uenturum esse dixerunt, hic uenisse monstrauit dicens: ecce agnus dei,

2 *Ioh. 3, 26 10 *Matth. 11, 7—8 17 Ioh. 1, 29 et 36 cf. Matth. 11, 3 etc. 20 cf. Matth. 3, 4; Marc. 1, 6 26 *Ioh. 1, 29

3 iordanen *D* —annen *G* —anem *cet.* 5 liborem *GC* et] ex ς 8 et — 9 Ioh. *om.D* forsitam *A* 9 sugillari *ADB* suggillare 𝔅*a.c.* 10 *alt.* ad] in *Ap.c.CB* 11 arund. 𝔅*B* 12 et] sed ς 14 hic *in ras.m2G* heremum] deserto 𝔅 15 arund. *GCB* 16 antea *D* nunc] non 𝔅*a.c.m2B* 17 nunc non *B* 18 praed. falsa ς 19 ut] et 𝔅 20 uestium *A* 21 subc. *ADB* et] ut *GD,Aa.c.* lucustis *G* locustis *cet.* ac] et 𝔅 22 opes non] nec opes neque alias terrenas delicias ς austeram (*add.* ducere *s.l.m2*) uitam (*add.* ducere *s.l.m2, eras.*) *A* 23 bisso 𝔅*B* purpura et bysso *C* sirico *AC* syrico *D* 24 qui—25 proph. *om.A* praedicare *G* 25 profetam *G* propheta *D* 26 dixert *B* dixer̄ 𝔅 dixerant *C* monstratur *B*

qui tollit peccata mundi, praesertim cum ad fastigium prophetale baptistae accesserit; priuilegium, ut, cui dixerat: ego a te debeo baptizari, ipse eum baptizauerit non praesumptione maioris, sed oboedientia discipuli ac timore seruili. cumque 7
inter natos mulierum nullum adserat Iohanne surrexisse maiorem, se, qui de uirgine procreatus est, maiorem esse commemorat siue omnem angelum, qui in caelis minimus est, in terris cunctos homines anteire. nos enim in angelos proficimus et non angeli in nos, sicut quidam stertentes sopore grauissimo somniant. nec sufficit hoc in Iohannis laudibus, nisi ipse praedicans baptismum paenitentiae primus dixisse referatur: paenitentiam agite, adpropinquauit enim regnum caelorum. unde a 8
diebus praedicationis eius regnum caelorum uim patitur, ut, qui homo natus est, angelus esse desideret et terrenum animal caeleste quaerat habitaculum. lex enim et prophetae usque ad Iohannem prophetauerunt, non quod Iohannes prophetarum sit finis et legis, sed ille, qui Iohannis testimonio praedicatus est. Iohannes autem secun- 9
dum mysterium, quod in Malachia scriptum est, ipse est Helias, qui uenturus est, non quo eadem anima, ut heretici suspicantur, et in Helia et in Iohanne fuerit, sed quod eandem habuerit sancti spiritus gratiam zona cinctus ut Helias, uiuens in heremo ut Helias, persecutionem passus ab Herodiade, ut ille sustinuit ab Iezabel, ut, quomodo Helias secundi praecursor aduentus est, ita Iohannes uenturum in carne dominum saluatorem non solum

2 Matth. 3, 14 5 cf. Matth. 11, 11 7 cf. Matth. 5, 19 9 quidam] sc. Origenes et Origenistae 11 Matth. 3, 2 12 cf. Matth. 11, 12 15 cf. Matth. 11, 13 et Luc. 16, 16 16 cf. Rom. 10, 4 18 cf. Mal. 4, 5 Matth. 11, 14 21 cf. Matth. 3, 4; Marc. 1, 6 et IV Reg. 1, 8 22 cf. Matth. 14, 1—11 et III Reg. 19, 2—3

1 peccatum *Ap.c.D* 2 prophetalem *AB̃DB* accessit *B* cui] qui *C* 3 uaptiziauerit *G* praesumtione *G* praesumptionis *C* 4 maiori *GAD* oboedientiae *B̃* serui *ς* 6 se *B̃p.r.B* sed *cet.* 7 in coelis qui *ς* 9 stertenti *Aa.c.m2* sternentis *D* 11 prius *ADC* refertur *Aa.c.m2D* 12 adpropinquabit *AB̃B*¦ 15 prophetarunt *C* 16 quo *B̃* 17 est *om.A* 18 malachi *G* malchia *C* *pr.* est *exp.A* elias *Da.c.m2C* 19 quod *ADCB* ut] quo *B̃a.c.* 20 elia *CB* eadem *G*, *Aa.c.m2* 21 elias *utroque loco C* in her. uiuens *B̃* eremo *C* heremum *G* 22 Helias] *seq. ras. 5 litt.A* herode *A* ipse *ADC* 23 hiezabel *B̃* h(i *s.l.*)ezauel *G* elias *C* secundi] *seq. ras. 2 litt.A* 24 deum *AC*

in heremo, sed et in matris utero saltu et exultatione corporis nuntiarit.

2. *Quid significet, quod in Mattheo scriptum est: harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet.* — Ad cuius expositionem loci totum, quod Mattheus de Esaia propheta adsumpsit, testimonium ponendum est et ipsius uerba Esaiae iuxta septuaginta interpretes ipsumque Hebraicum, cui Theodotio, Aquila Symmachusque consentiunt. sic ergo de quattuor euangelistis solus Mattheus posuit: Iesus autem sciens recessit inde et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes et praecepit eis, ne manifestum eum facerent, ut inpleretur, quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem: ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene conplacuit anima mea. ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus nuntiabit. non contendet neque clamabit neque audiet quisquam in plateis uocem eius. harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad uictoriam iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt. pro quo in Esaia iuxta septuaginta interpretes sic scriptum est: Iacob puer meus, suscipiam eum; Israhel electus meus, suscepit eum anima mea. dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. non clama-

1 cf. Ioh. 1, 29 etc. et Luc. 1, 41—45 3 Matth. 12, 20 10 *Matth. 12, 15—21 24 *Esai. 42, 1—4

1 eremo *C* *pr.* et *om.A* etiam *C* saltu et 𝔅 salutet *G* salutarit et *DCB* salutauerit et *A* 2 nuntiaret 𝔅; *seq.* · || · capitula *B* 3 significat 𝔅 arund. *GCB* 6 hesaia *B* isaia *C* isai *Aa.c.m2* ad(s *B*)sump(p *om.G*)sit *G*𝔅*B* assumit *C* adsumi (*add.* t *s.l.m2*)*A* 7 esaye *B* isaiae *C* 8 hebreicum *Da.c.m2* hebreacum *C* theodotio *G*𝔅 —tion *D* —cion *AB* tehodotion *C* simm(m *A*)ach(c *GB*)usque *GA*𝔅*B* 9 quatuor *GCB* 10 secessit 𝔅*CB* 13 faceret *A* adimpleretur 𝔅*B* 14 eseiam *G* isaiam 𝔅*C* 15 electi *B* bene] mihi *A* 16 anima meae maeae *G* animae meae 𝔅*p.c.m2B* 17 nunt(c)iauit *GB*, *A*𝔅 *Da.c.m2* 18 contendit *Aa.c.m2*𝔅 19 arund. *C* 21 fumigatis *B* 23 isaia *C* 24 sic *om.G*𝔅 25 dilectus *D* suscipit *Aa.c.m2B* suscipiam *C* 27 profert *Aa.c.D* clamauit *GD*, *Aa.c.m2*

bit neque dimittet nec audietur foris uox eius. harundinem confractam non conteret et linum fumigans non extinguet, sed in ueritate proferet iudicium. splendebit et non quassabitur, donec ponat super terram iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt. nos autem ex Hebraeo ita uertimus: ecce puer meus, sus- 4
cipiam eum, electus meus, conplacuit sibi in illo anima mea. dedi spiritum meum super eum; iudicium gentibus proferet. non clamabit neque accipiet personam nec audietur foris uox eius. calamum quassatum non conteret et linum fumigans non extinguet; in ueritate educet iudicium. non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium; et legem eius insulae expectabunt. ex quo apparet 5
Mattheum euangelistam non ueteris interpretationis auctoritate constrictum dimisisse Hebraicam ueritatem, sed quasi Hebraeum ex Hebraeis et in domini lege doctissimum ea gentibus protulisse, quae in Hebraeo legerat. si enim sic accipiendum est, ut septuaginta interpretes ediderunt: Iacob puer meus, suscipiam eum; Israhel electus meus, suscepit eum anima mea, quomodo in Iesu intellegimus esse conpletum, quod de Iacob et de Israhele scriptum est? quod beatum Mattheum non solum in hoc 6
testimonio, sed et in alio fecisse legimus: ex Aegypto uocaui filium meum, pro quo Septuaginta transtulerunt: ex Aegypto uocauit filios suos. quod utique, nisi sequamur Hebraicam ueritatem, ad dominum saluatorem non pertinere manifestum

7 *Esai. 42, 1—4 18 cf. Phil. 3, 5 21 *Esai. 42, 1 25 Matth. 2, 15. Os. 11, 1 26 *Os .11, 1

1 neque *A* uox] uxor *B* 2 arund. *C* fractam *AD* teret *GA* 4 profert *DCB* 10 profert *Aa.c.m2D* clamauit *G,Aa.c.m2* 11 nec *AD* neque *C* 12 cassatum *B* 13 et *om.B* extinḡ 𝔅 14 educit 𝔅 docet *B* iudicium tuum *A* non—15 iud. *om.G* 18 hebraeicam *G* hebr(a)eam *AC* 19 ex *om.*𝔅*B* et *om.AD* lege domini *C* ea 𝔅*p.c.m2C* a (*eras.A*)*cet.* 23 hesu *G* iħm *A* *alt.* de *om.B* 24 israhele *G* israhel *cet.* 25 et *s.l.*𝔅,*om.B* etiam *C* alio loco *ADC* et ex *A* 27 uocabit *D* uocaui 𝔅*a.c.*ς suos] eius ς hebream *A*

est. sequitur enim: ipsi autem immolabant Baalim. quod autem de adsumpto testimonio in euangelio minus est: splendebit et non quassabitur, donec ponat super terram iudicium, uidetur mihi accidisse primi scriptoris errore, qui legens superiorem sententiam in uerbo iudicii esse finitam putauit inferioris sententiae ultimum uerbum esse 'iudicium' et pauca uerba, quae in medio, hoc est inter 'iudicium' et 'iudi-
7 cium', fuerant, praetermisit. rursumque, quod apud Hebraeos legitur: et in lege eius sperabunt insulae, Mattheus sensum potius quam uerba interpretans pro lege et insulis nomen posuit et gentes. et hoc non solum in praesenti loco, sed, ubicumque de ueteri instrumento euangelistae et apostoli testimonia protulerunt, diligentius obseruandum est non eos uerba secutos esse, sed sensum et, ubi Septuaginta ab Hebraico discrepant, Hebraeum
8 sensum suis expressisse sermonibus. puer igitur dei omnipotentis iuxta dispensationem carnis adsumptae, qua ad nos mittitur, saluator est appellatus. ad quem et in alio loco dicit pater: magnum tibi est uocari puerum meum, ut congreges tribus Iacob. hic est uinea Sorech, quae interpretatur 'electa', hic filius amantissimus, in quo sibi conplacuit anima dei, non quo deus animam habeat, sed quod in anima omnis dei monstretur affectus. et non mirum, si in deo anima nominetur, cum uniuersa humani corporis membra secundum leges tropologiae et diuersas intelle-
9 gentias habere dicatur. posuit quoque spiritum suum super eum, spiritum sapientiae et intellegentiae, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis et timoris dei, qui in specie columbae

1 *Os. 11, 2 3 *Esai. 42, 4 9 *Esai. 42, 4 17 *Esai. 49, 6 19 cf. Esai. 5, 1—7. Onom. s. 33, 24; 50, 24 20 cf. Matth. 12, 18 25 cf. Esai. 11, 2—3 26 cf. Matth. 3, 16 etc.

1 bahalim *GB* bhalim *D* 2 autem] aut *B* ads. *B* ass. (assumto *G*) *cet.* 4 in terram *G* in terra *D* inter (r *eras.*) *A* 5 errorem *Aa.r.D* iudicium *B* 6 finitum *C* 7 in] inter *G* 8 praetermittit *C* 12 strumento *AD* 13 secutus *B* 14 ab] ad *Aa.c.m2B* 16 adsumtae *G* assumptae *DCB* qua] quod *AD* 17 in *s.l.G* 18 tibi] ubi *B* greges *B* 19 hoc *ex* hec *m2A* haec ς uineā *Ap.c.m2* sorec *C* qui *B* 20 hic *GB* hic est *cet.* filius meus amant. *A alt.* quo *G* quod *cet.* 21 deus] ipse *Ba.c.m2* monstratur *Ba.c.* 22 dn̄o *B* cum in uniuersa *A* 23 membra] mensa *B* tropholo(o *ex* e *A*)giae(e *B*) *AB* 26 scientiae] sapientiae *C* et pietatis *om.G* dei *G*(*cf. LXX*) domini *cet.*

descendit super eum, de quo et Iohannes Baptista a deo patre audisse se narrat: super quem uideris spiritum sanctum uenientem et manentem in eo, ipse est. et iudicium gentibus nuntiabit, de quo et in psalmis legimus: deus, iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis. qui et ipse loquitur in euangelio: non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. non contendet sicut agnus ductus ad uictimam, non contendet in subuersione audientium. neque clamabit iuxta illud, quod Paulus apostolus scribit: omnis clamor et ira et amaritudo auferatur a uobis. non clamabit, quia Israhel non fecit iudicium, sed clamorem. neque audiet quisquam in plateis siue foris uocem eius. omnis enim gloria filiae regis ab intus et arta et angusta uia est, quae ducit ad uitam. unde in plateis uox illius non audietur, in quibus confidenter agit sapientia latam spatiosamque uiam non ingrediens, sed arguens atque condemnans. unde et illis, qui foris erant, non sua uoce, sed per parabolas loquebatur: harundinem, inquit, quassatam non confringet siue, ut Septuaginta transtulerunt, calamum fractum non conteret. calamus fractus, qui fuit ante uocalis et in laudes domini concinebat, appellandus est Israhel, qui quondam inpegit in angularem lapidem et cecidit super eum fractusque in illo est; propterea dicitur de eo: increpa, domine, bestias calami

2 *Ioh. 1, 33 3 Matth. 12, 18 5 Ps. 71, 2 6 *Ioh. 5, 22 8 Matth. 12, 19 cf. Esai. 53, 7 et Act. 8, 32 9 Matth. 12, 19 cf. II Tim. 2, 14 10 *Eph. 4, 31 11 Esai. 42, 2 12 *Matth. 12, 19 cf. Esai. 42, 2 14 *Ps. 44, 14 cf. Matth. 7, 14 16 cf. Matth. 7, 13 18 cf. Marc. 4, 11 etc. 19 Matth. 12, 20 20 *Esai. 42, 3 23 cf. Esai. 28, 16 etc. 24 *Ps. 67, 31

1 discendit 𝔅 et] *add.* in (*eras.*) *G* iohanne *G* 2 se *s l.m2A,om.D* uiderit *B* 3 uen.] discendentem 𝔅 in eum *C* super eum 𝔅 4 iudicium tuum *A* et *om.*𝔅*B* 5 legimus *om.C* tuum *om.C* 8 contendit 𝔅 ductus est *codd. praeter G*𝔅 9 contendit *A* contend̄ 𝔅 clamauit *GA* 11 clamauit *A* 13 platheis *B* 15 unde] *add.* et *A* (*exp.*) 𝔅*B* 16 audietur (e *eras.*) *G* auditur *cet.*; *add.,sed eras.* in quibus uox illius non audietur *G* in *om.*𝔅 lata *D* non latam *C* 18 illis *scripsi* in his *GADB* his 𝔅*C* per *om.A* 19 arund. *GC*,𝔅*a.c.* 21 antea *ADC* in *om.A* 22 continebat *Aa.c.m2C* concinnabat *B* q̄m 𝔅 quoniam ς

et in Iesu uolumine torrens appellatur Cane, id est 'calami', qui
12 aquas habet turbidas, quas elegit Israhel. purissima Iordanis fluenta contemnens reuersusque mente in Aegyptum et desiderans caenosam ac palustrem regionem peponesque et caepe et alia et cucumes ollasque Aegyptiarum carnium rectissime per Esaiam appellatur calamus fractus, cui qui inniti uoluerit, pertundetur manus eius. qui enim post aduentum domini saluatoris euangelicae interpretationis spiritum derelinquens in Iudaicae litterae
13 morte requiescit, istius cuncta opera uulnerantur. linum quoque fumigans non extinguet, populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore fumi amarissimi et qui noxius oculis est tenebrosaeque caliginis inuoluebatur erroribus. quem non solum non restinxit et redegit in cinerem, sed e contrario de parua scintilla et paene moriente maxima suscitauit incendia ita, ut totus orbis arderet igne domini saluatoris, quem uenit mittere super
14 terram et in omnibus ardere desiderat. secundum tropologiam quid nobis uidetur de hoc loco, in commentariolis Matthei breuiter adnotauimus. iste autem, qui harundinem quassatam non confregit et linum fumigans non extinxit, iudicium quoque perduxit ad uictoriam, cuius iudicia uera sunt, iustificata in semet ipsis, ut iustifi-

1 cf. Ios. 16, 8 sec. cod. Alex. et Onom. s. 26, 9 4 cf. Num. 11, 5 et Ex. 16, 3 6 cf. Esai. 42, 3 cf. Esai. 36, 6 8 cf. II Cor. 3, 6 9 Esai. 42, 3 Matth. 12, 20 10 cf. Ps. 105, 47 11 cf. Prou. 10, 26 15 cf. Luc. 12, 49 17 cf. Hieron. comm. in Matth. 12, 20 18 cf. Esai. 42, 3 et Matth. 12, 20 19 cf. Matth. 12, 20 20 cf. Ps. 18, 10 cf. Ps. 50, 6

1 hiesu *GB* torren apellatur *B* canae B canne *B* cannae ς 2 cont. fl. iord. *ADC* iordannis *G* contempnens B*B* 4 coen. *ADC* cen. *B* p*eponesque *A* coepę *D* cepe *GCB* 5 halia *ex* halea *m2* (*s.l.* allia *m2*)*A* halea *D* allia *CB* cucumes *G* (*cf. Neue-Wagener I*³ *273*) cocumeres *Aa.c.m2D* cucumeres *cet.* recentissime (*s.l.* et rectissime *m2*)*A* 6 isaiam B*B* uolerit *A* pertunditur B*p.c.m2* perturdetur (*exp.*,*s.l.* perforetur *m2*)*A* 9 cunta *C* 10 gent.] *add.* non *A*(*exp.*)*D* 11 extinctus *ex* extinctum *m2A* 12 que *s.l.* B 13 *alt.* non *om.B* re(s *s.l.m2*)tincxit *A* estinxit *C* extinxit B*B* redegit *ex* rediit *m2A* redigit B e] est *D**t(*corr. in* e *m2*)*A*,*om.B* 14 suscitabit *Dp.c.* 15 orbis *om.B* ardere *B* 16 trophologiam *AB* quid *ex* quod *m2A* quicquid *D* 17 uideretur B*p.c.B* com(n *D*)mentariis *AD* adnotabimus *Dp.c.* 18 arund. B*CB* *ras. 3 litt.* (*s.l.* con *m2*) fregit *A* confringet *B* 19 extincxit *A* istinxit *Ga.c.m2* iud. quoque perd. *om.G*

cetur in sermonibus suis et uincat, cum iudicatur, et tam diu lumen praedicationis eius in mundo resplendeat nulliusque conteratur et uincatur insidiis, donec ponat in terra iudicium et inpleatur illud, quod scriptum est: fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra. et in nomine eius gentes sperabunt siue in lege eius sperabunt insulae. quo modo enim insulae turbine flatuque uentorum et crebris tempestatibus feriuntur quidem, sed non subuertuntur in exemplum euangelicae domus, quae super petram robusta mole fundata est, ita et ecclesiae, quae sperant in lege et in nomine domini saluatoris, loquuntur per Esaiam: ego ciuitas firma, ciuitas, quae obpugnatur. 15

3. *Quem sensum habeat, quod in euangelista Mattheo scriptum est: si quis uult post me uenire, abneget se ipsum. quae est sui abnegatio aut quomodo, qui sequitur saluatorem, se ipsum negat?* — De quo in tertio commentariorum eiusdem Matthei libro ita breuiter locutus sum: qui deponit ueterem hominem cum operibus eius, negat se ipsum dicens: 'uiuo autem non ego, uiuit uero in me Christus', tollitque crucem suam et mundo crucifigitur. cui autem mundus crucifixus est, sequitur dominum crucifixum. quibus nunc haec addere possumus: postquam ostendit discipulis suis, quod oporteret eum ire Hierusalem et multa pati a sacerdotibus et scribis et principibus sacerdotum et occidi, adsumens eum Petrus coepit 2

1 cf. *Esai. 42, 4 4 Matth. 6, 10 5 Matth. 12, 21 6 *Esai. 42, 4 8 cf. Matth. 7, 24 etc. 11 *Esai. 27, 3 14 *Matth. 16, 24 17 Hieron. comm. in Matth. 16, 24 cf. Eph. 4, 22 19 *Gal. 2, 20 20 cf. Matth. 16, 24 21 cf. Matth. 16, 24 etc. 23 *Matth. 16, 21—23

1 dum *ADC* iudicaret 𝔅*B* —rit *G* 2 nullius quoque *A* 5 *alt.* et *om.C* 7 uent.] uentu *C* et *s.l.*𝔅 8 sed] et *AB* 9 qui *B* supra *C* petram(m *exp.*)*A* robustam *B* mole *ex* ole *m2A* 10 qui *B* sperabunt *B* s*perant 𝔅 superat *C* *alt.* in *om.G* 11 esayam *B* isaiam 𝔅*a.c.C* 12 qui *B* quae non *D* opp. *GC* 13 habet *Ga.c.* ht̄ 𝔅*B* 14 uenire post me *C* semet *C* 15 qui seq.] quis sequens *Ap.c.m2* salu.] *add.* si *m2A* abnegat ς 16 commentariolo 𝔅 17 sum loc(q𝔅)utus 𝔅*B* 18 eius] suis *AC*,*om.D* 19 iam non ς 22 haec *om.C* 23 suis *om.CB* 24 oportet *D* ire] in *ADC* et *om.ADC*

increpare et dicere: absit a te, domine, non erit tibi hoc. qui conuersus dicit Petro: uade post me, satanas, scandalum es mihi, quia non sapis, quae dei sunt, sed quae hominum. humano quippe timore perterritus passionem domini formidabat. et quo modo audiens 'multa pati' et 'occidi' timebat, sic audiens: et tertia die resurget gaudere debuerat et tristitiam passi-
3 onis resurrectionis gloria mitigare. unde illo pro timore correpto loquebatur ad omnes 'discipulos' siue conuocauit turbam cum discipulis suis, ut Marcus posuit, aut iuxta Lucam dicebat ad cunctos: si quis uult post me uenire, abneget se ipsum et tollat crucem suam et sequatur me. cuius exhortationis hic sensus est: non est delicata in deum et secura confessio. qui in me credit, debet suum sanguinem fundere. qui enim perdiderit animam suam in praesenti, lucri eam faciet in futuro. cottidie credens in Christo tollit crucem suam et negat se ipsum. qui inpudicus fuit, uersus ad castitatem temperantia luxuriam negat; qui formidolosus et timidus, adsumpto robore fortitudinis priorem esse se nescit. iniquus, si sequatur iustitiam, negat iniquitatem; stultus, si Christum confiteatur dei
4 uirtutem deique sapientiam, negat stultitiam. quod scientes non solum in persecutionis tempore et necessitate martyrii, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone negemus nosmet ipsos, qui ante fuimus, et confiteamur eos, qui in Christo renati sumus. idcirco enim dominus crucifixus est, ut et nos, qui credimus in eum et peccato mortui sumus, crucifigamur cum ipso dicamusque, quod Paulus apostolus docuit: cum Christo crucifixus sum

6 cf. Matth. 16, 21 Matth. 17, 22. 20, 19 9 cf. Matth. 16, 24 *Marc. 8, 34 11 *Luc. 9, 23 15 cf. Matth. 10, 39 etc. 16 cf. Luc. 9, 23 20 cf. I Cor. 1, 24 26 cf. Rom. 6, 2 27 *Gal. 2, 19

3 satana *Aa.c.m2DC* 5 formidauit *AD* —bit *C* 6 *alt.* et *om GAD* 7 resurget (—git 𝔅)] resurgere ς (*cf. Matth. 16, 21*) 8 mitigaret *Aa.c.m2C* 10 lucan *D* 12 semet *C* 13 exort. *GADB* non] nos *C* 14 delicta *Aa.c.m2C* delecta *Ap.c.m2* delictum *D* deum et] deo sed *D* credet *B* 15 suam] *add.* propter me *B* 16 lucrif. eam ς futurum *B* cot. *AD* quot. *C* xpm *GC* 18 temperantiam 𝔅*Da.c.* —tiae *A* luxoriam *A*𝔅 formidulosus *G* tumidus *B* 19 se esse 𝔅*C* si *s.l.A* 20 confitetur 𝔅*B* 21 deique] et dei ς 22 solum *om. B* in *om.* ς 24 *pr.* qui] quid *B* quod ς 26 que *s.l.*𝔅 27 apost. paul. *C*

et: mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. qui cum Christo crucifixus est, despoliet principatus et potestates et triumphet eas in ligno. unde et [in euangelio secundum Iohannem] in typum eorum, qui in domino crediturí erant et se cum illo crucifixuri, Simon Cyrenaeus portat crucem eius [quam iuxta alios euangelistas prior ipse portauit].

4. *Quid uult significare, quod in eodem Mattheo scriptum est: uae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus et: orate, ne fiat fuga uestra hieme uel sabbato?* — Quod ex superioribus pendere manifestum est. cum enim euangelium Christi cunctis gentibus fuerit praedicatum et uenerit consummatio uiderintque abominationem desolationis, quae dicta est a Danihele propheta, stantem in loco sancto, tunc praecipitur his, qui in Iudaea sunt, ut fugiant in montes, et, qui in tecto, ne descendant tollere aliquid de domo sua, et, qui in agro, ne reuertantur auferre tunicam suam. de quibus in commentariis eiusdem Matthei plenius diximus. statimque coniungitur: uae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus. in quibus diebus? quando abominatio desolationis steterit in loco sancto. quod quidem iuxta litteram de aduentu antichristi praedicari nulli dubium est, quando persecutionis magnitudo conpellit fugere et graues uteri paruulique

1 Gal. 6, 14 4 cf. Col. 2, 15 5—8 cf. Ioh. 19, 17. Matth. 27, 32. Marc. 15, 21. Luc. 23, 26 10 Matth. 24, 19 *Matth. 24, 20 12 cf. Matth. 24, 14 14 Matth. 24, 15 cf. Dan. 9, 27 16 cf. Matth. 24, 16—18 etc. 19 cf. Hieron. comm. in Matth. 24, 15—18 20 Matth. 24, 19 22 cf. Matth. 24, 15 et Dan. 9, 27

2 nostri ς 4 dispoliet 𝔅 spoliet *ADC* *pr.* in *om.GAD* 5 in eu. sec. Ioh. *et* quam—portauit *e nota marginali male intellecta in Hieronymi textum irrepserunt* Ioh.] Matthaeum ς 6 symon *D*𝔅*B* 7 cy(ci *B*)reneu(*ex* o *m2A*)s *codd.* iux *B* 8 portabit *D* 11 ne] ut non 𝔅 12 exuperioribus *GD* 14 consumatio *B* que *s.l.G* abhomin. 𝔅*DB* 15 daniele *GC* danihelo 𝔅 17 fugiant] fiant (sint *m2*)*A* in montes *G* (*cf. Marc. 13, 14 et Luc. 21, 21*) in montibus *AD* ad montes 𝔅*B* (*cf. Matth. 24, 16*) ad montibus *C* quae *C* ne] non *A*𝔅*B* discendant 𝔅 descendat *AD* 18 reuertatur *GAD* 19 eiusdem] *hic desinit G* 20 subiungitur *Ap.c.m2* 21 in quibus diebus *om.D* 22 abhominatio 𝔅*DB* abhominatione *C* 23 anthicristi *Aa.c.m2D* antixristi *Ap.c.m2* est *om.B* 24 conpellet *Ap.c.m2* fugę *A*

lactantes fugam retardant, licet quidam Titi et Uespasiani aduersus Iudaeos et praecipue Hierusalem obsidionem pugnamque signi-
3 ficari uelint. hiemem quoque et sabbatum sic interpretantur, ne eo tempore fugere conpellantur, quando duritia frigoris in agris et in desertis locis fugientes latere non patitur et obseruatio
4 sabbati aut praeuaricatores facit, si fugiant, aut hostium gladiis subiacere, si sabbati otium et praecepta seruauerint. nos autem audientes dominum saluatorem, ut, qui in Iudaea sunt, ad montana confugiant, ipsi quoque oculos leuamus ad montes, de quibus scriptum est: leuaui oculos meos ad montes, unde ueniet auxilium mihi, et in alio loco: fundamenta eius in montibus sanctis et: montes in circuitu eius et dominus in circuitu populi sui et: non potest abscondi ciuitas super montem posita, et discalciamus nos pellem litterae nudisque pedibus cum Moyse ascendentes montem Sina dicimus: transiens uidebo uisionem hanc magnam, ut possimus intellegere praegnantes animas, quae de semine doctrinarum et sermonis dei initia fidei conceperunt et dicunt cum Esaia: a timore tuo, domine, concepimus et parturiuimus et peperimus, spiritum salutis tuae fecimus su-
5 per terram. sicuti enim semina paulatim formantur in uteris et tam diu non reputatur homicidium, donec elementa confusa suas imagines membraque suscipiant, ita sensus ratione conceptus, nisi in opera proruperit, adhuc uentre retinetur et cito abortio perit, cum uiderit abominationem desolationis stantem in ecclesia et

8 cf. Matth. 24, 16 etc. 10 *Ps. 120, 1 11 Ps. 86, 1 12 Ps. 124, 2 14 *Matth. 5, 14 15 cf. Ex. 3, 5 16 *Ex. 3, 3 19 *Esai. 26, 18 26 cf. Matth. 24, 15 etc. et Dan. 9, 27

1 lactentes *Ap.c.m2*ς quidem *A*𝔅*a.c.*,*D* aduersum 𝔅*B* 2 praecipua 𝔅 3 sabbato *Ap.c.m2* 7 si *om.C* ex praecepto 𝔅 seruarent 𝔅*a.c.m2* 9 ipse 𝔅 leuemus *Ap.c.m2*ς ad] in *C* 11 ueniat 𝔅 14 ciuitas latere 𝔅*B* latere ciuitas ς 15 disculc(t *B*)iamus *Aa.c.m2*𝔅*B* discalciemus *Ap.c.m2C* pelle *Ap.c.m2CB* 16 moysen *Aa.r.D* ascendamus *ADC* in montem 𝔅 in montes (s *exp.*)*B* syna *D*,*om.*ς dicemus *Aa.c.m2C* dicentes *Ap.c.m2* dicamus ς 19 isaia 𝔅*C* isaya *B* 21 fecimus *C* faciemus 𝔅 quem fecisti *ADB* 22 sicut 𝔅*B* 23 putatur *C* homicidium] homo ς 24 membra**que (*fuit* ra *uel* ta) *A* 25 prorumperit *B* in uentre ς 26 abhom. 𝔅*DB*

satanan transfigurari in angelum lucis et de istius modi Paulus foetibus loquitur dicens: filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. has 6
ergo reor iuxta mysticos intellectus esse mulieres, de quibus idem apostolus scribit: mulier seducta in transgressione facta est; saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide et caritate et sanctitate cum pudicitia. quae si de sermone diuino aliquando generarint, necesse est, quae generata sunt, crescere et primum accipere lac infantiae, donec perueniant ad solidum cibum et ad maturam aetatem plenitudinis Christi. omnis enim, qui lacte alitur, inperitus est in ratione iustitiae; paruulus enim est. hae igitur animae, 7
quae necdum pepererunt siue quae necdum potuerunt ea, quae generata sunt, alere, cum uiderint sermonem hereticum stantem in ecclesia, cito scandalizantur et pereunt et in tempestate atque in persecutionibus permanere non possunt, praesertim si otium habuerint bonorum operum et non ambulauerint in uia, quae Christus est. de hac abominatione hereticae peruersaeque doctrinae dicebat 8
apostolus, quod homo iniquitatis et aduersarius eleuet se contra omne, quod dicitur deus et religio, ita ut audeat stare in templo dei et ostendere se, quod ipse sit deus; cuius aduentus secundum operationem satanae et ea, quae concepta sunt, facit perire abortio et, quae nata, ad pueritiam et ad perfectam aetatem peruenire non posse. quam ob rem orandus est dominus, ne in exordio fidei et crescentis aetatis oriatur hiems, de qua scriptum est: hiems

2 Gal. 4, 19 5 *I Tim. 2, 14—15 10 cf. Hebr. 5, 12 11 cf. Eph. 4, 13 *Hebr. 5, 13 18 cf. Ioh. 14, 6 20 cf. II Thess. 2, 3—4 22 cf. II Thess. 2, 9 26 *Cant. 2, 11

1 satanam *CB* et *om.C* foet. paul. *C* fetibus *B,om.AD* 2 dicens *om.*𝔙*B* 4 ego 𝔙*p.r.D* mistico(*ex* u *m2A*)*AB* idem *om.AD* 7 si permanserit *DC,Ap.r.* supermanserit *Aa.r.* super manser̄ *B* 9 generarit ς 10 perueniat 𝔙*B* 11 ad *om.* 𝔙 13 iusticię et *B* haec 𝔙 14 quae necdum] qui nec *B* peper.] *add.* siue quae necdum pari s̄ *D* siue—potuerunt *om.C* *alt.* quae] qui *B* ea *om.C* 16 *alt.* in *om.C* 18 op. bon. *AD* non *om.C* 19 abhom. 𝔙*B* peruersoque *B* 21 et—22 deus *om.B* 22 tamquam deus ς aduentum *Ap.c.m2* 24 *pr.* et *s.l.*𝔙,*om.B* quae] eaque 𝔙*B* quae sunt ς 26 et *om.ADB* de qua scriptum est *s.l.m2*𝔙,*om.B* quo *Aa.c.m2D* *alt.* hiems *om.B*

transiit, abiit sibi, ne otio torpeamus, sed inminente naufragio suscitemus dormientem dominum atque dicamus: praeceptor, salua nos, perimus.

5. *Quid sibi uelit, quod scriptum est in euangelio secundum Lucam: et non receperunt eum, quoniam facies eius erat uadens in Hierusalem.* — Festinans dominus Hierusalem pergere, ut conplerentur dies adsumptionis eius et pascha celebraret, de quo dixerat: desiderio desideraui hoc pascha comedere uobiscum, et biberet calicem, de quo ait: calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum? omnemque doctrinam suam patibulo roboraret iuxta illud, quod scriptum est: cum exaltatus fuero, omnia traham ad me, obfirmauit faciem suam, ut iret Hierusalem. 2 obfirmatione enim et fortitudine opus est ad passionem sponte properantis; unde et Ezechiheli, cui dixerat deus: fili hominis, in medio scorpionum tu habitas et ne timeas eos: obfirmaui, inquit, faciem tuam et dedi faciem tuam aeneam et frontem tuam ferream, ut, si forsitan surrexisset contra eum malleus uniuersae terrae, quasi incude durissima resisteret malleumque contereret, de quo scriptum est: quomodo confractus est et contritus 3 malleus uniuersae terrae? et misit nuntios, id est angelos, ante faciem suam. iustum enim erat, ut dei filio angeli ministrarent; siue angelos apostolos uocat, quia et Iohannes, 4 praecursor domini, angelus appellatus est. cumque ingressi

2 *Matth. 8, 25 et *Luc. 8, 24 5 *Luc. 9, 53 8 *Luc. 22, 15 10 Ioh. 18, 11 12 *Ioh. 12, 32 13 cf. Luc. 9, 51 15 *Ezech. 2, 6 17 *Ezech. 3, 8—9 19 cf. Hier. 50, 23 21 Hier. 50, 23 22 *Luc. 9, 52 24 cf. Mal. 3, 1 et Matth. 11, 10 etc. 25 *Luc. 9, 52—53

1 imber abiit ς 3 saluos nos fac 𝔅 4 uult *Ap.c.* 5 quia *C* 6 erat] *add.* obfirmata *B* 7 in hier. pergere 𝔅 pergere in hier. *C* conpleretur *A* et] ut *AD* 7 *et* 9 pasca *B* 9 uobiscum ante quam patiar ς biberet *Engelbrecht* bibere *codd.* calicem] de calice (—cē 𝔅) 𝔅*B* 12 fuero a terra ς 13 me ipsum *C* obfirm. —Hier. *om.AD* 15 properantes *B* —ti ς ezechiheli 𝔅*D* ezechieli *C* zechieli *A* ihezechieli *B* dn̄s *B* 16 et *om.D* nec *Ap.c.m3* ne *s.l.m2A* 17 obfirmaui *D* obfirma *cet.* 18 aeream *AD* eneam *B* tuum ferreum *A* 19 ut] et *AD* 20 incudo 𝔅*D* incus ς conteret *Aa.c.m2C* 21 contritus est *C* 22 et *eras.A* 23 filio dei 𝔅

essent uicum Samariae, ut praepararent ei, non susceperunt illum, quia facies eius erat uadens in Hierusalem. hostili inter se Samaritani atque Iudaei discordant odio et, cum omnes oderint gentes, proprio contra se furore bacchantur, dum utrique de legis possessione contendunt et in tantum se mutuo persequuntur, ut, postquam Iudaei de Babylonia sunt reuersi, aedificationem templi Samaritani inpedierint. cumque uellent et ipsi cum eis aedificare templum, responderunt Iudaei: non licet nobis et uobis aedificare domum domini. denique pro summa iniuria pharisaei exprobrant domino: nonne daemonium habes et Samaritanus es? et in parabola de Hierusalem descendentis Hiericho Samaritanus ponitur pro signo atque miraculo, quod malus bene fecerit, et ad puteum Samaritanae scriptum est: non enim coutuntur Samaritani Iudaeis. uidentes ergo Samaritae dominum Hierusalem pergere, id est ad hostes suos, quod audierant a discipulis eius, qui ad parandum hospitium uenerant, Iudaeum esse cognoscunt et quasi Iudaeum atque alienum et eum, qui ad inimicos pergeret, suscipere noluerunt. quamquam et alia nobis subiciatur intellegentia, quod uoluntatis domini fuerit non suscipi a Samaritis, quia festinabat ire Hierusalem ibique pati et sanguinem fundere, ne occupatus susceptione Samaritica et doctrina gentis illius passionis differret diem, ad quam uenerat sustinendam. unde dicit et in alio loco: non ueni nisi ad oues perditas domus Israhel et apostolis praecepit: ciuitates Samaritanorum

9 *I Esr. 4, 3 11 *Ioh. 8, 48 12 cf. Luc. 10, 30—37 14 *Ioh. 4, 9 24 *Matth. 15, 24 25 *Matth. 10, 5

1 praeparent *A* pararent *B* 2 susciperunt 𝔅 4 oderit *C* 5 baccantur 𝔅*DB* dum] cum 𝔅*B* utique *A* 6 tanto 𝔅 babil(ll *Aa.r.*)onia *Ap.r.B* 7 sint 𝔅*B* sammarit. *D* semper samarit. 𝔅*B* Samarit. semper ς cumque —8 resp. *om.B* 8 uellint *ex* uelint 𝔅 templum] domum dni (*exp.*, *s.l.* templum) 𝔅 10 prae *A* exprobant *A* exprobrabant *C* dn̄m *AD* 12 parabula 𝔅*D* discend. 𝔅 hiericho *Ap.c.m2*𝔅*a.c.* ierícho *C* hierico *Aa.c.m2* ierico *B* hierichum 𝔅*p.c.D* 13 malis *AD* et *om.AD* ad puteum] aput(d *B*) eum *Aa.c.m2B* 14 script. —15 Sam. *om.B* 15 ergo] autem *ADC* 16 ostis *C* qui] quia *A* 17 cognoscant *Aa.c m2D* 19 nobis] multa (*exp.*,*s.l.* nobis *m2*) 𝔅 20 a *super ras. 2—3 litt. m2A* samaritanis *B* 21 ire in *B*,*om.AC* 22 samm. *D passim* 23 quem *Aa.c m2* in *om.C* 25 ciuitatem ς

non intrabitis, uolens tollere omnem occasionem persecutionis Iudaicae, ne postea dicerent: 'crucifiximus eum, quia se inimicis
7 nostris et hostibus iunxerat'. facies igitur eius erat pergentis Hierusalem et idcirco iuxta alteram intellegentiam non receperunt eum Samaritae, quia festinabat ingredi Hierusalem. ut autem non reciperent, fuit dominicae uoluntatis. denique apostoli in lege uersati, in qua tantum iustitiam nouerant oculum pro oculo, dentem pro dente, ulcisci nituntur iniuriam et imitari Heliam, ad cuius uocem duos pentecontarchas militum ignis absumpserat, dicuntque ad dominum: uis dicimus, ut ignis descendat de caelo et consumat eos? pulchre uis, inquiunt, dicimus; nam et Helias dixerat: si homo dei
8 sum, ignis descendat de caelo super uos. ergo, ut apostolorum sermo efficientiam habeat, uoluntatis est domini. nisi enim ille iusserit, frustra dicunt apostoli, ut ignis descendat super eos, et quodam modo uerbis aliis hoc loquuntur: 'si ad serui Heliae iniuriam ignis descendit de caelo et non Samaritas, sed Iudaeos consumpsit incendium, quanto magis ad contemptum filii dei in
9 inpios Samaritas debet flamma saeuire!' e regione dominus, qui non ad iudicandum uenerat, sed ad saluandum, non in potestate, sed in humilitate, non in patris gloria, sed in hominis uilitate, increpat eos, quod non meminerint doctrinae suae et bonitatis euangelicae, in qua dixerat: qui te percusserit in maxillam, praebe ei et alteram et: diligite inimicos uestros.

3 *Luc. 9, 53 7 Ex. 21, 24 etc. 9 cf. IV Reg. 1, 9—12 et 14 10 *Luc. 9, 54 11 Luc. 9, 54 12 *IV Reg. 1, 10 et 12 19 cf. Luc. 9, 55—56 21 cf. Matth. 16, 27 etc. 23 *Matth. 5, 39 uel *Luc. 6, 29 24 Matth. 5, 44 etc.

1 ne intraueritis *A* omnem *om.AD* 3 erant *D* pergens *AD* 4 aliam ς 5 receperant *B* ingredi in 𝔅*B* 6 autem] hoc (*exp.,s.l.* autem) 𝔅; *add.* eum *C* 7 in lege] *hic desinit C* nouerat *D* 9 uoces *B* duas *ADB* pentecontarcas *B* pentecontadas *Aa.c.m2*𝔅 pentecostadas *Ap.c.m2D* pentecontarchos ς 10 adsumpserat (ms 𝔅*B*) *A a.c.m2B*, 𝔅 *p.c.* ass. *D* adsumeret 𝔅 *a.c.* dicemus *D* 11 discendat 𝔅 consummat *AD* pulcre *D* 12 dicemus *D* 13 ego sum 𝔅 discendat 𝔅 uos] eos 𝔅*a.c.B* 14 hab. eff. (eff. *s.l.m2*𝔅) 𝔅*B* 16 uerbis aliis *s.l.m2*𝔅 loquitur *AD* 17 d(*exp.*)e caelo 𝔅 ccelo (*sic*)*B* sed et *AD* 18 fili *a.c.m2A* 20 iudicandos 𝔅*a.c.* uindicandum *A* 21 *pr.* in *om.A* *alt.* in *om.B* gloriam *B* 23 maxilla *B*

6. Alteram de euangelio Lucae quaestiunculam proposuisti: *qui sit uilicus iniquitatis, qui domini uoce laudatus est.* cuius cum uellem scire rationem et de quo fonte processerit, reuolui uolumen euangelicum et inter cetera repperi, quod adpropinquantibus saluatori publicanis et peccatoribus, ut audirent eum, murmurabant pharisaei et scribae dicentes: quare iste peccatores suscipit et comedit cum eis? qui locutus est eis parabolam centum ouium et unius perditae, quae inuenta pastoris humeris reportata est, et, cur esset proposita, statim intulit: dico uobis: sic erit gaudium in caelo super uno peccatore paenitentiam agente magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non habent opus paenitentiam. aliam quoque parabolam decem dragmarum uniusque perditae et repertae cum proposuisset, simili eam fine conpleuit: sic dico uobis: gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore paenitentiam agente. tertiam quoque parabolam proposuit hominis habentis duos filios et diuidentis inter eos substantiam. cumque minor facultatibus perditis egere coepisset et comedere siliquas, porcorum cibum, reuersus ad patrem susceptus ab eo est. frater quoque inuidens senior patris uoce corripitur, quod laetari debuerit et gaudere, quia frater eius mortuus fuerat et reuixit, perditus et inuentus est. has tres parabolas contra pharisaeos et scribas locutus est, qui nolebant recipere paenitentiam peccatorum et publicanorum salutem. dicebat autem, inquit, et ad discipulos suos — haud dubium, quin 'parabolam'—, sicut prius ad scribas et pharisaeos, qua parabola ad clementiam discipulos hortaretur et aliis uerbis diceret: dimittite et dimittetur uobis, ut in oratione

1 cf. Luc. 16, 1—8 5 *Luc. 15, 1—2 8 cf. Luc. 15, 3—6 10 *Luc. 15, 7 13 cf. Luc. 15, 8—9 15 *Luc. 15, 10 17 cf. Luc. 15, 11—32 22 cf. Luc. 15, 24 25 Luc. 16, 1 28 *Luc. 6, 37

1 posuisti *B* 2 quis ς uillicus ς 5 saluatore 𝔅 7 suscepit *A* 8 eis *om.B* 9 quae *s.l.*𝔅 qui *B* 12 iustos 𝔅 13 pae(e)nitentia *A*𝔅*Dp.c.*,*B* aliam] *add.* decem *A*(*exp.*)*D*(*eras.*) quoque] que *ex* quaque *m*2*A* 14 drachmarum ς gemmarum *B* 18 dn̄s (*del.*) hominis 𝔅 19 silicas *B* 20 cibum *om.B* 21 quoque] que 𝔅 correptus est ς 22 perditus orat *B* *tert.* et *om.*𝔅 23 has ergo *A* phariseorum et *B* 25 autem *del.*𝔅 26 haut 𝔅*D* aud *B* quin *om.*𝔅*B* 27 qua] quę *ex* quia *m*2*A* cohortaretur 𝔅 (co *exp.*) *B* dic. uerbis ς 28 dimittite] dimitte *B* ut] et *AD*

dominica libera fronte poscatis: dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus
6 nostris. quae est ergo parabola ad clementiam discipulos prouocantis? homo quidam erat dives, qui habebat uilicum siue dispensatorem; hoc enim *οἰκονόμος* significat. uilicus autem proprie uillae gubernator est, unde et a uilla 'uilicus' nomen accepit. *οἰκονόμος* autem tam pecuniae quam frugum et omnium, quae dominus possidet, dispensator est. unde et *Οἰκονομικὸς* Xenofontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem uillae, sed dis-
7 pensationem uniuersae domus Tullio interpretante significat. iste igitur dispensator accusatus est ad dominum suum, quod dissipasset substantiam eius. quo uocato dixit: quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis; neque enim ultra mea poteris dispensare. qui dixit in semet ipso: quid faciam, quia dominus meus aufert a me dispensationem? fodere non ualeo, mendicare erubesco. scio, quid faciam, ut, quando sublata mihi fuerit dispensatio, suscipiant me
8 in domos suas. uocauitque singulos debitorum domini sui et dixit primo: quantum debes domino meo? qui dixit ei: centum batos olei. ait illi: tolle cautionem tuam et sedens cito scribe quinquaginta. deinde ad alium locutus est: tu autem quantum debes? ille respondit: centum coros tritici. dicit ei: tolle cautionem tuam

1 Matth. 6, 12 4 Luc. 16, 1 11 cf. Luc. 16, 1—2 12 *Luc. 16, 2 15 *Luc. 16, 3—14

1 dom. lib.] dominicali uera *D* 3 ad clem.] clementia ad *Aa.c.m2D* 3 prouoc.] cohortantis 𝔅*B* 4 uill. *B* 5 enim] autem *AD* *OIKONOMOYC A* (*s.l.* iconomus *m2*) *D* uill. *B* 6 uillici *AB* uillicus ς 7 *OECONOMOC* 𝔅 *OIK(OK A)ONOMOYC A* (*s.l.* iconomus *m2*) *D* oeconomus *B* 8 *OIKONOMOYC A* (*s.l.* iconomus. iconomicus *m2*) *D* oeconomikoc(—cus *B*) 𝔅*B* Xenophontis ς 9 pulcerrimus *D* 11 dissiparet *D* dispensaret (*s.l.* dissipasset *m2*)𝔅 dissiparet uel dispensaret *B* 12 sustantiam *DB* quo *ex* qui *m2A* 13 reddere 𝔅 disp. tuae ς 14 mea (m *eras.*) 𝔅 ea *B* quid *B* intra semet ipsum ς 15 a me *om.B* 17 e(ae *A*)rubescam *Aa.c.m2D* 18 fuerit mihi *A* 19 suas] suos 𝔅*a.c.D* uocau(b *D*)it itaque *AD* debitores *Ap.c.m2*𝔅 21 batos] chados *A* ait (i *eras.*) ille *A* 22 tuam *om AD* 23 ad alium] alio *A* 24 at ille *AD* 25 choros *AD* dicitque *AD* dixitque ς

et scribe octoginta. et laudauit dominus uili- 9
cum siue dispensatorem iniquitatis, quod prudenter
fecerit: quia filii saeculi huius prudentiores
sunt filiis lucis in generatione sua. et ego dico
uobis: facite uobis amicos de iniquo mamona,
ut, quando defecerit, recipiant uos in ae-
terna tabernacula. qui fidelis est in paruo, et
in multis fidelis est et, qui in minimo iniquus
est, et in multis iniquus erit. si ergo in iniquo 10
mamona fideles non fuistis, quod uerum est,
quis uobis credet? et si in alieno fideles non
fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis?
nemo seruus potest duobus dominis seruire.
aut enim unum habebit odio et alterum dili-
get aut unum audiet et alterum contemnet.
non potestis deo seruire et mamonae. audie-
bant autem haec omnia pharisaei, qui erant
auari, et subsannabant illum. totum parabolae huius 11
textum posui, ut non nobis intellegentiam aliunde quaeramus et
in parabola certas nitamur inuenire personas, sed interpretemur
eam quasi parabolam, hoc est similitudinem, quae ab eo uocatur,
quod alteri παραβάλλεται, hoc est adsimilatur, et quasi umbra
prooemiumue ueritatis est. si ergo dispensator iniqui mamonae 12
domini uoce laudatur, quod de re iniqua sibi iustitiam praepara-
rit, et passus dispendia dominus laudat dispensatoris prudentiam,
quod aduersus dominum quidem fraudulenter, sed pro se pru-
denter egerit, quanto magis• Christus, qui nullum damnum

23 cf. Luc. 16, 9

1 dn̄s (*del.,s.l.* dominicus *m2*)𝔅 uill. *DB* 5 māmona *Apassim* 6 de-(*exp.*)fecerit (*add.* is *s.l.m2*) *A* defe(defi *m2*𝔅)cerint 𝔅*D* deferint *F* defeceritis ς suscipiant *B* 8 multo ς est *om.B* et *om.AD* *alt.* in *om.*ς 9 multo ς erit] est *D* *alt.* in *om. Aa.c.m2D* 10 uerum ς uestrum *codd.* 11 uob. credit 𝔅 credit uob. *AD* credet uob. ς 14 habet *AD* diligit *A*𝔅*B* 15 aut] ut *Aa.c.m2* et 𝔅*a.c.* 20 parabo(u 𝔅)las *A*𝔅*a.r.,DB* 21 qui *B* 22 alter *B* ΠΑΡΑΒΑΜΕΡ(*S D*)*AI A* (*s.l.* parabamesai *m2*) *D* adsimulatur 𝔅*B* adsimilata *Ap.c.m2* et *om.AD* 23 prooemiumue *scripsi* proemium 𝔅 prohemium *D* praemium *AB* praeuium ς est uer. *A* sic *A* 24 praeparet *A* 25 dispendium *AD*

sustinere potest et pronus est ad clementiam, laudabit discipulos suos, si in eos, qui sibi crediti sunt, misericordes fuerint! denique post parabolam intulit: et ego dico uobis: facite uobis
13 amicos de iniquo mamona. iniquus autem mamona non Hebraeorum, sed Syrorum lingua diuitiae nuncupantur, quod de iniquitate collectae sint. si ergo iniquitas bene dispensata uertitur in iustitiam, quanto magis sermo diuinus, in quo nulla est iniquitas, qui et apostolis creditus est, si bene fuerit dispensatus, dispensatores suos leuabit in caelum! quam ob rem sequitur: qui fidelis est in minimo, hoc est in carnalibus, et in multis fidelis erit, id est in spiritalibus. qui autem in paruo iniquus est, ut non det fratribus ad utendum, quod a deo pro omnibus est creatum, iste et in spiritali pecunia diuidenda iniquus erit, ut
14 non pro necessitate, sed pro personis doctrinam domini diuidat. 'sin autem', inquit, 'carnales diuitias, quae labuntur, non bene dispensetis, ueras aeternasque diuitias doctrinae dei quis credet uobis? et si in his, quae aliena sunt — alienum est autem nobis omne, quod saeculi est — infideles fuistis, ea, quae uestra sunt et proprie homini deputata, quis uobis credere poterit?' unde corripit auaritiam et dicit eum, qui amat pecuniam, deum amare non posse. igitur et apostolis,
15 si uelint amare deum, esse pecunias contemnendas. unde scribae et pharisaei, qui erant auari, aduersum se dictam intellegentes parabolam subsannabant eum carnalia et certa et praesentia spiritalibus ac futuris et quasi incertis praeponentes. Theophilus, Antiochenae ecclesiae septimus post Petrum apostolum episcopus, qui quattuor euangelistarum in unum opus dicta conpingens ingenii sui nobis monumenta dimisit, haec super hac parabola in suis

3 *Luc. 16, 9 9 *Luc. 16, 10 21 cf. *Luc. 16, 14

1 laudauit *AD* 2 si in] siue (ue *in ras. m2*) *A* crediturі sibi ς si (*s.l.m2*) misericordes fuerunt *A* 3 uobis dico ς 4 iniquo *Ap.c.m2,om.*ς mamona autem ς 5 sirorum *Aa.c.m2B* 6 sint] s̄ 𝔅 iniquitas] iniqua *D* res (*s.l.m2*) iniqua *A* 8 et *om.AD* bene fuerit] *hic incipit* Φ 9 leuauit Φ 11 id] hoc ς 12 non *om.B* ad] at Φ 13 creatum *s.l.*Φ creditum *A* diuidende Φ ut] si 𝔅 14 si *AD* 15 inquit *om.AD* carnalis Φ dispensatis ς 16 que *om.B* credit 𝔅Φ det *AD* 17 qui *B* est autem Φ autem est *cet.* a nobis *ADB* 18 in (*eras.*𝔅) ea 𝔅Φ*B* 19 dep. hom. *AD* corripit] *add.* etiam (*exp.*) 𝔅 20 amet *B* 21 pec. esse ς 23 subsanabant *D* *pr.* et *eras.A* ut ς incerta Φ cetera *A* *alt.* et *s.l.*𝔅*B* 24 qualisi (li *eras.*) 𝔅 qualis Φ incerti Φ theofilus *A*𝔅Φ anthiochenae 𝔅*D* antiocene *B* anthiocenaenae Φ

commentariis est locutus: diues, qui habebat uilicum 16
siue dispensatorem, deus omnipotens est, quo
nihil est ditius. huius dispensator Paulus, qui
ad pedes Gamaliel sacras litteras didicit, legem
dei susceperat dispensandam. qui cum coepis-
set credentes in Christo persequi, ligare, occi-
dere et omnem domini sui dissipare substan-
tiam, correptus a domino est: Saule, Saule, quid
me persequeris? durum est tibi contra stimu-
lum calcitrare. dixitque in corde suo: quid faci- 17
am? qui magister fui et uilicus, cogor esse di-
scipulus et operarius. fodere non ualeo. omnia
enim mandata legis, quae terrae incubabant,
cerno destructa et legem et prophetas usque
ad Iohannem Baptistam esse finitos. mendicare
erubesco, ut, qui doctor fueram Iudaeorum,
cogar a gentibus et a discipulo Annania salutis
et fidei mendicare doctrinam. faciam igitur, 18
quod mihi utile esse intellego, ut, postquam
proiectus fuero de uilicatione mea, recipiant
me Christiani in domos suas. coepitque eos, qui
prius uersabantur in lege et sic in Christo cre-
diderant, ut arbitrarentur se in lege iustifi-
candos, docere legem abolitam, prophetas
praeterisse et, quae antea pro lucro fuerint,
reputari in stercora. uocauit itaque duos de plu- 19
ribus debitoribus. primum, qui debebat centum

1 Theophil. Antioch. comm. in euang. 3 cf. Act. 22, 3 8 Act.* 9, 4 et 26, 14 12 Luc. 16, 3 14 cf. Luc. 16, 16 etc. 15 Luc. 16, 3 17 cf. Act. 9, 10 23 cf. Gal. 2, 16 et 3, 11 25 cf. Phil. 3, 8

1 loc. est *B* uill. *B* 2 dei *B* 3 disp. est 𝔅*p.c.m2*ς 4 gamalihel Φ Gamalielis ς et legem ς 5 dispensare *D* 9 tibi est *AD* stimulo Φ*a.c.* —los *B* 10 quid faciam *om.B* 11 qui] quia *AD* quia qui ς sui *B* et *s.l.*Φ uill. *Aa.c.B* 13 enim *om.AD* incobant *mut. in* incohabant *et in* incubant 𝔅 incubebant *B* 14 distructa 𝔅Φ *alt.* et] atque ς 15 finitus (—tas *m2*) *A* 17 cogor 𝔅 annania *Aa.c.*𝔅Φ anania *cet.* 18 et] ac ς 19 postquam *om.B* 20 uill. *AB* 21 eis *Ap.c.m2* 22 et —23 lege *in mg. sup. m2*𝔅,*om.*Φ xpm *B* 23 ut] ne *B* 24 dicere *AD* abol.] *add.* et sic *in mg.m2*𝔅 prophetias ς 25 lucra 𝔅 fuerant 𝔅 26 de] e *s.l.m2A* plurimis *A* 27 debeat *B*

batos olei, eos uidelicet, qui fuerant ex gentibus congregati et magna indigebant misericordia dei, et de centenario numero, qui plenus est atque perfectus, fecit eos scribere quinquagenarium, qui proprie paenitentium est iuxta iubeleum et illam in euangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarii dimittuntur. secundum autem uocauit populum Iudaeorum, qui tritico mandatorum dei nutritus erat et debebat ei centenarium numerum, et coegit, ut de centum octoginta faceret, id est crederet in domini resurrectionem, quae octauae diei numero continetur, et de octo conpleretur decadis, ut de sabbato transiret ad primam sabbati. ob hanc causam a domino praedicatur, quod bene fecerit et pro salute sua in euangelii clementiam de legis austeritate mutatus sit. quodsi quaesieris, quare uocetur 'uilicus iniquitatis' in lege, quae dei est: iniquus erat uilicus, qui bene quidem offerebat, sed non bene diuidebat credens in patre, sed filium persequens, habens deum omnipotentem, sed spiritum sanctum negans. prudentior itaque fuit Paulus apostolus in transgressione legis filiis quondam lucis, qui in legis obseruatione uersati Christum, qui dei patris uerum lumen est, perdiderunt. Ambrosius, Mediolanensis episcopus, quid de hoc loco senserit, in commentariis eius legere poteris. Origenis et Didymi in hanc parabolam explanationem inuenire non potui et, utrum

5 cf. Leu. 25, 10 etc. 6 cf. Luc. 7, 41—42 12 cf. uol. II p. 60, 13 cum adnot. 18 cf. Luc. 16, 8 22 cf. Luc. 16, 8

2 misericordiam *DΦ* 4 quinquagin. *ℬΦ* 5 penitentum *D* iobeleum *D*,*Φa.c.* iubileum *Aa.c.* iubilaeum *ς* 7 qui(*ex* a)nquagenta *Φ* denari *B* 11 octuag. *Φ* octoag. *ℬ* 12 credere *Aa.c.m2D* resurrectione *ΦB* qui *ΦB* 13 octauo *B* —ua *ex* ue *Φ* continet *Φ* 14 conpleret *Φ* completur *ς* decadis *Ap.c.m2* decades *cet.* decadibus *ς* sabb. legis *ς* 16 quod *ex* qui *A* faceret *ex* feceret *Φ* 18 uilicus *s.l.ℬ*,*om.Φ* uill. *Aa.r.B* 19 uill. *AB* 21 patrem *ADB* 24 filius *B* 25 dei *s.l.B* 26 ambrosius quidem *AD* 27 conm. *DΦ* dydimi *Φ* didimi *cet.* 28 hac parabola *ADB*

abolita sit temporum uetustate an ipsi non scripserint, incertum habeo. mihi iuxta priorem interpretationem hoc uidetur, quod de iniquo mamona debeamus nobis amicos facere non quoslibet pauperes, sed eos, qui nos possint recipere in domos suas et in aeterna tabernacula, ut, cum eis parua praebuerimus, recipiamus ab illis magna et dantes aliena nostra suscipiamus et seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem; qui enim parce seminauerit, parce et metet.

7. *Quo sensu accipiendum sit, quod in epistula legimus ad Romanos: uix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.* — Duae hereses ex occasione huius testimonii, quod non intellegunt, diuerso quidem errore, sed pari inpietate blasphemant. Marcion enim, qui iustum deum et creatorem legis facit et prophetarum, bonum autem euangeliorum et apostolorum, cuius uult esse filium Christum, duos introducit deos: alterum iustum et alterum bonum. et pro iusto adserit uel nullos uel paucos obpetisse mortem, pro bono autem, id est Christo, innumerabiles martyres extitisse. porro Ar- 2
rius iustum ad Christum refert, de quo dictum est: deus, iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis — et ipse de se in euangelio: non enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio et: ego, sicut audio, ita iudico —, bonum autem deum patrem, de quo ipse filius confitetur: quid me dicis bonum? nemo est bonus nisi unus deus pater. cumque hucusque blasphemiae suae deuios calles potuerit inuenire, in consequentibus inpingit et corruit. quomodo enim pro patre quis audet mori et pro 3

3 cf. Luc. 16, 9 7 cf. II Cor. 9, 6 *II Cor. 9, 6 10 Rom. 5, 7 19 Ps. 71, 2 21 *Ioh. 5, 22 22 *Ioh. 5, 30 24 *Marc. 10, 18 uel *Luc. 18, 19

1 temporis $\overline{\mathfrak{B}}\Phi$ 3 mammona *codd.praeterD* 4 possunt $\mathfrak{B}$ 5 suos $\mathfrak{B}$ 6 suspiciamus ς 7 benedictionem (m *exp.*) Φ ut met. ben. *om.*$\mathfrak{B}$ (*add.* ut met. in benedictione *m2*) Φ 11 duo *Aa.c.m2D* dies *B* 12 hoccasione $\mathfrak{B}$*a.c.* hoccansione Φ*a.r.* 13 par $\mathfrak{B}\Phi$ phlasphaemant Φ marchion *B* martion *A* martionem *D* martium Φ 15 euangelii $\mathfrak{B}\Phi$ 16 alt. iust. et *s.l.m2*$\mathfrak{B}$,*om.*Φ 17 obpet. *ex* pet. $\mathfrak{B}$ obpetissem Φ appet. *ex* oppet. *A* 18 $\overline{\text{xpo}}$ *AD* $\overline{\text{xpm}}$ *B* $\overline{\text{xpi}}$ (*s.l.m2*) patre $\mathfrak{B}$ patrem Φ martyrum Φ 22 et *om.*ς 23 ita] sic ς ad deum ς (*sed anacoluthon Hieronymo concedendum*) 25 unus] solus *AD* 26 potuerint *AD* 27 conruit *D*Φ

filio uix moritur, cum propter nomen Christi tantus martyrum sanguis effusus sit? qui igitur simpliciter hunc exponit locum, hoc potest dicere, quod in ueteri lege, in qua iustitia est, uix pauci inuenti sint, qui suum fuderint sanguinem, in nouo autem instrumento, in quo bonitas est atque clementia, innumerabiles extiterint martyres. sed ex eo, quod posuit: forsitan quis etiam audeat mori et pendulo gradu sententiam temperauit, inueniri posse nonnullos, qui audeant mori pro euangelio, ostendit non sic accipiendum, sed ex superioribus et inferioribus sensum
4 loci huius debere tractari. dicens enim Paulus apostolus se gloriari in tribulationibus, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes uero non confundit, quae ex eo certam habeat promissionem, quia caritas dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, secundum illud, quod deus dixerat per prophetam: effundam de spiritu meo super omnem carnem, miratur bonitatem Christi, quod pro infirmis et inpiis et peccatoribus mori uoluerit et mori oportuno tempore, de quo ipse dicit: tempore oportuno exaudiui te et in die salutis auxiliatus sum tui et rursum: ecce tempus acceptabile, ecce
5 dies salutis. quando omnes peccauerunt, simul inutiles facti sunt, non fuit, qui faceret bonum, non fuit usque ad unum. incredibilis ergo bonitas et inaudita clementia mori pro inpiis — uix enim pro iusto aliquem et bono suum sanguinem fundere metu mortis cuncta terrente; nam inueniri interdum, ut aliquis pro re iusta et bona audeat mori —, caritas autem dei, quam in nobis habuit, hinc

6 *Rom. 5, 7 11 *Rom. 5, 3—5 14 *Rom. 5, 5 16 *Ioel 2, 28 19 *Esai. 49, 8 et *II Cor. 6, 2 21 *II Cor. 6, 2 22 cf. Ps. 13, 3

2 quid *B* 4 sunt *ADB* fuderunt *Aa.r.Φ* 5 extiter̄ *B* 6 potuit 𝔅*a.c.Φ* 7 et] ex *Φa.c.* in *Aa.c.m2* temperabit *D* inuenire *Aa.c.m2Φ* 8 audiant *Φ* 9 ex uperioribus *DB* ex superibus *Φ* 10 tractaturi diens *B* apostulus *Φ,om.ς* 11 quia] que *B* 12 patientia] pacientiam (m *eras.*) *A*; *add.* autem 𝔅 probatio uero *AD* 13 uero] autem *AD* confundat *Φ* 14 qui *B* dei] d̄i ē *Φ* effussus *Φ* diffusa *A* sit *ΦB* 16 dix. deus *Φ* 17 mirabatur *AD* 18 imp. et inf. *AD* 21 ecce nunc *utroque loco ς* 22 dies *om.B* 23 facere *B* 24 clem. inaud. *AD* mori non *B* 25 et pro bono *B* metū *Φ* 26 torrente *B* interdum potest *ς* ut *om.Φ* pro re] p̄ *B* 27 quam habuit in nobis *ς* quae in nobis est *AD* hic *DΦ*

maxime conprobatur, quod, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est et sublata est de terra uita eius et pro iniquitatibus populi ductus est ad mortem et portauit peccata nostra et tradita est in morte anima illius et cum iniquis reputatus est, ut nos inpios et infirmos et peccatores pios et robustos et iustos faceret. nonnulli ita interpretantur: si ille pro nobis inpiis mortuus est et peccatoribus, quanto magis nos absque ulla dubitatione pro iusto et bono Christo debemus occumbere! iustum autem et bonum non putemus esse diuersum nec aliquam proprie significare personam, sed absolute iustam rem et bonam, pro qua difficulter interdum aliquis inueniri potest, qui suum sanguinem fundat. 6

8. *Quid sibi uelit, quod ad Romanos scribit apostolus: occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* — Ponamus totum testimonium et singula Christi auxilio disserentes, quid nobis uideatur, simpliciter indicemus non praeiudicantes tuo sensui, quid uelis intellegere, sed nostram sententiam breuiter explicantes. quid ergo dicimus? lex peccatum est? absit. sed peccatum non cognoui nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. sine lege enim peccatum mortuum erat, ego autem uiuebam sine lege aliquando, sed, ubi uenit mandatum, peccatum reuixit. ego autem mortuus sum et inuentum est mihi mandatum, quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. peccatum enim occasione accepta per 2

1 Rom. 5, 8 2 *Esai. 53, 8 4 *Esai. 53, 4 5 *Esai. 53, 12 14 Rom. 7, 8 20 *Rom. 7, 7—25

5 mortem ς 6 deputatus ς 9 nos *om.B* ulla *om.B* Christo *om.AD* 10 obcumbere *ΦB* 12 et—difficulter *s.l.m2*𝔅,*om.Φ; add.* sed ς 14 scribsit 𝔅*p.c.m2* 17 quid—18 sensui *om.B* quid] quod *D* 18 incitemus *Φ* 20 quod *B* dicemus *B* 23 concupiscis 𝔅*a.c.Φ* 24 operatum *om.B* 26 uiu. —28 autem *om.B* aliq. sine lege ς

3 mandatum seduxit me et per illud occidit. itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, mihi mors est? absit. sed, ut peccatum appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. quod enim operor, ignoro. non enim,
4 quod uolo, hoc ago, sed, quod odi, illud facio. si autem, quod nolo, hoc facio, consentio legi, quia bona est. nunc autem iam non ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum. scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum nequaquam. non enim, quod uolo, facio bonum, sed, quod nolo malum, hoc ago. si autem, quod nolo, hoc facio, non iam ego operor illud,
5 sed, quod habitat in me, peccatum. inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quia mihi malum adiacet. condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum, dominum
6 nostrum. quomodo medicina non est causa mortis, si ostendat uenena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem et uel se interficiant uel insidientur inimicis, sic lex data est, ut peccatorum uenena demonstret et hominem male libertate sua abuten-

2 sanctum et *om.AD* 3 est *om.*ς 4 adpareat Φ appereat *A* 6 peccatum] peccantum *B* 7 per mand. *om.B* spiritualis *Ap.c.m2* 13 inhabitat *D* 14 quia] quod ς 15 uelle enim *del.A* adiacet—16 nequaq. *om.A* autem] hoc Φ 16 nequaq.] non inuenio ς non enim *s.l.m2A* 17 mal.] facio mal. Φ autem] hoc Φ 18 nolo ego *ADB* hoc] autem Φ iam non ς 19 habitet *B* 20 uolentem ℬΦ 21 adiecit ℬ secundum—23 legi *om.B* 24 legem *AD* legi Φ 25 quae] quod ℬΦ*B* 26 liberauit *A*ℬΦ 27 deo ς 31 monstraret *AD* monstret ς libertati Φ

tem, qui prius ferebatur inprouidus et praecipiti ⟨uia⟩ labebatur, freno legis retineat et conpositis doceat incedere gressibus, ita ut seruiamus in nouitate spiritus et non in uetustate litterae, id est uiuamus sub praecepto, qui prius in modum brutorum animalium dicebamus: manducemus et bibamus; cras enim moriemur. quodsi subintrante lege, 7 quae docet, quid facere, et prohibet, quid non facere debeamus, uitio nostro et incontinentia feramur contra scita legalia, uidetur lex causa esse peccati, quae, dum prohibet concupiscentiam, quodam modo eam inflammare cognoscitur. saecularis apud Graecos sententia est: quicquid licet, minus desideratur. ergo e contrario, quicquid non licet, fomentum accipit desiderii. unde et Tullius de parricidarum suppliciis apud Athenienses Solonem scripsisse negat, ne non tam prohibere quam commonere uideretur. igitur lex apud con- 8 temptores et legum praecepta calcantes uidetur esse occasio delictorum, dum prohibendo, quod non uult fieri, ligat eos uinculis mandatorum, qui prius absque lege peccantes non tenebantur criminibus. haec diximus legem, quae per Moysen data est, intellegentes. uerum, quia in consequentibus scriptum est: 'lex dei et lex carnis atque membrorum, quae pugnat aduersum legem mentis nostrae et captiuos nos ducit in lege peccati', simulque quattuor leges contra se dimicantes in uno loco scriptas esse cognosco, non absque re arbitror, si requiram, quot genera legis in scripturis sanctis esse memorentur. dicitur lex, quae per Moysen data est, secundum illud, quod scriptum 9 est ad Galatas: quotquot enim ex operibus legis

2 Rom. 7, 6 5 I Cor. 15, 32 6 cf. Rom. 5, 20 11 cf. Otto, Sprichw. der Roemer p. 193 12 cf. Cicero pro Roscio Amer. 70 19 cf. Rom. 7, 22—23 23—p. 33, 8 cf. Origenes, Philocalia c. 9, 1—2 25 *Gal. 3, 10]

1 praecipiti uia *scripsi coll. Cic. pro Flacco 105* praecipiti *Aa.c.D* praecipitio *Ap.c.* praecipitia $\mathfrak{B}a.c.\Phi$ per praecipit(c *B*)ia $\mathfrak{B}p.c.B$ 2 frenos *B* docere *Aa.c.m2D* 4 est *s.l.AD* 5 dicebamur *B* degebamur (*sic*)$\mathfrak{B}\Phi$ 6 moriamur *D*$\Phi a.c.$ quodsi] quod sibi Φ 7 et— *alt.* facere *om.B* *alt.* quid *ex* qui *m2A* quod Φ 8 incont. nostra *B* 10 cognoscatur $\mathfrak{B}\Phi a.c.$ 11 quicquod *Ap.c.m2* quidquid $\mathfrak{B}D$ ergo *om.AD* 12 accepit *Aa.c.m2D* parricidiarum *AD* paridarum Φ 13 subpl. $\Phi p.c.$ aput etheniendis (dis *corr. in* ses) Φ 14 quam] quia *Aa.c.D* 17 tenebatur *A* —bamur *DB* 18 haec *in mg.*$\mathfrak{B}$,*om.*Φ pro Φ 20 aduersus ς 21 *pr.* legem *AD* 22 abs ς 23 quae(e Φ)ram $\mathfrak{B}\Phi$ quod $A\mathfrak{B}$ *a.c.m2*,*D*Φ 25 galathas *A* quodquod *D*Φ

sunt, sub maledicto sunt. scriptum est enim: maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. et rursum in eadem epistula: lex propter praeuaricationes posita est, donec ueniret semen, cui repromissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. et iterum: itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. postquam autem uenit fides, nequaquam ultra sub paedagogo sumus. omnes enim filii dei estis
10 per fidem, quae est in Christo Iesu. historia quoque, quae praecepta non continet, sed, quid factum sit, refert, ab apostolo lex appellatur: dicite mihi, qui sub lege uultis esse, non audistis legem? scriptum est enim, quia Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et alterum de libera. sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est, qui autem per re-
11 promissionem, de libera. sed et psalmi lex appellantur: ut conpleretur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odierunt me gratis. Esaiae quoque prophetiam legem apostolus uocat: in lege scriptum est: quoniam in aliis linguis et in labiis aliis loquar populo huic et nec sic exaudient me, dicit dominus. quod iuxta Hebraicum et Aquilam in Esaia scriptum repperi. appellatur lex et mystica intellegentia scripturarum:
12 scimus, quia lex spiritalis est. et extra haec omnia

4 *Gal. 3, 19 7 *Gal. 3, 24—26 13 *Gal. 4, 21—23 19 *Ioh. 15, 25 21 *I Cor. 14, 21 24 cf. Esai. 28, 11—12 26 *Rom. 7, 14

3 in (*s.l.*) libro scripta sunt legis Φ 4 uaricationes *Aa.c.m2* praeuaricationē $\mathfrak{B}p.c.m2$ 7 pedagoga nostra ΦB *fort. recte* 8 postquam] post *B* 10 fuimus *B* om $\mathfrak{B}$ 12 quod *B* quidquid *D* quicquid *A* facturum ΦB 13 mihi inquit *B* 14 legem non legistis ς 16 et *om.AD* 18 de lib. per repr. $\mathfrak{B}a.c.\varsigma$ 19 scriptum *A* conscriptus ς 20 odio habuerunt ς esaye *B* isaiae $\mathfrak{B}\Phi$ esaiam *AD* prophetam *A* prophetia *Dp.c.* 22 *alt.* in *om.AD* aliis labiis $\mathfrak{B}$ aliis (*seq. ras. 3 litt.*) Φ (*cf. ad 24*) 23 sic exaudiet me ΦB sic me exaudient *A* sine exaudient *D* 24 iuxta labiis Φ (*cf. ad 22*) hebraeicum *D* haebrę(i *s.l.*)cum Φ esaiam *Aa.r.D* hesayam *B* isaia $\mathfrak{B}\Phi$ scriptum *om.AD* 25 lex et] etiam lex ς script. intellig. ς script. scientia *AD* 26 omnia haec Φ

naturalem legem scriptam in cordibus nostris idem apostolus docet: cum enim gentes, quae non habent legem, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt, isti legem non habentes sibi ipsi sunt lex, qui indicant opus legis scriptum in cordibus suis testimonium praebente illis conscientia. ista lex, quae in corde scribitur, omnes continet nationes et nullus hominum est, qui hanc legem nesciat. unde omnis mundus sub peccato et uniuersi homines praeuaricatores legis sunt et idcirco iustum iudicium dei est scribentis in corde generis humani: 'quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris'. quis ignoret homicidium, adulterium, furta et omnem concupiscentiam esse malum ex eo, quod sibi ea nolit fieri? si enim mala esse nesciret, numquam sibi doleret inlata. per hanc naturalem legem et Cain cognouit peccatum suum dicens: maior causa mea, quam ut dimittar. et Adam et Eua cognouerunt peccatum suum et propterea absconditi sunt sub ligno uitae. Pharao quoque, antequam lex daretur per Moysen, stimulatus lege naturae sua crimina confitetur et dicit: dominus iustus, ego autem et populus meus inpii. hanc legem nescit pueritia, ignorat infantia et peccans absque mandato non tenetur lege peccati. maledicit patri et parentes uerberat et, quia necdum accepit legem sapientiae, mortuum est in eo peccatum. cum autem mandatum uenerit, hoc est tempus intellegentiae adpetentis bona et uitantis mala, tunc incipit peccatum reuiuiscere et ille mori reusque esse peccati. atque ita fit, ut tempus intellegentiae, quo dei mandata cognoscimus, ut perueniamus ad uitam, operetur in nobis mortem, si agamus neglegentius et occasio sapientiae seducat nos

2 *Rom. 2, 14—15 10 *Tob. 4, 15 (16); cf. Otto, Sprichw. der Roemer p. 16 14 *Gen. 4, 13 15 cf. Gen. 3, 8 18 *Ex. 9, 27 22 cf. Rom. 7, 8 cf. Rom. 7, 9—10 26 cf. Rom. 7, 10—11

2 legem non habent *AD* 4 ipsi sibi *AD* 6 probente *Φ* perhibente *ς* 7 quae] qui non (n̄)*BΦ* continent *BΦB* 8 est] est nisi qui adhuc qui adhuc (*sic*) expers est rationis *B* legem *om.A* 10 dei *om.A* hum. gen. *AD* uolueris *B* 11 quis enim *AD* furtum *ς* 12 ea *om.AD* nollit *Aa.r.* nolet *B* 13 nequaquam *ς* doleret sibi esse *ς* 14 caim *B* maior est *ς* 17 farao *ADB* 18 natura *Φ* et *s.l.B,om.Φ* ds *A* 20 pueritiam *Φ* 21 patri et matri *ς* 22 mortuus *B* 25 uitantes *Aa.c.m2D* reuiuescere *Aa.c.m2* reuiscere *Da.c.* reuilescere *B* illi more *Φ* 27 operetur] oportet *B*

atque subplantet et ducat ad mortem, non quo intellegentia peccatum sit — lex enim intellegentiae sancta et iusta et bona est — sed per intellegentiam peccatorum atque uirtutum mihi peccatum nascitur, quod, priusquam intellegerem, peccatum esse non noueram.
15 atque ita factum est, ut, quod mihi pro bono datum est, meo uitio 5
mutetur in malum et — ut hyperbolice dicam nouoque uerbo utar ad explicandum sensum meum — peccatum, quod, priusquam haberem intellegentiam, absque peccato erat, praeuaricatione mandati incipiat mihi esse peccatius. prius quaerimus, quae sit ista concupiscentia, de qua lex dicit: non concupisces. alii putant illud esse 10
mandatum, quod in decalogo scriptum est: non concupisces rem proximi tui. nos autem per concupiscentiam omnes perturbationes animae significatas putamus, quibus maeremus
16 et dolemus, timemus et concupiscimus. et hoc apostolus, uas electionis, cuius corpus templum erat spiritus sancti et qui dicebat: 15
an experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur, Christi? et in alio loco: Christus nos redemit et rursum: uiuo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus, non de se loquitur, sed de eo, qui post peccata uult agere paenitentiam, et sub persona sua fragili- 20
tatem describit condicionis humanae, quae duorum hominum,
17 interioris et exterioris, pugnantium inter se bella perpetitur. interior homo consentit et scriptae et naturali legi, quod bona sit et sancta et iusta et spiritalis; exterior: ego, inquit, carnalis

2 cf. Rom. 7, 12 9 cf. Rom. 7, 13 10 Rom. 7, 7 11 *Ex. 20, 17 et *Deut. 5, 21 14 cf. Act. 9, 15 15 cf. I Cor. 6, 19 16 *II Cor. 13, 3 17 Gal. 3, 13 18 *Gal. 2, 20 24 *Rom. 7, 14—15

1 quod *Dp.c.m2*ς intellegentia] intellegentiae 𝔅Φ 2 iuxta *D* sed per] semper *A* 3 intellegentia *Ap.c.* 6 hyp. dicam] hyperbolicam Φ hiperbolicam (*s.l.* ce di *add.m2*)𝔅 hiperbolice *A* yperbolice *B* 7 quod (d *exp.*)*A* 8 eram (*s.l.m2A*)*ADB* praeuaricatione *scripsi* per (*om.*𝔅Φ) praeuaricationem *codd.* 9 peccatius *D* peccatus (peccatū *p.c.m2*)*A* peccati 𝔅 (peccatum *p.c.m2*)Φ peccatum *B* peccantius peccatum ς prius *om.AD* quaeramus ς 10 concupiscis 𝔅*a.c.*Φ 11 decalogum Φ concupiscis 𝔅Φ concupis (*in fine pag.*) *B* 13 signif. esse 𝔅 meremus *ADB* —mur 𝔅Φ 14 dolemus 𝔅Φ*B* gaudemus *AD* haec *ex* hac *m2A* 17 Christi] xps *Ap.c.m2*𝔅 nos *ex* non *m2A* 18 iterum *AD* iam 𝔅,*om.cet.* 19 uero *AD* 20 uult post pecc. *AD* post *om.B* 21 discribit 𝔅 23 scriptae] scripta est Φ *alt.* et *s.l.m2*𝔅,*om.*Φ naturale Φ lege 𝔅

sum, uenundatus sub peccato. quod enim operor, nescio et non, quod uolo, hoc ago, sed, quod odi. si autem exterior facit, quod non uult, et operatur, quod odit, ostendit bonum esse mandatum et non se operari, quod est malum, sed habitans in sua carne peccatum, hoc est incentiua corporis et desideria uoluptatis, quae propter posteros et sobolem insita est humanis corporibus et, si fines fuerit egressa, uertitur in peccatum. se unusquisque consideret et, accusator sui, 18 tractet incentiua uitiorum, quomodo et in sermone et in cogitatione et in calore corporis saepe loquatur et cogitet et patiatur, quod non uult; nolo dicere 'faciat', ne sanctos uiros uidear accusare, de quibus scriptum est: erat homo ille uerus, inmaculatus, iustus dei cultor, recedens ab omni opere malo, et de Zacharia et Elisabeth: erant autem iusti ambo in conspectu dei, ambulantes in omnibus mandatis et iustificationibus domini absque querella. et praeceptum est apostolis: estote perfecti, 19 sicut et pater uester caelestis perfectus est. numquam autem hoc apostolis imperaret, nisi sciret hominem posse esse perfectum. nisi forte hoc dicamus, quod 'recedens ab omni malo' emendationem significet et de erroribus pueritiae et uitiis lasciuientis aetatis transitum ad correctionem atque uirtutes, iustitiam quoque, quae in Zacharia et Elisabeth praedicatur, foris esse, concupiscentiam uero, quae nunc habitare in membris nostris dicitur, uersari intrinsecus. sed apostolis non pueris praecipitur, uerum iam aetatis robustae, ut adsumant perfectionem, quam et nos confitemur in aetate esse perfecta. nec haec dicentes 20 adulamur uitiis, sed auctoritatem sequimur scripturarum, quod

12 *Hiob 1, 1 14 *Luc. 1, 6 17 Matth. 5, 48 20 *Hiob 1, 1 23 cf. Luc. 1, 6 25 cf. Matth. 5, 48

3 odii *D* 5 habitant *B* 6 incentiua *scripsi* uita $\mathfrak{B}a.c.\Phi$ uit(c *B*)ia *cet.* 7 sobulem *D* finis $A\mathfrak{B}D$ fine Φ fuerit *om.A* 9 et in cog. *om.AD* 11 nolo *s.l.*$\mathfrak{B}$,*om.*Φ sancto uiro $\Phi p.r.$ de] e *AD* 12 est *om.B* ille homo *AD* uerus et ς 14 zacaria *B passim* helisabeth (—t *D*)$D\Phi B$ Elizabeth ς autem *om.AD* 15 ambulant Φ 17 querela *Dp.r.B* quaerella $\mathfrak{B}$ 18 et *om.AD* 19 posse *om.AD* 21 emendatiorem (—c—*D*) *AD* et *s.l.m2*$\mathfrak{B}$,*om.AD* 22 et de uitiis ς correptionem *D* atque *om.*$\mathfrak{B}$ uirtutis $\mathfrak{B}$,$\Phi p.c.$ 23 quae] quod *AD* helisabeth (—t *D*) $D\Phi B$ Elizabeth ς 25 sed et *AD*

nullus homo absque peccato et conclusit deus omnes sub peccato, ut omnibus misereatur, absque eo solo, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. unde et per Salomonem dicitur, quod serpentis uestigia non inueniantur in petra. et ipse de se dominus: ecce, inquit, uenit princeps mundi istius et nihil in me inuenit, id est sui
21 operis suique uestigii. ob hanc causam iubetur nobis, ne exprobremus homini reuertenti a peccatis suis et ne abominemur Aegyptium, quia et ipsi quondam in Aegypto fuimus et de luto ac lateribus Pharaoni extruximus ciuitates et quia captiui ducti sumus in Babylonem lege peccati, quod in membris nostris morabatur. cumque uideretur extrema desperatio, immo aperta confessio omnem hominem diaboli laqueis inretiri, conuersus in se apostolus, immo homo, sub cuius persona apostolus loquitur, agit gratias saluatori, quod redemptus sit sanguine eius et sordes in baptismate deposuerit et nouum Christi adsumpserit uestimentum et mortuo uetere homine natus sit homo nouus, qui dicat: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratias ago deo per Iesum Christum, dominum no-
22 strum, qui me de corpore mortis liberauit. quodsi cui non uidetur sub persona sua hoc apostolum de aliis dicere, exponat, quomodo Danihel, quem iustum fuisse nouimus, quasi de se dicat, cum pro aliis deprecetur: peccauimus, inique fecimus, iniuste gessimus, inpie egimus et recessimus ac de-

1 cf. Gal. 3, 22 et Rom. 11, 32 2 *Esai. 53, 9 4 cf. Prou. 30, 19 5 *Ioh. 14, 30 8 cf. Deut. 23, 7 9 cf. Ex. 1, 11—14 10 cf. IV Reg. 24, 14—16 11 cf. Rom. 7, 23 17 *Rom. 7, 24—25 22 cf. Dan. 6, 22 23 *Dan. 3, 29—31

1 homo sit ς et] sed 𝔅 2 ut —3 fecit *in mg. inf.* Φ omnium 𝔅 solo *om.*𝔅 3 inu. est dol. ς 6 huius *AD* 7 uestigia Φ causa *B* nec Φ 8 reuertente *A* abhom. (—tur *A*) *codd.* 9 qui *AD* latere *AD* 10 ciu. extr. ς abstruimus Φ fuimus *B* babilonem *B* bal(l *eras.*)billonem *A* ces (*del.*) 11 de lege *B* moratur 𝔅Φ 12 disper. *A* confessio *B* 13 inriteri Φ inretiti *B* 14 loquebatur *AD* 15 eius *om.*Φ salu (*del.*) eius 𝔅 baptismatis Φ —smo *AD* disposuerit Φ 16 ueteri Φ 17 ego *s.l.m2A* liberauit (*corr.m2A*) *codd.* 18 grat. ago deo] gratia dī (dn̄i *A*)*AD* 20 corporis morte 𝔅*p.c.*Φ*B* mortis corpore *D* 21 apostolus ς 22 daniel *B* dic̄ *D* 23 deprecatur *AD* iniusta Φ 24 ac] et 𝔅 declimabimus Φ

clinauimus a mandatis tuis et iudiciis et non obaudiuimus seruos tuos prophetas, qui locuti sunt in nomine tuo ad reges nostros et principes et patres et ad omnem populum terrae. tibi, domine, iustitia, nobis autem confusio. illud quoque, quod in tricesimo primo psalmo dicitur: 23 peccatum meum cognitum tibi feci et iniquitatem meam non abscondi. dixi: confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, et tu remisisti inpietatem peccati mei. pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno, non Dauid et iusto uiro et — ut simpliciter loquar — prophetae, cuius uerba narrantur, sed peccatori congruit. cumque iustus sub persona paenitentis talia profudisset, a deo meretur audire: intellegere te faciam et docebo te in uia hac, in qua ambulabis; confirmabo super te oculos meos. in tricesimo quoque septimo psalmo, cuius 24 titulus est: in commemorationem, ut doceat nos semper peccatorum nostrorum memores esse debere et agere paenitentiam, tale quid legimus: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. quoniam iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum, quasi onus graue adgrauatae sunt super me. corruptae sunt et putruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. adflictus sum et incuruatus sum nimis. totus hic apostoli locus et in superi- 25 oribus et in consequentibus, immo omnis epistula eius ad Romanos

8 *Ps. 31, 5—6 16 *Ps. 31, 8 19 *Ps. 37, 1 21 *Ps. 37, 4—7

1 et iudiciis tuis ς *alt.* et *om.* Φ 2 audiuimus *AD* 5 et ad *s.l.* Φ ad *B* 6 iusticia tua *B* 7 tri(e Φ)censimo ℬΦ trincensimo (*utrumque* n *eras.*) *A* 8 iniustitiam Φ 10 aduersus *B* 12 hac ℬ orauit *codd.* tepore *B* 15 ad deum ℬ 16 intellege *B* 17 in quam Φ qua *D* quam *A* 18 meos *om. B* tricensimo *A* tricisimo ℬ,Φ*a.c.* 19 commemoratione *Dp.r.* 20 deberet (t *eras.*) et *A* 23 caput —24 super *om. B* 24 grauatae *AD*,ℬ*a.c.* 25 cicatri(ce *s.l.*)s me Φ a facie ins. meae *om.* ℬΦ 26 curuatus ς 27 nimis] usque in (ad *D*) finem *AD* totus —*p. 38, 1* nimiis *bis B* apost. loc.] apostolicus *D*,*B* (*utroque loco*) apostolus *A* in (*s.l.*) superi(o *s.l.*)bus Φ 28 conseq. sensus *B* (*utroque loco*)

nimiis obscuritatibus inuoluta est et, si uoluero cuncta disserere, nequaquam mihi unus liber, sed multa et magna scribenda erunt uolumina.

9. *Quare apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistula: optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis et propinquis meis iuxta carnem, qui sunt Israhelitae, quorum adoptio et gloria et testamenta et legislatio et cultus et repromissiones, quorum patres, ex quibus est Christus iuxta carnem, qui est super om-*
2 *nia deus benedictus in saecula, amen?* — Re uera ualida quaestio, quomodo apostolus, qui supra dixerat: quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? et rursum: confido autem, quia neque mors neque uita neque angeli neque principatus neque praesentia neque futura neque fortitudines neque excelsa neque profundum neque alia creatura poterit nos separare a caritate dei, quam habemus in Christo Iesu, domino nostro, nunc sub iureiurando confirmet et dicat: ueritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna et continuus dolor cordi meo; optabam enim anathema esse ipse a Christo pro fratribus meis et propinquis
3 iuxta carnem et reliqua. si enim tantae est in dominum

5 *Rom. 9, 3—5 12 *Rom. 8, 35 15 *Rom. 8, 38—39 22 *Rom. 9, 1—3

1 nimis Φ obuoluta *AD* et] ut *AD* 2 magna et multa erunt scribenda *AD* 5 ipse ego *D* ipso Φ anatema $\Phi^{a.c.}B$ 6 et] ac ς *alt.* meis *om.*$\mathfrak{B}\Phi$ (*cf. p. 40, 10*) 7 ihl *AD* 8 et gl. et test. et leg. *om.* Φ 9 promissiones $\mathfrak{B}^{a.c.}\Phi B$ et ex ς 12 supra] sunt (*exp.*) *A* quis *ex* qui $\mathfrak{B}\Phi$ 13 separauit *codd. praeter B* a *s.l.*$\mathfrak{B}$ 14 angustia *in mg.*$\mathfrak{B}$ 18 fortitudinis $\mathfrak{B}^{a.c.}\Phi$ fortitudo *AD* 21 sub *om.* Φ 22 confirmat $\mathfrak{B}$ Christo] *seq. ras. 3 litt.* $\mathfrak{B}$, *add.* ihu *AD* 24 mea] prehibente (*sic, exp.*) Φ, *om. B* 25 est mihi *AD* et *om. B* 26 cordi meo *s.l.*$\mathfrak{B}$ corde meo $\Phi^{a.c.}$ ipse *om. AD* 28 in deum tantae est ς tanta $A\Phi$ dnm *B* dm *AD* dno $\mathfrak{B}\Phi$

caritatis, ut nec metu mortis nec spe uitae nec persecutione nec fame nec nuditate nec periculo nec gladio possit separari a caritate eius, et, si angeli quoque et potestates et uel praesentia uel futura et omnes caelorum fortitudines et excelsa pariter ac profunda et uniuersa simul creatura ei ingruat — quod nequaquam potest fieri —, tamen non separetur a caritate dei, quam habet in Christo Iesu, quae est ista tanta mutatio, immo inaudita prudentia, ut pro caritate Christi nolit habere Christum? et ne ei forsitan non credamus, iurat et confir- 4
mat in Christo et conscientiae suae testem inuocat spiritum sanctum, se habere tristitiam non leuem et fortuitam sed magnam et incredibilem et habere dolorem in corde, non qui ad horam pungat et transeat, sed qui iugiter in corde permaneat. quo tendit ista tristitia? ad quid proficit incessabilis dolor? optat anathema esse a Christo et perire, ut alii salui fiant. sed si consideremus Moysi uocem rogantis deum pro populo Iudaeorum atque dicentis: si dimittis eis peccatum suum, dimitte; sin autem non uis, dele me de libro tuo, quem scripsisti, perspiciemus eundem et Moysi et Pauli erga creditum sibi gregem affectum. pastor 5
enim bonus ponit animam suam pro ouibus, mercennarius autem, cum uiderit lupum uenientem, fugit, quia non sunt eius oues. et hoc ipsum est dicere: optabam anathema esse a Christo et: dele me de libro, quem scripsisti. qui enim delentur de libro uiuentium et cum iustis non scribuntur, anathema fiunt a domino. simulque cerne apostolum, quantae caritatis in Christo sit, ut pro illo cupiat mori et solus perire, dum modo omne in illum credat hominum genus, perire autem non in

15 *Ex. 32,31—32 18 cf. Ioh. 10,11—12 21 *Rom. 9,3 22 *Ex. 32,32 cf. Ps. 68, 29

1 caritatis (ti *eras.*) *A* persecutiones (*ex* —nis) *B* 2 eius] dī *B* 4 *pr.* et *om.* Φ ac] et *B* simulque Φ 5 creaturae *D* ei *om.* 𝔅*D* et *A* 6 separatur *D*Φ Christum Iesum ς ista *om.B* 7 inprudentia *B* 8 crederemus *B* 10 non] et non *AD* *pr.* et] ac ς fortitam *A*𝔅*a.c.m2* 11 *pr.* et *s.l.* Φ ad *s.l.* Φ pugnat *codd. praeter B* 13 perficit Φ 14 si *om.* Φ Moysis ς 15 dn̄m *B* dimittes Φ*p.c.* eis *ex* ei 𝔅 16 sin] si ς autem *eras.* Φ uis autem Φ 17 et me *B* 18 eandem 𝔅*a.c.* Φ Moysis ς erga] ergo et Φ pastor enim] pastorem Φ pastor *AD*,𝔅*a.c.m2* 19 ponet Φ ouibus suis ς 20 uenientem *om.AD* 22 delere me 𝔅Φ libro tuo *AD* 25 Christum ς 26 illo 𝔅

perpetuum, sed inpraesentiarum. qui enim perdiderit animam
6 suam pro Christo, saluam eam facit. unde et de quadragesimo tertio psalmo adsumit exemplum: quoniam propter te mortificamur tota die, reputati sumus ut oues occisionis. uult ergo apostolus perire in carne, ut alii saluentur in spiritu, suum sanguinem fundere, ut multorum animae conseruentur. quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis
7 ueteris instrumenti testimoniis probari potest. et ne leuem putemus esse tristitiam et modicam causam doloris, iungit et dicit: pro fratribus meis et propinquis iuxta carnem. quando propinquos appellat et fratres iuxta carnem, in spiritu a se ostendit alienos. quorum est, inquit, adoptio, quae significantius Graece dicitur *υἱοθεσία*, de quibus quondam dominus loquebatur: filius primogenitus meus Israhel et: filios genui et exaltaui, nunc dicit: filii alieni
8 mentiti sunt mihi. et quorum gloria, ut de cunctis gentibus eligerentur in peculiarem populum dei. et quorum testamenta, unum in littera, alterum in spiritu, ut, qui prius in carne seruierant caerimoniis legis abolitae, postea seruirent in spiritu mandatis euangelii sempiterni. et legislatio ad utrumque respondet: et noui et ueteris testamenti. et cultus, id est uera religio. et repromissiones, ut, quicquid repromissum est patribus, conpleretur in filiis. et — quod omnibus maius est — ex quibus Christus, de Maria generatus uirgine.
9 et ut sciremus, quis iste sit Christus, causas doloris sui uno sermone conprehendit: qui est super omnia deus benedictus

1 cf. Matth. 10, 39 etc. 3 *Ps. 43, 22 9 *Rom. 9, 3 12 cf. Rom. 9, 4 14 *Ex. 4, 22 15 *Esai. 1, 2 Ps. 17, 46 16 cf. Rom. 9, 4 17 cf. Rom. 9, 4 19 cf. Rom. 1, 9 20 cf. Rom. 9, 4 21 cf. Rom. 9, 4 22 cf. Rom. 9, 4 24 cf. Rom. 9, 5 26 Rom. 9, 5

1 inpraes.] *add.* est *s.l.m2A* 2 quadragensimo (*seq. ras. 2 litt.*)Φ quadragesimo et *AD* 5 carnē *A* ut — sanguinem *om.B* 6 spm Φ ut] et Φ 7 occisionis Φ 9 modicum Φ 12 significantium grecae Φ 17 ele(i *Ap.c.m2D*)geretur *AD* 18 ut] et $\mathfrak{B}\Phi$ 19 carnē *B* seruierunt Φ caerem. $\mathfrak{B}$ seruierent Φ seruierint $\mathfrak{B}$ 20 sempiternum *B* legisdatio *B* 21 respondet ς —dit *codd.* instrumenti ς 22 relegio $\mathfrak{B}\Phi$ repromissionis Φ promissiones *AD* 24 genitus ς; *add.* est *s.l.*$\mathfrak{B}$ 25 et *exp.*$\mathfrak{B}$,*om.AD*

in saecula, amen, ut iste tantus ac talis ab eis non recipi perciperetur, de quorum stirpe generatus est. et nihilominus laudat iudicii ueritatem, ne sententia dei in fratres et propinquos displicere uideatur et uel austera esse uel nimia. in quibus igitur tanta fuerint bona, dolet, cur nunc tanta mala sint.

10. *Quid uelit intellegi, quod idem apostolus scribit ad Colosenses: nemo uos superet uolens in humilitate mentis et religione angelorum, quae non uidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suae et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit iu augmentum dei et reliqua.* — Illud, quod crebro diximus: etsi inperitus sermone, 2 non tamen scientia, nequaquam Paulum de humilitate, sed de conscientiae ueritate dixisse etiam nunc adprobamus. profundos enim et reconditos sensus lingua non explicat et, cum ipse sentiat, quod loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone. quem cum in uernacula lingua habeat disertissimum — quippe ut Hebraeus ex Hebraeis et eruditus ad pedes Gamalielis, uiri in lege doctissimi — se ipsum interpretari cupiens inuoluitur. sin autem in Graeca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tarso 3 Ciliciae a parua aetate inbiberat, quid de Latinis dicendum est, qui uerbum de uerbo exprimere conantes obscuriores faciunt eius

7 *Col. 2, 18—19 13 *II Cor. 11, 6 19 cf. Act. 22, 3 cf. Act. 5, 34 21 cf. Act. 22, 3

1 ut] et $B\varsigma$ recipi perciperetur *scripsi* reci(*ex* e Φ)peretur $A\mathfrak{B}D\Phi$ recipitur B (*ex* recipetur) ς 3 iudici *Aa.c.m2D* in *s.l.*Φ prop. et fratres AD propinquis Φ dispicere *s.l.*$\mathfrak{B}$ suos displicere ADB 4 fuert B fuerunt D fuerant A 5 tanta nunc AD mala *om.*Φ 6 uellit $\Phi p.c.$ scribet *Aa.c.m2D* Colossenses ς 7 nemo] ne A 8 relegione $A\mathfrak{B}\Phi$ uidet $\mathfrak{B}\Phi$ 11 nexum AB,$\mathfrak{B}p.c.$ coniunctione *Ap.r.B* —ni $\mathfrak{B}$ et constructum *s.l.*$\mathfrak{B}$ et coniunctum *AD*,*om.*ΦB 12 aucmentum Φ 13 inperita Φ 14 et non tamen A 15 sed—uerit. *om.B* ueritatem D 16 sensos $A\mathfrak{B}\Phi a.c.$ 17 quod] quid $\mathfrak{B}p.c.B$; *add.* cum $\mathfrak{B}\Phi$ 18 que Φ quam *Ap.c.m2* habebat AD diss. ΦB disertissimus *Ap.c.m2* 19 ut] ex $\Phi a.c.$,*om.*ς gamalihelis $\mathfrak{B}p.c.m2$ gamalelis Φ gamalihel AD 20 in *s.l.*$\mathfrak{B}$,*om.*Φ doctissimus Φ se] et $\mathfrak{B}\Phi$ 21 si AD qua AD tharso AD 22 cyliciae A silicie B quid *ex* qui *m2A* 23 uerbum] uerbo *Aa.c.m2D* exp̄mire Φ eius sent.] consententias Φ

sententias, ueluti herbis crescentibus frugum strangulant uberta-
tem? conabimur itaque παραφραστικῶς sensum eius euoluere et
tricas inplicati eloquii suo ordini reddere atque iuncturae, ut sim-
plici stamine uerborum fila decurrant puroque subtegmine apostolici
4 sermonis textura subcrescat. nemo uos superet: 'nemo ad- 5
uersum uos brauium accipiat'. hoc enim Graece dicitur καταβρα-
βευέτω, quando quis in certamine positus iniquitate agonothetae
uel insidiis magistrorum βραβεῖον et palmam sibi debitam perdit.
multaque sunt uerba, quibus iuxta morem urbis et prouinciae suae
familiarius apostolus utitur. e quibus exempli gratia pauca ponenda 10
sunt: mihi autem parum est iudicari ab humana
die, hoc est ἀπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, et: humanum dico,
ἀνθρώπινον λέγω, et: οὐ κατενάρκησα ὑμᾶς, hoc est 'non gra-
uaui uos', et, quod nunc dicitur: μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω,
id est 'nullus aduersum uos brauium accipiat'. quibus et 15
5 aliis multis uerbis usque hodie utuntur Cilices. nec hoc miremur
in apostolo, si utatur eius linguae consuetudine, in qua natus
est et nutritus, cum Uergilius, alter Homerus apud nos, patriae

1 cf. Quintilianus i. o. VIII, prooem. 23 5 *Col. 2, 18 11 *I Cor. 4, 3
12 Rom. 6, 19 13 cf. II Cor. 12, 14 15 cf. Col. 2, 18 18 cf. Horat. epist. II 1, 50

1 et ueluti *AD* stranguelant *Φ* stragulant *Aa.c.m2* transgulant *D* 2 co-
nabitur *AD* παραφρ. *uarie script. in codd.* sensus *AD* eius *om.* ϛ
3 tri(e *s.l.m2*)cias implicitate *A* tricia simplicitate *D* sui *ΦB* ordine *Aa.c.m2*
𝔅*DΦ* 4 subtemine *Ap.r.* subtegimine *D* 5 sermone *Φ* superet] *add.* id est ϛ
6 brachium *Φ* *KATABPABEYTΩ* (*s.l.m2* catabrabeito *A*) *AD KATABEY-*
ETΩ 𝔅*a.c.m2Φ* 7 certamine rex *Φ* agonithe(ae *A*)tae *A*𝔅 agonitete *B*
8 *BPABION* 𝔅*Φ* *BPABYON B* *BPAIΩN* (*s.l.m2* brauium *A*) *AD* 10 fa-
miliarias *ADa.c.m2* familiaritas *Dp.c.m2* 11 ab *s.l.Φ* humano ϛ 12 ἀπὸ
—dico *om.ΦB* ἀπὸ (*non* ὑπὸ) *codd.* *AΠOANΔPΩΠINHCMEPAC* (*s.l.m2*
apoanro pinsmeras *A*) *AD* *AΠOANΔPΩΠINECECENCYAC* 𝔅 dico] *add.*
hoc est *AD* 13 *ANEPΩΠINON DB* *ANEPΩNINON* (*s.l.m2* aneroninon) *A*
λέγω] *AETΩ* (*s.l.m2* leto *A*) *AD* *ACTO* 𝔅 *ESΩΦ* et] *ET DB OT* (*s.l m2* ot)*A*
οὐ] *OI* (*s.l.m2* oi *A*) *AD* *KATENAPKECA* 𝔅 *KATENPKhCA ΦB*; *add.s.l.m2*
catenarcesa *A* ὑμᾶς] *add.s.l.m2* imas *A* *MAC*𝔅 non grauari *B* ingrauaui *Φ*
14 *MHAEIC* (*s.l.m2* meaeis *A*)*AD* ὑμᾶς] *add.s.l.m2* imas *A* *KATABEYETΩ*
(*s.l.m2* catabeieto) *A* 15 nullum *Φ* brau. acc. adu. uos ϛ aduersus *AD*
16 Cilices] scilicet *ex* scilices *Φ* nec] ne *Aa.c m2D* 17 consuetudinē *Aa.r.*𝔅*D*
18 uerg. *D* uirg. *cet.* hom. *B* om. *cet.*

suae sequens consuetudinem ‘sceleratum‘ frigus appellet. nemo ergo uos superet atque deuincat uolens humilitatem litterae sequi et angelorum religionem atque culturam, ut non seruiatis spiritali intellegentiae, sed exemplaribus futurorum, quae nec ipse uidit, qui uos superare desiderat, siue uidet — utrumque enim habetur in Graeco —, praesertim cum tumens ambulet et incedat inflatus mentisque superbiam et gestu corporis praeferat — hoc enim significat ἐμβατεύων —, frustra autem infletur et tumeat sensu carnis suae carnaliter cuncta intellegens et traditionum Iudaicarum deliramenta perquirens et non tenens caput omnium scripturarum illud, de quo dictum est: caput uiri Christus est, caput autem atque principium totius corporis eorumque, qui credunt, et omnis intellegentiae spiritalis. ex quo capite corpus ecclesiae per 6
suas conpages atque iuncturas uitalem doctrinae caelestis accipit sucum, ut omnia paulatim membra uegetentur et per occultos uenarum meatus fundatur defaecatus sanguis ciborum et ministretur atque subcrescat, immo teneatur temperantia corporis, ut de fonte capitis rigati artus crescant in perfectionem dei, ut inpleatur saluatoris oratio: pater, uolo, ut, sicut ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint, ut, postquam nos Christus tradiderit patri, sit deus omnia in omnibus. tale quid et in uerbis et in sensibus et in genere elocuti- 7
onis obscurissime scribit ad Ephesios: ueritatem autem loquentes in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum

1 cf. Uergil. Georg. II 256 2 cf. Col. 2, 18 4 cf. Col. 2, 18 6 cf. Col. 2, 18 7 cf. Col. 2, 18 11 *I Cor. 11, 3 19 *Ioh. 17, 21 20 I Cor. 15, 28 23 *Eph. 4, 15—16

2 ac ς in humilitate *AD* 3 et *om.B* relione *B* cultura *B* 4 quae] q *A* qui *B* 5 quae nos *A* superari 𝔅 separare *Φ* uidet 𝔅 uidit *cet.* 6 cum tumens] contumens *D* incedet *Φ* 7 superbiam et *scripsi* superbiet 𝔅*Φ* superbiam *cet.* 8 inflatur *AD* tumet *A*(*ex* cum et *m2*)*D* 9 deleramenta *A*𝔅,*Φp c.* 10 requirens *Φ* 11 illum *AD* scriptum *Φ* 12 autem est *B* atque] ad *AD* ac ς que *s.l.*𝔅 et est *B* 13 intellegentia 𝔅*B* spiritales *Φ* quo *om.AD* 14 suos 𝔅 15 succum *B* uisitentur *Φ* occultus *Φ* —tis *Aa.c.m2* oculos *B* 16 fundantur *AD* fundatus *B* defecatur *Φ* defectus *B* 17 atque *s.l.*𝔅,*om.Φ* 18 ut] et *AD* 19 uolo *ex* uero *m2A* 20 sit *B* ut] et *Φ* posquam *A* 21 xp̄s nos *AD* 22 tale *s.l.*𝔅,*om Φ* locutionis *AD* 25 totus *Φ*

corpus conpactum et conexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate. super quo in commentariis eius-
8 dem epistulae diximus plenius. loquitur autem uniuersa contra eos, qui credentes ex Iudaeis in dominum saluatorem Iudaicas caerimonias obseruare cupiebant. super qua re et in Actibus apostolorum non parua quaestio concitata est. unde et supra Paulus ait: nemo uos iudicet — de his, qui magistros legis esse se iactant — in cibo et potu, quod alia munda sint, alia inmunda, aut in parte diei festi, ut alios dies festos putent, alios non festos — nobis enim, qui in Christum credimus resurgentem, iugis et aeterna festiuitas est — aut in parte neomeniae, hoc est kalendarum et mensis noui, quando decrescens luna finitur et noctis umbris tegitur — Christianorum enim lumen aeternum est et semper solis iustitiae radiis inlustratur — aut in parte sabbatorum, ut non faciant seruile opus et onera non portent, quia nos Christi sumus libertate donati et onera
9 peccatorum gestare desiuimus. haec, inquit, omnia umbra sunt futurorum et imagines uenturae felicitatis, ut, in quibus Iudaei iuxta litteram haesitant et tenentur in terra, nos iuxta spiritum transeamus ad Christum, qui ad distinctionem umbrarum nunc corpus appellatur. quomodo enim in corpore ueritas est et in corporis umbra mendacium, sic in spiritali intellegentia mundus omnis cibus et potus et tota festiuitas et per-
10 petuae kalendae et aeterna requies expectanda est. quaerimus, quid

5 cf. Hieron. comm. in epist. ad Eph. 4, 15—16 8 cf. Act. c. 15 10 *Col. 2, 16 20 *Col. 2, 17 24 cf. Col. 2, 17

5 quo et in ς 6 plen. dix. *AD* 8 abseruare *Φ* actis ς 9 sup̲ *B* 10 de his, qui mag. leg. esse se iactant: nemo uos iudicet ς 11 et in potu 𝔅 et poto *Φ* quod] quasi ς 12 ut] aut *AD* 13 in *om.AD* xp̄o 𝔅 14 credidimus 𝔅*Φ* in parte neom. hoc est *s.l.*𝔅,*om.Φ* 15 numeniae *Aa.c.m2D* cal. *A* 16 umbra *AD* detegitur 𝔅 17 aeternorum *Φ* 18 haut *B* opus *s.l.*𝔅 19 sumus Christi ς 20 portare ς umbrae (e *B*)𝔅*ΦB* 21 in *om.Φ* 22 haes. iuxta litt. ς 23 spiritum] xpm 𝔅*a.c.Φ* quia ad 𝔅*Φ* 25 est *om.*ς 26 et ci(y *A*)bus et *AD* 27 cal. *B* exsp. *Φ* expetenda *B* quae primus (p *eras.A*)*AD* quod *Φ*

dicere uoluerit: in humilitate et religione angelorum aut quem sensum habeat. ex quo dominus locutus est ad discipulos: surgite, abeamus hinc et: relinquetur uobis domus uestra deserta, et: locus, in quo crucifixus est dominus, spiritaliter Aegyptus appelletur et Sodoma, omnis Iudaicarum obseruationum cultura destructa est et, quascumque offerunt uictimas, non deo offerunt, sed angelis refugis et spiritibus inmundis. nec mirum, si hoc 11
post passionem domini faciant, cum per Amos quoque prophetam dicatur ad eos: numquid hostias et uictimas obtulistis mihi quadraginta annis in deserto, domus Israhel, et adsumpsistis tabernaculum Moloch et sidus dei Rempham, figuras, quas fecistis, ut adoretis eas? quod plenius in contione Iu- 12
daica Stephanus martyr exponens et reuoluens historiam ueterem sic locutus est: et uitulum fecerunt in diebus illis et obtulerunt hostias idolo et laetabantur in operibus manuum suarum. conuersus autem est deus et tradidit eos, ut colerent militiam caeli, sicut scriptum est in libro prophetarum. militia autem caeli non tantum sol appellatur et 13
luna et astra rutilantia, sed et omnis angelica multitudo eorumque exercitus, qui Hebraice appellantur sabaoth, id est 'uirtutum' siue 'exercituum'. unde et in euangelio iuxta Lucam legimus: et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium deum et dicen-

1 Col. 2, 18 3 *Ioh. 14, 31 *Matth. 23, 38 4 *Apoc. 11, 8 10 *Am. 5, 25—26 et *Act. 7, 42—43 16 *Act. 7, 41—42 23 cf. Onom. s. 36, 20. 50, 25. 72, 17. 75, 1. 160, 16 25 *Luc. 2, 13—14

1 relegione $A\mathfrak{B}\Phi$ 2 que Φ habet $\mathfrak{B}$ 3 habeamus $D\Phi Ba.c.$ eamus ς et $s.l.\Phi$ 5 dom. crucif. est ς 6 uocatur AD et] uel $\mathfrak{B}\Phi$ 7 distructa $\mathfrak{B}$ dextructa D 8 spiritalibus Φ 9 faciunt $\mathfrak{B}\Phi$ Amos] annos B 12 adsumsisti Φ adsumptis $Aa.c.m2$ 13 molohc Φ dei uestri $\mathfrak{B}$ remfam B rempha Φ remfa AD 14 adoraretis $Ap.c.m2\Phi$ quos A contentione ADB 17 laeteb. $Aa.c.m2$ leceb. Φ 19 est *om.* ς et *om.*ς malitiam $\Phi a.c.$ 21 miliciã B mi(*ex* ma)litiam Φ 22 *alt.* et *om.*AD 23 qui] quae A hebraicae $\mathfrak{B}$ hebrae(e A)icae AD ebraeice Φ appellatur $\mathfrak{B}\Phi B$ sabbaoth B uirtutem $\mathfrak{B}$ 24 exercitium B lucan D 25 angelo] euangelio $\Phi a.r.$ angelo angelorum AD

ium: gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. facit enim deus an-
14 gelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. et ut sciamus semper eos, qui colebant idola, licet in templo hostias uiderentur offerre, non deo eas obtulisse, sed angelis, per Hiezechihel plenius discimus: dedi eis iustificationes non bonas et praecepta non bona. non enim sanguinem hircorum et taurorum quaerit deus, sed sacrificium domini est spiritus contribulatus, cor contritum et
15 humiliatum deus non despicit. et propterea, qui uitulum fecerunt in Choreb et coluerunt sidus dei Rempham, de quo in propheta Amos plenius disseruimus, adorauerunt figuras, quas ipsi fecerunt, et tradidit eos deus, ut seruirent militiae caeli, quae nunc ab apostolo religio dicitur angelorum. pro 'humilitate' in Graeco ταπεινοφροσύνη legitur, id est humilitas mentis siue sensus. uere enim humilis sensus et miseranda suspicio deum credere hircorum atque taurorum sanguine delectari et
16 nidore thymiamatis, quem saepe homines declinamus. quod autem sequitur: si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tamquam uiuentes in mundo decernitis 'ne tetigeris neque gustaueris neque contrectaueris', quae sunt omnia in interitum ipso usu secundum praecepta et doctrinas hominum? quae sunt ra-

2 cf. Ps. 103, 4 6 *Ezech. 20, 25 7 cf. Ps. 49, 13 8 *Ps. 50, 19 11 cf. Ps. 105, 19 cf. Am. 5, 26 et Act. 7, 43 12 cf. Hieron. comm. in Amos 5, 26 13 cf. Act. 7, 42 14 cf. Col. 2, 18 15 cf. Col. 2, 18 19 *Col. 2, 20—23

3 *alt.* suos *s.l.A* *alt.* et *om.Φ* scimus *Φ* 4 excolunt *AD* templo] tempore *AD* 5 hiezechihel (—iel *Φ*)ℬ*Φ* iezechiel *B* ezechihel (—iel *D*)*AD* 6 non bonas *om.AD* 7 et] aut *AD* 8 domini] deo ς est *om.AD* 10 deus *om.Φ* dispicit *Aa.c.m2*ℬ*Φ* qui] quia ℬ*p.c.* 11 feceꝝ ℬ fecerat *Φ* fecerant *B* coreb *B* Horeb ς coluerꝝ ℬ*Φ* coluerant *B* dei *om.AD* remfam *AD* 13 feceran(n *s.l.Φ*)t *ΦB* deus *om.AD* 14 iudicium (*exp.*) militiae *Φ* ab *s.l.Φ* dic. rel. ς 15 ταπ. *D*, *uarie scriptum in cet.* 16 uere enim humilitas sensus (*sic*) *in mg. inf. m2*ℬ, *om.Φ* superstitio ς 17 deo ℬ*Φ* 18 thim. *ADB* tim. ℬ*Φ* quem] que *Φ* quae *A* 19 helem. *ADB* elim. ℬ*Φ* 21 ne] neque *Φ* tetigeritis *AD* gustaueritis *AD* 22 contrectaueritis *AD*,*Φp.c.* 23 interitu *AD* 24 et *s.l.m2A*,*om.D*

tionem quidem habentia sapientiae in superstitione et humilitate et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, hunc nobis habere sensum uidetur. curramus per 17
singula et obscuritatem sensuum atque uerborum Christo reserante pandamus. si baptizati estis in Christo et cum Christo in baptismate mortui, mortui autem 'ab elementis' mundi — pro eo, quod est 'elementis' —, cur mecum non dicitis: mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo, nec audistis dominum dicentem ad patrem: de mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo, et: 'mundus odit eos, quoniam non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo', sed e contrario quasi uiuentes in mundo decernitis: 'ne tetigeris corpus hominis mortui, ne uestimentum et scabellum, in quo sederit mulier menstruata, neque gustaueris suillam carnem et leporum et sepiarum et lolliginum, murenae et anguillae et uniuersorum piscium, qui squamas et pinnulas non habent', quae omnia in corruptione et interitu sunt ipso usu et stercore degeruntur? esca enim uentri et uenter 18
escis, et omne, quod intrat per os, non communicat hominem, sed ea, quae de nobis exeunt.

6 cf. Rom. 6, 3—4 cf. Col. 2, 12 7 cf. Col. 2, 20 8 Gal. 6, 14 11 Ioh. 17, 16 13 cf. Ioh. 15, 19 14 cf. Col. 2, 20—22 15 cf. Leu. 5, 2 cf. Leu. 15, 19—23 16 cf. Leu. c. 11 et Deut. 14, 3—20 20 I Cor. 6, 13 21 *Matth. 15, 11 uel *Marc. 7, 15

2 ad non ς 3 honorem aliquem *ADB* honorem aliqui *Φ* 6 in Christo *om.Φ* 7 *pr.* mortui *om.Φ* consepulti *s.l.m2*𝔅,ς helem. *AD* elim. 𝔅*Φ* mundi —elem. *om.Φ* huius mundi ς 8 helem. *B* elim. 𝔅 mecum] meum *B* 9 mei] nostri ς 11 nec —12 *alt.* mundo *om.AD* (*cf. ad l. 14*) nec *s.l.Φ* dominum *s.l.Φ* ad patrem *s.l.m2*𝔅,*om.Φ* 12 *alt.* non *s.l.Φ* . 13 mundus *ex* mundos *A*𝔅*Φ* odit] ostendit *A* sunt —14 non *om.B* et *om.A* 14 non *s.l.m2*𝔅 *pr.* mundo] *seq.* 11 nec —12 *alt.* mundo *omisso* et *D* e *s.l.A* 15 tetigeri(*ex* e *A*)tis *AD* 15 corpus—16 menstr. *om.*𝔅 *alt.* ne] nec *Ap.c.m2*ς et] nec ς 16 scabillum *DΦ* gustaueris 𝔅 —rit *Φ* —ritis *ADB* 17 carnem suillam ς *pr.* et *om.*𝔅*Φ* luporum *Φ* *alt.* et *s.l.*𝔅 muraene *Φ* 18 quis (s *eras.*) quamas *D* qui scamas *B* pinnolas 𝔅 pennulas *AD* 19 corruptionem ς et in interitu *D* et interitū *A*ς 20 digeruntur *AD*,𝔅*p.c.* 21 coinquinat 𝔅*a.c.m2B*

secundum praecepta, inquit, et doctrinas hominum secundum illud, quod Esaias loquitur: populus hic labiis me honorat, cor uero eius longe est a me. frustra autem colunt me docentes doctrinas et praecepta hominum, unde et dominus pharisaeos corripit dicens: irritum fecistis mandatum dei, ut traditiones uestras statueretis. deus enim dixit: honora patrem et matrem et: qui maledixerit patri et matri, morte morietur. uos autem dicitis: quicumque dixerit patri uel matri: 'munus, quodcumque est ex me, tibi proderit' et non honorificauit patrem suum
19 aut matrem et reliqua. quibus infert: et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. quantae traditiones pharisaeorum sint, quas hodie δευτερώσεις uocant, et quam aniles fabulae, reuoluere nequeo. neque enim libri patitur magnitudo et pleraque tam turpia sunt, ut erubescam dicere. dicam tamen unum in ignominiam gentis inimicae: praepositos habent synagogis sapientissimos quosque foedo operi delegatos, ut sanguinem uirginis siue menstruatae mundum uel inmundum,
20 si oculis discernere non potuerint, gustatu probent. praeterea, quia iussum est, ut diebus sabbatorum sedeat unusquisque in domo sua et non egrediatur nec ambulet de loco, in quo habitat, si quando eos iuxta litteram coeperimus artare, ut non iaceant, non ambulent,

1 Col. 2, 22 2 *Esai. 29, 13 et *Matth. 15, 8 4 *Matth. 15, 9 6 *Matth. 15, 3—6 13 Matth. 15, 6 22 cf. Ex. 16, 29

2 isaias $\mathfrak{B}\Phi$ 3 uero eius] autem eorum ς a me *s.l.*Φ 4 autem] enim $\mathfrak{B}$ dicentes $\mathfrak{B}a.c.\Phi$ docentes et *AD* 5 hom. et praec. *AD* corr. phar. ς 7 statueritis $A\mathfrak{B}a.c.m2,\Phi$ 8 qui *s.l.*Φ 9 et] uel ς; *add.* morti (*del.*) Φ morte *s.l.*Φ moriatur ΦB 11 uel] et *AD* matri *om.B* 12 honorificabit *B* 14 traditiones uestras ς 15 sint ς sunt *codd.* 16 uocant δευτ. ς Δ(dΦ)*EYTEPΩCIC* ΦB deyterocic $\mathfrak{B}$ *ΔEYSEPΩCEIC D ΔEYCEPΩCEI* (*s.l.m2* deis erosei) *A* quam] tam $\mathfrak{B}a.c.m2\Phi B$ euoluere ς 17 ut] et Φ 18 dicam tamen] dico autem *AD* in *om.*Φ ignominia *ADB* proposito(*ex* u)s Φ 19 foedi Φ fedi *B* operis ΦB deligatos $\mathfrak{B}p.c.$ diligatos Φ 20 siue] suae ΦB 21 si] siue $\mathfrak{B}a.r.\Phi$ potuerit *Da.c.*Φ gustu *Ap.c.m2*$\mathfrak{B}p.r.$ propterea Φ quia] quibus *ADB* 22 iustum Φ 23 egredietur *D* nec] neque ς 24 non amb. non iac. *AD*

non stent, sed tantum sedeant, si uelint praecepta seruare, solent respondere et dicere: 'Barachibas et Symeon et Helles, magistri nostri, tradiderunt nobis, ut duo milia pedes ambulemus in sabbato' et cetera istius modi, doctrinas hominum praeferentes doctrinae dei. non quo dicamus sedendum esse semper in sabbato et de loco, in quo quis fuerit occupatus, penitus non recedendum, sed quo id, quod inpossibile legis est, in quo infirmatur per carnem, spiritali obseruatione conplendum sit.

Sequitur: quae sunt rationem quidem haben- 21
tia sapientiae. hoc loco 'quidem' coniunctio superflua est, quod in plerisque locis propter inperitiam artis grammaticae apostolum fecisse repperimus; neque enim 'sed' sequitur uel alia coniunctio, quae solet ei propositioni, ubi 'quidem' positum fuerit, respondere. uidentur igitur obseruationes Iudaicae apud inperitos et uilem plebiculam imaginem habere rationis humanaeque sapientiae, unde et doctores eorum *σοφοί*, hoc est 'sapientes', uocantur. et si quando certis diebus traditiones suas exponunt, discipulis suis solent dicere: *οἱ σοφοὶ δευτεροῦσιν*, id est 'sapientes docent traditiones'. pro 'superstitione' in Graeco *ἐθελοθρησκεία* posita est, hoc est 22
'falsa religio', et pro 'humilitate' *ταπεινοφροσύνη*, quae magis uirtutem solet sonare quam uitium; sed hic *ταπεινοφροσύνη* sic intellegenda, quod humilia sentiant atque terrena. *ἀφειδία* autem *σώματος*, cuius nomen Latinus sermo non explicat, apud nos dicitur 'a d

4 cf. Col. 2, 22 6 cf. Rom. 8, 3 9 Col. 2, 23 19 cf. Col. 2, 23 23 Col. 2, 23

1 praec. seru. sol. *s.l.m2*𝔅,*om.*Φ 2 barrachibas *AD* baracchibas *B* *alt.* et *s.l.*𝔅 Hellel ς chelles *B* 3 duo milia] bis mille ς 5 quod *Ap.c.m2B* semper esse ς 6 penitus *om.B* quo id quod 𝔅*p.c.* quid quod 𝔅*a.c.* quidquid Φ id quod *ADB* quod id quod ς 7 infirmantur Φ 10 est] *add., sed del.* qui postea Φ 11 in *s.l.m2*𝔅 im Φ 12 reperimus *B* 'sed' sequitur *scripsi* sequitur *AD*Φ, 𝔅*a.c.m2* sequitur 'sed' 𝔅*p.c.m2B* 13 propositi(ti *s.l.*Φ)oni ΦB praep. *cet.* ubi *s.l.m2*𝔅 positum *om.* Φ 15 plebeculam ς humani(s *s.l.*)que Φ 16 unde *om.*𝔅Φ 17 suis *om.*𝔅Φ 18 *dEYTEPOYCITN* Φ *ΔEITEPOYCIN D* deuteroisin 𝔅 *ΔEIIEPOYCIN* (*s.l.m2* deperoisin)*A IΔEPTEPOYCYN B δευτερῶσιν* ς id est *in mg. m2*𝔅 docentes trad. *AD*,*B* (*ex* trad. docentes) 19 superinsti(*s.l.add.* tu)tione Φ substitutione *AD* *ἐθελ. uarie scriptum in codd.* positum *AD* hoc] autem Φ 20 *et* 21 *ταπειν. uarie scriptum in codd.* 21 *ταπεινοφρονεῖν* ς intellegendum *Ap.c.m2* est intellegendum ς 22 sentiunt Φ sentiat 𝔅*p.r.* *AΦIΔIA* 𝔅Φ*B AΦINA* (*s.l.m2* afina *A*) *AD* *CΩMAΘOC* 𝔅 *CAMATOC B* *CΩATOC* (*s.l.m2* soatos *A*) *AD* 23 latine Φ aput *Aa.c.m2*Φ

non parcendum corpori'. non parcunt Iudaei corporibus suis in adsumptione ciborum contemnentes interdum, quae habent, et quaerentes, quae non habent — ex qua necessitate debilitates interdum et morbos contrahunt —, nec honorant semet ipsos, cum omnia munda sint mundis nihilque possit esse pollutum, quod cum gratiarum actione percipitur, et idcirco a domino sit creatum, ut saturitate et adinpletione carnis humanos artus uegetet atque sustentet. elementa autem mundi, a quibus, immo quibus mortui sumus, lex Moysi et omne uetus instrumentum intellegendum est, quibus quasi elementis et religionis exordiis dominum discimus. quomodo enim elementa appellantur litterae, per quas syllabas ac uerba coniungimus et ad texendam orationem longa meditatione procedimus, ars quoque musica habet elementa sua et geometrica ab elementis incipit linearum et dialectica atque medicina habent εἰσαγωγὰς suas, sic elementis ueteris testamenti, ut ad euangelicam plenitudinem ueniant, sancti uiri eruditur infantia. unde et centesimus octauus decimus psalmus et omnes alii, qui litteris praenotantur, per ethicam nos ducunt ad theologiam et ab elementis occidentis litterae, quae destruitur, transire faciunt ad spiritum uiuificantem. qui ergo mundo et elementis eius mortui sumus, non debemus ea obseruare, quae mundi sunt, quia in altero initium, in altero perfectio est.

11. *Quid sibi uelit, quod idem apostolus ad Thessalonicenses scribit:* nisi discessio uenerit primum et reue-

4 cf. Tit. 1, 15 5 I Tim. 4, 4 7 cf. Col. 2, 23 8 cf. Col. 2, 20 19 cf. II Cor. 3, 6 24 *II Thess. 2, 3

4 onerant *AD* 5 et quod Φ quod—9 intelleg. est *om.B* 8 aelem. *AD* elim. ℬΦ munda ℬ a *s.l.*ℬ,*om.*Φ 9 moysis *B* 10 aelem. *A* helem.*B* elim.ℬΦ deum *AD* 11 enim *s.l.*Φ,*om.AD* aelem. *A* helem. *B* elim. Φ 12 coniungimur *B* o(*s.l.*)rationem ℬ 13 helem. *B* elim. Φ 14 geometria *B* helem. *B* hẹlem. *D* elim. ℬΦ 15 εἰσαγ. *uarie scriptum in codd.* sua *AD* sic *om.*Φ helem. *B* elim. Φ 16 ueniat *AD* 17 *pr.* et *om.AD* centes. dec. oct. ς centesimo decimo octabo *D* CXVIIII (*ult. lin. eras.*,*s.l.m2* centesimus octauus decimus) *A* 18 tehologiam Φ theolo(i *s.l.m2A*)cam *AD* theoricam ς 19 hel. *DB* elim. Φ occidentis *s.l.*ℬ,*om.*Φ occidentur *B* distruitur *Aa.c.m2*ℬ 20 hel. *B* elim. Φ 21 non deb. *om.B* quae] qụi *B* munda Φ 22 in *add.m2A*,*om.D* profectio *A* 23 sibi uel(ll Φ*p.c.*)it ΦB sibi uult ℬ sit *AD* quod idem apost. *in mg. inf.*Φ thess. *D* th(t *B*)esalonicenses (—sis Φ) *cet.* 24 nisi discessio *in mg. inf.* Φ discessio (*s.l.m2* dissensio) *A*

latus fuerit homo peccati et reliqua. — In prima ad Thessalonicenses scripserat: de temporibus autem et momentis, fratres, non necesse habetis, ut uobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. cum enim dixerint: 'pax et securitas', tunc repentinus illis instabit interitus sicut dolor in utero habenti et non effugient. supra enim ad 2 eos scripserat: hoc uobis dicimus in uerbo domini, quia nos, qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu domini, non praeueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu et in uoce archangeli et in tuba dei descendet de caelo et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. deinde nos, qui uiuimus, qui residui sumus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam domino in aëra et sic semper cum domino erimus. itaque consolamini inuicem in uerbis istis. quod audientes Macedones non intellexerunt, 3 quos secum uiuentes apostolus uocet et qui dicantur residui, qui cum illo rapiantur in nubibus obuiam domino, sed arbitrati sunt, dum adhuc esset in corpore et antequam gustaret mortem, Christum in sua maiestate uenturum. quod apostolus audiens rogat eos et adiurat per aduentum domini nostri Iesu Christi, ut non cito moueantur neque per spiritum neque per sermonem neque per epistulam tamquam ab eo scriptam, quasi instet dies domini. duos autem esse 4 aduentus domini saluatoris et omnia prophetarum docent uolumina et euangeliorum fides, quod primum in humilitate uenerit et postea

2 *I Thess. 5, 1—3 9 *I Thess. 4, 14—17 23 cf. II Thess. 2, 1—2

1 relica *B* prima] *add.* epła *s.l.m2A* ad thess. *D* ad th(t *ΦB*)es. *cet.*;*add.* epistola *ς* 3 non *om.Φ* 4 scrib. uobis *ς* enim *om.Φ* 8 habentis *ADB* et *om.Φ* 10 nos *om.A* res. sumus] residuimus *Φ* 11 aduentum *A* 12 iusso *A* 13 *pr.* et *om.AD* *alt.* in *om.D* descendit *A* discendit 𝔅 14 sunt *om.*𝔅 15 res. sumus] relinquimur *ς* 16 nubibus] *add.* caeli (*exp.*)*Φ* 17 domino] Christo *ς* 19 audientis *Φ* machedones 𝔅 22 essent 𝔅*a.r.ΦB* gustarent 𝔅*a.r.Φp.c.* 23 quid *Φ* aud. apost. *AD* et *om.B* 26 tamquam *om.A*

sit uenturus in gloria, ipso domino protestante, quae ante consummationem mundi futura sint et quomodo uenturus antichristus, quando loquitur ad apostolos: cum uideritis abominationem desolationis, quae dicta est a Danihele propheta, stantem in loco sancto — qui legit, intellegat — tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes et, qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua. et iterum: tunc, si quis uobis dixerit: 'ecce hic Christus aut illic', nolite credere. surgent enim pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. ecce praedixi uobis. si ergo dixerint uobis: 'ecce in deserto est', nolite exire, 'ecce in penetralibus', nolite credere. sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et aduentus filii hominis. ac deinde: tunc apparebit signum filii hominis in caelo et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa et maiestate. et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna et congregabunt electos eius a quattuor uentis a summo caelorum usque ad terminos eorum. rursumque de antichristo loquitur ad Iudaeos: ego ueni in nomine patris mei et non credidistis mihi. si alius uenerit in nomine suo, illum

3 Matth. 24, 15—17 8 *Matth. 24, 23—27 18 *Matth. 24, 30—31 25 *Ioh. 5, 43

1 in gloria *in mg.m2*𝔙 prostante *B* qui *B* consummationem *B* 2 mundi *om.Φ* futura] uentura ϛ uenturus] uentura sint *Φ* 3 abhom. 𝔙*DB* 4 daniele *Φ*(?)*B* danihelo *Ap.c.m2* 6 fugiunt *ex* fugient 𝔙 7 descendet *Φ* discendit 𝔙 descendant ϛ 8 suo *Φ* 10 pseudoxpo *Φa.c.* 11 seudoprophetae *Φ* 12 ut *s.l.Φ* 15 est *om.AD* penetrabilibus *ADB* penetrabilis *Φ* 16 fulgor *AΦ*,𝔙*a.c.* exiit 𝔙 exiet *ΦB* 17 parit 𝔙 18 hominis filii *Φ* fili *AD* ac —19 filii hom. *om.B* 19 fili *AD* in caelo —20 hominis *s.l.m2*𝔙,*om.Φ* 20 hominis *om.B* 21 caeli *om.AD* 22 mittit 𝔙*Φ* mitte *B* turba *Φ* 25 locutus *B*

suscipietis. igitur Thessalonicensium animos uel occasio non intellectae epistulae uel ficta reuelatio, quae per somnium deceperat dormientes, uel aliquorum coniectura Esaiae et Danihelis euangeliorumque uerba de antichristo praenuntiantia in illud tempus interpretantium mouerat atque turbauerat, ut in maiestate sua tunc Christum sperarent esse uenturum. cui errori medetur apostolus 8 et exponit, quae ante aduentum antichristi debeant praestolari, ut, cum illa facta uiderint, tunc sciant antichristum, id est hominem peccati et filium perditionis, qui aduersatur et extollitur super omne, quod dicitur deus aut quod colitur, et qui in templo dei sedeat, esse uenturum. nisi, inquit, uenerit discessio primum — quod Graece 9 dicitur ἀποστασία, ut omnes gentes, quae Romano imperio subiacent, recedant ab eis — et reuelatus fuerit — id est ostensus, quem omnium prophetarum uerba praenuntiant — homo peccati — in quo fons omnium peccatorum est — et filius perditionis — id est diaboli; ipse est enim uniuersorum perditio —, qui aduersatur Christo et ideo uocatur antichristus, et extollitur super omne, quod dicitur deus, ut cunctarum gentium deos siue omnem probatam et ueram religionem suo calcet pede et in templo dei — uel Hierosolymis, ut quidam putant, uel in ecclesia, ut uerius arbitramur — sederit ostendens se, tamquam ipse sit Christus et filius dei. nisi, 10 inquit, ante Romanum imperium fuerit desolatum et antichristus praecesserit, Christus non ueniet, qui ideo ita uenturus est, ut

9 *II Thess. 2, 4 12 *II Thess. 2, 3 18 cf. II Thess. 2, 4

1 thesal. *AB*Φ tessal. *B* animas Φ 2 somnum *B*Φ 3 aliorum Φ aesaie *A*Φ esayę *B* isaiae *B* danielis Φ*B* danihel *A* 4 pronuntia(n *s.l.*)tia Φ 5 ut *om.AD* 7 xpi (*del.*) antichristi *B* Christi ς ut] et Φ 8 cum *om.A* homini *B* 10 super] sp *B* supra ς *pr.* quod] quo *A* 11 et qui *AB DB* qui et Φ ita ut ς templum Φ 12 dissentio *B* greci Φ 13 romana Φ subiaceant *Ba.c.* 14 fuerit homo peccati *AD* 15 que Φ quae *B* omnia ς praen. ς pron. *codd., sed cf. l. 4* 16 est *om.B* 17 diabuli *B*Φ 19 supra *B* ut *s.l.*Φ et *AD* 20 siue omnium *Ba.c.* siue omnium siue omnem Φ*B* prob. omnem ς prob.] prauam *B*Φ relig. —22 putant *om.B* 21 uel in *B*Φ hierusolimis *AB*Φ 22 in *s.l.*Φ ę(e)cclesiā ut (*ex* ecclesiam Φ)*B*Φ 23 se *s.l.*Φ se esse *AD* 24 fuerit rom. ante imp. *AD* fuerit Rom. imp. ante ς antixpo Φ 25 ita *om.B*Φ

antichristum destruat. meministis, ait, quod haec ipsa, quae nunc scribo per epistulam, cum apud uos essem, praesenti sermone narrabam et dicebam uobis Christum non esse uenturum, nisi praecessisset antichristus. et nunc quid detineat, scitis, ut reueletur in suo tempore, hoc est: quae causa sit,
11 ut antichristus in praesentiarum non ueniat, optime nostis. nec uult aperte dicere Romanum imperium destruendum, quod ipsi, qui imperant, aeternum putant. unde secundum Apocalypsin Iohannis in fronte purpuratae meretricis scriptum est nomen blasphemiae, id est 'Romae aeternae'. si enim aperte audacterque dixisset: 'non ueniet antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium', iusta causa persecutionis in orientem tunc ecclesiam consurgere uidebatur.

12 Quodque sequitur: iam enim mysterium iniquitatis operatur, tantum ut, qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, et tunc reuelabitur ille iniquus, hunc habet sensum: multis malis atque peccatis, quibus Nero, inpurissimus Caesarum, mundum premit, antichristi parturitur aduentus et, quod ille operaturus est postea, in isto ex parte conpletur, tantum ut Romanum imperium, quod nunc uni-
13 uersas gentes tenet, recedat et de medio fiat. et tunc antichristus ueniet, fons iniquitatis, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, diuina uidelicet potestate et suae maiestatis imperio, cuius iussisse fecisse est, non in exercitus multitudine, non in robore militum, non in angelorum auxilio, sed, statim ut ille aduenerit, interficietur antichristus.
14 et quomodo tenebrae solis fugantur aduentu, sic inlustratione aduentus sui eum dominus destruet atque delebit,

1 cf. II Thess. 2, 5 4 II Thess. 2, 6 8 cf. Apoc. 17, 3.5 14 *II Thess. 2, 7—8 22 II Thess. 2, 8 27 II Thess. 2, 8

1 distruat $\mathfrak{B}\Phi$ 2 epla *D* etiam cum *B* 3 non *s.l.B* praecessisset et *A* 4 nunc *ex* num *D* deteneat $\mathfrak{B}\Phi$ 7 distr. $\mathfrak{B}\Phi$ dextr. *D* 8 unde] ut *AD* apocalipsin *A*$\mathfrak{B}$*B* apocalypsim ς 10 romanae (an *eras.*)$\mathfrak{B}$ 12 iuxta *ABa.c.m2D* oriente *A*$\mathfrak{B}$*D*Φ e(ę)cclesia *AD* 13 uideretur *B* 14 que *om.D* ministerium Φ*p.c.* oper. iniq. ς 15 tenent *B* teneant *B* 16 medium $\mathfrak{B}$*a.c.m2*Φ 17 ille *om.*Φ 18 nero *s.l.m2*$\mathfrak{B}$,*om.*Φ 19 operatus *AD* 21 tenet *bis*$\mathfrak{B}$(*corr.*) tenet tene Φ 23 diuina uidelicet bona Φ 26 interficeretur Φ 27 aduentus Φ 28 dextruet *D*

cuius opera satanae sunt opera, et, sicut in Christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter, ita et in antichristo omnes erunt fortitudines et signa atque prodigia, sed uniuersa mendacia. quomodo enim signis dei, quae operabatur per Moysen, magi suis resistebant mendaciis et uirga Moysi deuorauit uirgas eorum, ita mendacium antichristi Christi ueritas deuorabit; seducentur autem eius mendacio, qui perditioni sunt praeparati. et quia tacita quaestio poterat commoueri: 'cur enim concessit deus omnem eum habere uirtutem et signa atque prodigia, per quae seducantur, si fieri potest, etiam electi dei?', solutione praeuenit quaestionem et, quod obponi poterat, antequam obponatur, absoluit. faciet, inquit, haec omnia non sua uirtute, sed concessione dei propter Iudaeos, ut qui noluerunt caritatem recipere ueritatis, hoc est Christum, quia caritas dei diffusa est in corda credentium et ipse dicit: e g o s u m u e r i t a s, de quo in psalmis scriptum est: u e r i t a s d e t e r r a o r t a e s t. qui ergo caritatem et ueritatem non receperunt, ut saluatore suscepto salui fierent, mittit illis deus non operatorem, sed ipsam operationem, id est fontem erroris, ut credant mendacio, q u i a m e n d a x e s t ipse e t p a t e r e i u s. et siquidem antichristus de uirgine natus esset et primus uenisset in mundum, poterant habere Iudaei excusationem et dicere, quod putauerint ueritatem et idcirco mendacium pro ueritate susceperint; nunc autem ideo iudicandi sunt, immo procul dubio condemnandi, quia Christo ueritate contempta postea mendacium, id est antichristum, suscepturi sunt.

1 cf. II Thess. 2, 9 cf. Col. 2, 9 2 cf. II Thess. 2, 9 4 cf. Ex. 7, 8—12 6 cf. II Thess. 2, 10 8 cf. II Thess. 2, 9 9 cf. Matth. 24, 24 13 cf. Rom. 5, 5 14 Ioh. 14, 6 15 Ps. 84, 12 16 cf. II Thess. 2, 10 18 Ioh. 8, 44

2 et *om.ADB* erant 𝔅*a.c.*Φ 3 atque] et ς prodigia *om.D* sed *del.D* 4 quae] qui 𝔅*p.c.* operatur *A* operabantur *B* resistere *AD* restitere ς 6 ueritatis Φ deuorauit *D* seducuntur *AD* 7 praeparata *A* pot. questio Φ 9 et *om.AD* seducuntur *AD* si *ex* s; *B* 10 solutio *AD* oponi Φ*a.c.B* opponi Φ*p.c.*ς 11 adsoluit Φ haec *om.AD* 12 confessione 𝔅*a.c.m2*Φ 13 hoc est] *add.* spiritum dei per *B* 14 corde 𝔅 17 mittet *Ap.c.m2B* 18 mendatium Φ 19 ille ipse *B* 20 poterat Φ Iud. hab. ς 21 dicerent *Aa.c.D* 22 suceperint (*sic*) sed cum non ita sit *B* 23 in $\overline{\text{xpo}}$ *B* $\overline{\text{xpi}}$ *D* contenta 𝔅 24 sint *Ap.r.D*;*add.* explīc ad algasiā questns $\overline{\text{num}}$ - XI - *D*

CXXII.
AD RUSTICUM DE PAENITENTIA.

1. Quod ignotus ad ignotum audeo scribere, sanctae ancillae Christi Hedybiae et sanctae filiae meae, coniugis tuae Artemiae, immo sororis ex coniuge atque conseruae, fecit deprecatio. quae nequaquam propria salute contenta tuam et ante quaesiuit in patria et nunc in sanctis locis quaerit salutem imitari cupiens Andreae et Philippi apostolorum beniuolentiam, quorum uterque inuentus a Christo fratrem Simonem et amicum Nathanahel inuenire desiderat, ut alter eorum mereatur audire: tu es Simon, filius Iohannis, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus, alter 'donum dei' — hoc enim in lingua nostra sonat Nathanahel — Christi ad se loquentis testimonio subleuetur: ecce
2 uere Israhelita, in quo dolus non est. optauerat quondam et Loth cum filiabus saluare coniugem suam et de incendio Sodomae et Gomorrae paene semiustus erumpens educere eam, quae

7 cf. Ioh. 1, 40—46 10 *Ioh. 1, 42 11 cf. Onom. s. 66, 14; 75, 15 12 cf. Onom. s. 19, 14 13 Ioh. 1, 47 14 cf. Gen. 19, 15—26

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
t = *Casinensis 298 s. X—XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad rusticum de p(a)enitentia *GJ,Σa.c.m2* ad rusticum exhortatoria ad penitentiam *Σp.c.m2* ad rusticum exortatoria super poenitentiam (penitente *B*)*DB* ad rusticium super agenda penitentia, quem uxor casta luxuriosum eidem hieronimo pr(a)esens insinuauit *Nt*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in G* (eiusdem), *DNtB*

3 adeo *G* 4 hedybiae *G* he(hę— *t* e— *DB*)dibiae (-e) *cet.* sanctae *G,om.cet.* arthemiae(—e) *Dt,Np.c.* arteminae *G* 5 ex *in ras. m2B* et *J* 6 contemta *N* contempta *B* 7 salutem *om.ς* 8 philipi *Σ* beneu. *J,Σa.c.* 9 symonem *JDB* nat(h *s.l.*)anael *B* desiderabat *B* 10 alter] uterque *Nt* symon *Gp.c.m2JΣD* ioannis *Σa.c.* iohanna *D* 11 cęphas *ΣDN* cefas *B* 12 in *om.ς* 13 natanahel *B* Nathanael *ς* 14 uere] uir *Σ* 15 lot *Ga.c.m2ς alt.* et *om.G* 16 semustus *J,Σa.c.m2* educeret *N*

pristinis uitiis tenebatur adstricta; sed et trepida desperatio respiciensque postergum aeterno infidelitatis titulo condemnatur et ardens fides pro una muliere perdita totam Segor liberat ciuitatem. denique, postquam Sodomiticas ualles ac tenebras derelinquens ad montana conscendit, ortus est ei sol in Segor, quae interpretatur 'paruula', ut parua fides Loth, quia maiora non poterat, saltim minora seruaret. neque enim Gomorrae quondam et erroris habitator statim ad meridiem poterat peruenire, in qua Abraham, amicus domini, cum angelis suscepit deum et Ioseph fratres pascit in Aegypto sponsusque audit a sponsa: ubi pascis, ubi cubas in meridie? Samuhel quondam plangebat Saul, quia superbiae uulnera paenitentiae medicamine non curabat, et Paulus lugebat Corinthios, qui fornicationis maculas lacrimis delere nolebant. unde et Hiezechiel librum deuorat scriptum intus et foris carmine et planctu et uae: carmine super laude iustorum, planctu super paenitentibus, uae super his, de quibus scriptum est: cum uenerit inpius in profundum malorum, contemnit. quos ostendit et Esaias dicens: uocauit dominus sabaoth in die illa fletum et planctum et decaluationem et accinctionem ciliciorum; ipsi autem fecerunt laetitiam et exultationem mactantes uitulos et occidentes oues, ut comederent carnes, atque dicentes: manducemus et bibamus; cras

5 cf. Onom. s. 10, 25 7 Gomorra = caecitas, cf. Onom. s. 72, 31; 73, 19; 74, 13 8 cf. Gen. 18, 1 9 cf. Gen. 50, 21 10 *Cant. 1, 7 (6) 11 cf. I Reg. 15, 11 et 35 12 cf. I Cor. 5, 2 . II Cor. 2, 1—11 14 cf. Ezech. 2, 9—3,3 16 *Prou. 18, 3 18 *Esai. 22, 12—13

1 uitiis *s.l.m2Σ* uestigiis *J* asstr. *N* astr. *tB* et] ea *ς,ras.1—2 litt.B* trep. desperatione *Bp.c.m2* desperatione trep. *ς* respiciens quoque *G* respiciens *D* 2 post tergum *Gt* 3 perd. mul. *B* perditam *D* 5 conscendens *J*, *Σa.c.m2* est *om.D* 6 parua *om.B* Lot *ς* saltem *GNtB* 7 erroris] amorre *Gp.c.m2* 8 meridiae *J* quo *D* habraham *Σ* 9 suscipit *G* pasc. fratres *JΣ* 10 et sponsus *t* a *codd., sed ante* s *impuram* ab *scribere solet Hier.* ubi cub. ubi pasc. *ς* pasces *J,Σa.c.m2* 11 samuel *ΣB* Saulem *ς* 13 lacrimas *J* nolebat *N* et *om.JΣ* 14 hiezechihel *J* iezechiel *t,Bmg.m2* ezechihel *Σ* Ezechiel *ς* carmen *Nt* *alt.* et *G,om.cet.* planctum *Nt* 15 et *s.l.Σ* ue *Dt* ueh *Bmg.m2* carmen *Nt* planctus *Nt* 16 ue *D* ueh (h *in ras. m2*)*B* superbis *D* 17 profundo *J,Σa.c.m2* et *G,om.cet.* 18 ęsaias *t* ysaias *B* Isaias *ς* uocabit *NB* 19 ad fletum *B* accintionem *D* 21 letitia et exultatione *t* 22 atque *om.Nt*

6 enim moriemur. de quibus et Hiezechiel loquitur: et tu, fili hominis, dic domui Israhel: sic locuti estis dicentes: errores nostri et iniquitates nostrae super nos erunt et in ipsis contabescimus; et quomodo salui esse poterimus? dic eis: uiuo ego, dicit dominus; nolo mortem inpii, sed ut conuertatur a uia sua. et iterum: reuertimini recedentes a uia uestra; quare mo-
7 riemini, domus Israhel? nihil ita offendit deum quam desperatione meliorum haerere peioribus, licet et ipsa desperatio incredulitatis indicium sit. qui enim desperat salutem, non putat futurum esse iudicium. quod si metueret, utique bonis operibus se iudici praepararet. audiamus per Hieremiam loquentem deum: conuerte pedem tuum a uia aspera et guttur tuum a siti et iterum: numquid, qui cadit, non resurget aut, qui auersus est, non reuertetur? et per Esaiam: quando conuersus ingemueris,
8 tunc saluus eris et scies, ubi fueris. scire non possumus aegrotationis mala, nisi cum fuerit sanitas consecuta, et, quantum boni uirtus habeat, uitia demonstrant clariusque fit lumen conparatione tenebrarum. Hiezechiel quoque isdem uerbis, quia eodem et spiritu: conuertimini, inquit, et redite ab iniquitatibus uestris, domus Israhel, et non erunt uobis in tormentum inpietatis. pro-

1 *Ezech. 33, 10—11 14 *Hier. 2, 25 15 *Hier. 8, 4 17 *Esai. 30, 15 22 *Ezech. 18, 30—32

1 hiezechihel *D* h(*exp.*)ezechihel *Σ* ezechi(h *s.l.*)el *J* ezechiel *tB* 2 filii *B* sic *ex* si *G* nunc *Σa.c.m2* 4 erunt *s.l.m2Σ,om.J* sunt *Bp.c.m2* 5 esse pot.] erimus *Nt* 6 inpii] peccatoris *B* 7 ut *s.l.B* sua] *add.* mala *B* 8 morimini *GJa.c.* 10 desperationem (nem *eras.*) *J* desperatio et desperatione *B* meliorum] malorum *tp.c.m2* 11 putet *D* 12 esse fut. *JΣ* iudicii (ii *in ras. m2G,ult.* i *eras.J*)*GJ* 13 preparet *D* audimus *Σa.c.m2* iheremiam *B* Ieremiam ς dn̄m loquentem *t* 15 cadet *GJ,Σa.c.m2* 16 resurgit *Nt* quia a(*s.l.m2*)uersus *Σ* quod auersum *B* 17 esayam *t* Isaiam ς conuersus *s.l.m2Σ, om.J* 18 scias *Σa.c.m2* cies *B* 19 egrotationes malas *Nt* cum *om.Σ* 20 demonstrat *JB,Σa.c.* clarius *Nt* sit *G,om.Nt* 21 tenebrarum agnoscimus *Nt* hiezechihel *D* hezechiel *Nt* ezechihel *JΣ* ezechiel *B* hisdem *G* iisdem ς 23 et non —*p. 59, 4* Israhel *om.D* 24 inpiet.] in(m)pietates *Σp.c.m2DB*

icite omnes inpietates uestras, quibus inpie egistis aduersum me, et facite uobis cor nouum et spiritum nouum. et quare moriemini, domus Israhel? nolo enim mortem peccatoris, dicit dominus. unde et in consequentibus loquitur: 9 uiuo ego, dicit dominus. nolo mortem peccatoris, nisi ut reuertatur a uia sua et uiuat, ne mens incredula bonorum repromissione desperet et semel perditioni animus destinatus non adhibeat uulneri curationem, quod nequaquam aestimat posse curari. idcirco iurare se dicit, ut, si non credimus promittenti deo, credamus saltim pro nostra salute iuranti. quam ob causam et iustus precatur ac dicit: conuerte nos, 10 deus salutaris noster, et auerte furorem tuum a nobis et iterum: domine, in uoluntate tua praestitisti decori meo fortitudinem, auertisti faciem tuam et factus sum conturbatus. postquam enim foeditatem delictorum meorum uirtutum decore mutaui, infirmitatem meam tua gratia roborasti et te audiam pollicentem: persequar inimicos meos et conprehendam eos et non reuertar, donec deficiant, ut, qui te ante fugiebam et inimicus eram, tua conprehendar manu. ne cesses a persequendo, donec deficiam a uia mea pessima et reuertar 11 ad uirum meum pristinum, qui mihi dabat linteamina mea et oleum et similam et cibabat me pinguissimis cibis. qui idcirco obsaepsit atque praeclusit uias meas pessimas, ut eam inuenirem uiam, quae dicit in euangelio: ego sum uia et uita et ueritas.

6 *Ezech. 33, 11 12 *Ps. 84, 5 14 *Ps. 29, 8 19 *Ps. 17, 38 22 cf. Ezech. 33, 11 23 cf. Ezech. 16, 13 et 18—19 26 *Ioh. 14, 6

1 in quibus *B* 2 aduersus *Nt* 3 *alt.* et *in ras.m2B* 4 enim *s.l.N* 5 dom.] $\overline{\text{d}}$ Σ et *om.B* 8 bon. repromissionem ΣNt de bon. repromissione ς disperet *Jp.c.*Σ ad perditionem *B* 10 aestimet *Nt* existimat ς non *s.l.B* 11 saltem *GNtB* 12 et *om.B* iustus] *seq. spat. 6 litt. t* ac *G* et *cet.* 13 iram tuam *t* 14 nobis] *add.* hucusque *s.l.m2J* bonitate (*pr.* t *s.l.J*)*J*,Σ*a.c.m2* 15 fortit.] uirtutem *B* 16 tuam] *add.* a me *J*(*eras.*)ς 17 fęd. *t* fed. *DNB* 18 et te] ecce *DB* audiam *Nt* 20 eos] illos *DB* conuertar *J*Σ*tB* ut] utique *B* 22 nec *G* 23 mihi *s.l.m2*Σ dabit ς oleum meum *G* 24 cibabit ς ciuis *Nt* opsepsit *D* obrepsit *G* obsessit *NB* 25 perclusit *J* reclusit *D* eam] eas *Jp.c.m2* inuenire *GJ* uiam *ex* iam (*exp. et s.l.m2* nequeam) *J* qui *J* 26 uia et ueritas · (*add.* et uita *s.l.m2*) *B* uia, ueritas et uita ς

12 audi prophetam loquentem: qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. euntes ibant et flebant portantes semina sua; uenientes autem uenient in exultatione portantes manipulos suos, et loquere cum eo: laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis stratum meum rigabo, et iterum: sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, deus. sitiuit anima mea ad deum fortem et uiuum, factae sunt lacrimae meae panis per diem et noctem, et in alio loco: deus, deus meus, ad te de luce uigilo. sitiuit ad te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. in terra deserta et inuia et inaquosa, sic in
13 sancto apparui tibi. quamquam sitierit te anima mea, tamen multo te plus carnis meae labore quaesiui et tibi in sancto apparere non potui, nisi prius in terra deserta a uitiis et inuia aduersariis potestatibus et absque humore et reumate ullius libidinis commorarer. fleuit et dominus super ciuitatem Hierusalem, quia non egisset paenitentiam, et Petrus trinam negationem amaritudine abluit lacrimarum inpleuitque illud propheticum: exitus aquarum
14 deduxerunt oculi mei. plangit et Hieremias populum paenitentiam non agentem dicens: quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo populum istum per diem et noctem?

1 *Ps. 125, 5—6 5 *Ps. 6, 7 7 *Ps. 41, 2—4 11 *Ps. 62, 2—3 19 cf. Luc. 19, 41—44 20 cf. Matth. 26, 75 etc. 21 Ps. 118, 136 23 *Hier. 9, 1

2 portantes] mittentes *Gp.c.m2* 4 in] cum *B* 5 lab. in gem. meo *om.DNtB* 6 in *om.Nt* lacr. meis *Σ* 7 ceru. des. *JΣ* 10 te deum ς uiuum et fortem *D* forte *Ba.c.m2* fontem ς et *s.l.m2JB,om.Σ*ς uiuum] *add.* quando ueniam et apparebo ante faciem dei? ς sunt] *add.* mihi *Σs.l.m2* ς 11 panis *s.l.N* panes *JΣDB* 12 anima mea ad te ς 13 multiplicetur *G* tibi] et *Nt* 14 *pr.* et *om.B* et in *Nt* *alt.* et] et in *Nt* 15 aparuit (t *eras.*) *Σ* quamquam enim *DNtB* te *s.l.m2B* in te *Nt* 16 multum *J* quae(e)sibi *GD* 17 prius] plus *Nt* deserta *s.l.m2t,om.D* aduers. et *G* et adu(au *Nt*)ers. *ΣNt* 18 umore *J* rheumate ς illius *ΣBa.c.m2* 19 et *s.l.m2Σ,om.J* 20 e(ae*J*)-gissent *J* (n *exp.*) *DB* ablit *B* abstulit *Nt* 21 prof. *G passim* 23 dauit *G* 24 aquas *J,Σa.c.m2*

cur autem plangat et defleat, sequenti sermone demonstrat: nolite flere mortuum neque plangatis eum. flete planctu, qui egreditur, quia non reuertetur ultra. nequaquam igitur gentilis plangendus est atque Iudaeus, qui in ecclesia non fuerunt et semel mortui sunt, de quibus saluator dicit: dimitte mortuos, ut sepeliant mortuos suos, sed [eos], qui per scelera atque peccata egrediuntur de ecclesia et nolunt ultra reuerti ad eam damnatione uitiorum. unde et ad uiros ecclesiasticos, qui muri et turres ecclesiae nuncupantur, loquitur sermo propheticus dicens: muri Sion, proferte lacrimas inplentes illud apostoli: gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, ut dura corda peccantium uestris lacrimis prouocetis ad fletum, ne perseuerantes in malitia audiant: ego plantaui te uineam fructiferam, omnem ueram; quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienae? et iterum: ligno dixerunt: 'pater meus es tu' et lapidi: 'tu genuisti me', et aduerterunt ad me dorsa et non facies suas. et est sensus: noluerunt ad me conuerti, ut agerent paenitentiam, sed cordis duritia in iniuriam meam sua terga uerterunt. quam ob rem et dominus loquitur ad Hieremiam: uidisti, quae fecerunt mihi, habitatio Israhel? abierunt super omnem montem excelsum et subter omne lignum frondosum et fornicati sunt ibi. et dixi, postquam fornicata est haec omnia: 'reuertere ad me', et non est reuersa.

1 *Hier. 22, 10 6 *Matth. 8, 22. *Luc. 9, 60 10 *Thren. 2, 18 11 Rom. 12, 15 14 *Hier. 2, 21 16 *Hier. 2, 27 21 *Hier. 3, 6—7

3 planctum *GNt* quia *ex* qui *Σ* 5 morituri(?) *G* ait *DB* 6 ut sep.] sepelire *ς* sepelliant *Gp.c.* 7 eos *seclusi* eos ꝛ'ange *ς* 10 syon *Nt* 13 perseuerantē *B* in il. ·'itia *B* 14 te *s.l.m2Σ,om.J* uineam meam (meam *del.m2Σ*) *JΣ* fruct. *Gt* frug. *cet.* 15 omnem ueram] omne semen uerum *B* uersa *ς* amaritudine *DNt* 16 alienam *D* aliena *Ba.c.m2* 17 me ge(ie—*B*)nuisti *JΣDB* 18 aduert. *scripsi* auert. *G* uert. *cet.* 20 cordis duritiā *t,Bp.c.m2* per cordis duritiam *ς* 21 ieremiam *B* 22 habitatores *GNt* 23 excelsum (*s.l.m2*) montem *Σ* montem *in mg.B* excelsum *om.J* subter] super *Nt* 24 omnem *Gt* sunt *s.l.m2Σ,om.J* 25 forn. est] facta sunt *B*; *add.* et fecit *ς* 26 ad me reuertere *DB*

2. O clementiam dei, o nostram duritiam! dum et post tanta scelera nos prouocat ad salutem et nec sic quidem uolumus ad meliora conuerti: si reliquerit, inquit, uxor uirum suum et alii nupserit et uoluerit postea reuerti ad eum, numquid suscipiet eam et non detestabitur? pro quo scriptum est iuxta Hebraicam ueritatem, quod in Graecis et Latinis codicibus non habetur: et tu reliquisti me; tamen conuertere et suscipiam te, dicit dominus. Esaias quoque in eundem sensum isdem loquitur paene sermonibus: conuertimini, qui profundum consilium cogitatis et iniquum, filii Israhel. reuertere ad me et redimam te. ego deus et non est alius praeter me. iustus et saluator non est absque me. reuertimini ad me et salui eritis, qui estis in extremis terrae. recordamini horum et ingemescite et agite paenitentiam, qui erratis. conuertimini corde et mementote priorum a saeculo, quoniam ego sum deus et non est alius absque me. scribit et Iohel: conuertimini ad me ex toto corde uestro in ieiunio et lacrimis et planctu; scindite corda uestra et non uestimenta uestra. misericors enim et miserator est dominus et agens paenitentiam super malitiis. quantae autem sint misericordiae et quantae ⟨et⟩— ut ita loquar — nimiae

3 *Hier. 3, 1 7 *Hier. 3, 1 10 *Esai. 31, 6 12 *Esai. 44, 22 13 *Esai. 45, 21—22 16 *Esai. 46, 8—9 20 *Ioel 2, 12—13

1 clementia *DtB,Σp.c.m2* nostra duritia *Jp.r.Σp.c.m2tB* tanta *in mg. m2B* 2 nec] ne *D* 3 relinquerit *G* reliquerint *D* inquit *om.B* 4 alio *ΣNt* 6 iuxta] in *J* hebraica ueritate *Jp.r.* ebraicam *tB* 7 habentur *Nt* inuenitur *B* 8 relinquisti *G* dereliquisti *D* 9 esayas *t* isayas *B* Isaias ς in eodem sensu *Nt* 10 isdem *B* eisdem *JΣ* hisdem *cet.* iisdem ς pae(e)ne loq. *DNtB* conuert. inquit (t *ex* d) *Σ* qui *in mg.m2Σ* 11 cogitastis *J,Σa.r.* 12 fili *D* filiis *G* conuertere *JΣ* 13 te] *add.* dicit dominus *JΣ* 14 et *s.l.Σ* 16 ingemiscite *JB,Σa.c.m2* 17 errastis *ΣDNB* 20 iohel *ex* ohel *B* Ioel ς ex] in *Σ* 21 uestro *ex* tuo *m2J* *alt.* et *s.l.B* 22 et scindite *Σt* et non uestim. uestra *om.Nt* 24 et *om.t* malitia *Nt* —tiā *B* 25 sit *JΣ,Ba.c.m2* *pr.* et— nimiae *om.B* quantae] quam ς *alt.* et *addidi,om.codd.*

ineffabilisque clementiae, Osee propheta nos doceat, per quem loquitur deus: quid tibi faciam, Effraim, quomodo te protegam, Israhel, quid tibi, inquam, faciam? sicut Adamam ponam te et sicut Seboim. conuersum est cor meum in me, conturbata est paenitudo mea. nequaquam faciam secundum iram furoris mei. unde et Dauid loquitur in psalmo: non est in morte, qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi? et in alio loco: peccatum meum notum feci et iniquitatem meam non abscondi. dixi: 'pronuntiabo contra me iniquitatem meam domino'. et tu dimisisti inpietatem cordis mei. pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno. uerumtamen nisi in diluuio aquarum multarum ad ipsum non adpropinquabunt.

3. Uide, quanta magnitudo sit fletuum, ut aquarum diluuio conparetur. quos qui habuerit et dixerit cum Hieremia: non sileat pupilla oculi mei, statim in illo conplebitur: misericordia et ueritas obuiauerunt sibi, iustitia et pax deosculatae sunt, ut, si te iustitia ueritasque terruerint, misericordia et pax prouocent ad salutem. totam paenitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus, quando ingressus est Dauid ad Bethsabee, uxorem Uriae Cethei, et

2 *Os. 11, 8—9 8 Ps. 6, 6 10 *Ps. 31, 5—6 18 *Thren. 2, 18 19 *Ps. 84, 11 24 cf. Ps. 50, 2

1 ineffab(u *D*)ilisque *JD,Ba.c.m2* ineffabilique *Σ* clementiae] *seq. ras. 2 litt.* (et?) *J* oseae (*ex* osaeae *J*) *JΣNt* 2 effraym *B* efraim *GD* Ephraim *ς* 3 hisrahel *N* tibi *s.l.m2B* 4 adamantem *JD,Bp.c.m2* Adama *ς* 5 est *s.l.m2Σ*, *om.J* meum *ex* tuum *D* me] *add.* et *B* 6 mea *ex* meo *m2B* tua *J,Σa.c.m2* faciam *in mg.B* 8 psalmis *Σ* 10 feci tibi *J* 12 contra me *s.l.m2B* 13 impietate *G* iniquitatem *B* 14 orabit *Σp.c.m2B* —uit *cet.* 15 nisi *om.B* dilubio *GD,Ja.r.* 16 propinquabunt *Ga.c.* approximabunt *ς* 18 conparatur *D* compararetur *Nt* ieremia *B* non] ne *Nt* 21 deosc. —pax *om.D* osculatae *Σa.c.m2B* se osculatae *G* sunt se *Nt* et ueritas *B* 22 terruerint (terr *m2 in ras. 8 litt.*) *B* terruerint (*s.l.m2* seruauerint) *Σ* 24 beth(t *J*)sabeae (—bae *Σ*) *codd. praeter B* Ethaei *ς*

Nathan prophetante correptus respondit dicens: peccaui statimque meretur audire: et dominus abstulit a te peccatum. adulterio enim iunxerat homicidium et tamen conuersus ad lacrimas: miserere, ait, mei, deus, secundum magnam misericordiam tuam et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. magnum enim peccatum magna indigebat misericordia. unde iungit et dicit: multum laua me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego agnosco et delictum meum contra me est semper. tibi soli peccaui — rex enim alium non timebat — et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas, dum iudicaris. conclusit enim deus omnia sub peccato, ut omnibus misereatur. tantumque profecit, ut dudum peccator et paenitens transierit in magistrum et dicat: docebo iniquos uias tuas et inpii ad te conuertentur. confessio enim et pulchritudo coram eo, ut, qui sua fuerit peccata confessus et dixerit: corruptae sunt et conputruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae, foeditatem uulnerum sanitatis decore conmutet. qui enim abscondit iniquitatem suam, non prosperabitur. Achab, rex inpiissimus, uineam Nabuthae cruore possedit et cum Iezabel non tam coniugio sibi quam crudelitate coniuncta Heliae increpatione corripitur: haec di-

1 II Reg. 12, 13 2 *II Reg. 12, 13 4 Ps. 50, 3 8 *Ps. 50, 4—6 14 *Rom. 11, 32 (cf. Gal. 3, 22) 17 Ps. 50, 15 18 *Ps. 95, 6 19 *Ps. 37, 6 22 *Prou. 28, 13 25 *III Reg. 21, 19

1 natan *B* a Nathan ς profeta ante *G* correptus *s.l.m2Σ,om.J* dicens *om.*ς 2 meruit *DNtB* abs te abst. ς a te *s.l.m2Σ,om.Nt* peccatum tuum *Nt* 3 adulteriū *Jp.c.* omicidium *B* homicidio *J* 4 mei ait *J* 6 miserationem *Σa.e.* 10 cognosco *G* 11 contra] coram *tB* semper *om.B* 12 enim erat *Nt* enim eram ς timebam *Σp.e.m2*ς 13 et *om.*ς 14 dum *Gp.c.Dt* cum *cet.* et ς 15 sub *s.l.D* tantumque (que *s.l.m2*) *Σ* 16 proficit *Jp.c.* transiret *Nt* et dicat *s.l.m2B* edicat *Σ* 18 et *in mg.m2B* pulcr. *GΣDN* 19 conf. fuerit pecc. ς putruerunt et corr. sunt ς 21 in san. decorem *DB* 22 commutat *JΣ* 23 achab (c *exp.*) *Σ* nabute *B* 24 hiezabel *DN* coniugium *Σa.c.N* 25 coniunctā *N*

cit dominus: occidisti et possedisti. et iterum: in loco, quo linxerunt canes sanguinem Nabuthae, ibi lingent sanguinem tuum et: Iezabel canes comedent ante muros Hiezrahel. quod cum audisset Achab, scidit uestimenta sua et posuit saccum super carnem suam ieiunauitque et dormiuit in cilicio. factusque est sermo domini ad Heliam dicens: quoniam reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. unum scelus Achab 6 et Iezabel, et tamen conuersi Achab ad paenitentiam poena differtur in posteros et Iezabel in scelere perseuerans praesenti iudicio condemnatur. loquitur et dominus in euangelio: uiri Nineuitae surgent in iudicio cum generatione hac et condemnabunt eam, quia egerunt paenitentiam ad praedicationem Ionae. non enim ueni uocare iustos sed peccatores ad paenitentiam. dragma perit et tamen inuenitur in stercore; 7 nonaginta nouem oues in solitudine relinquuntur et una ouis, quae aberrauerat, pastoris humeris reportatur. unde et laetitia angelorum est super uno peccatore agente paenitentiam. quanta felicitas, ut salute nostra exultent caelestia! de quibus dicitur: paeniten-

2 *III Reg. 21, 19 3 *III Reg. 21, 23 5 *III Reg. 21, 27—29 11 cf. IV Reg. 9, 29—37 13 *Matth. 12, 41 16 *Matth. 9, 13 18 cf. Luc. 15, 8—9 19 cf. Luc. 15, 4—6 20 cf. Luc. 15, 10 22 Matth. 3, 2

2 in quo ς 3 linguent (u *eras.*) *G* hiezabel *DN* 4 carnes *Gp.c.* mur. Hiezr.] portis (*sic*) *J*,*Σa.c.m2* iezrah(h *s.l.B*)el *NtB* hiezabel *D* 5 achab (c *exp.*) *Σ* acab *B* 7 dormibit *D* coruit *ex* doruit *B* 9 achab (c *exp.*) *Σ* acab *Ba.c.* 10 scelus] *add.* et *J*,*Σ*(*exp.*) achab (c *exp.*) *Σ* acab *B* 11 *pr.* et] nec (n *eras.*) *B* hiezabel *DNpassim* *alt.* et *om.* ς conuerso *B* conuersio *Nt* ad poen. Achab ς achab (c *exp.*) *Σ* acab *B* pena *Σa.c.m2DtB* 13 loq. et] et loq. *D* niniuitae (—te) *DNt*,*B* (*ex* niuite) ninniuite *Jp.c.* Niniuae ς 14 iudicium *G* 15 penitentiam n̄ (*eras.*)egerunt *B* 16 in praedicatione *Ba.c.m2* Ionae] *add.* et iterum ς 17 uenit *JΣDN*; *add.* saluator noster *s.l.m2J* ad] in *Nt* 18 drachma ς periit *B* 19 relinquu(qu *B*)ntur in sol. *DB* relinquen(n *s.l.J*)tur *J*,*Σa.c.m2* 20 oberauerat (*sic*) *B* errauerat *Nt* 21 est *om.Nt* pę(e *B*)nitentiam agente (—tem *Σa.c.*) *ΣB* agentem *G*,*Σta.c.* 22 de salute *Σp.c.m2B* in salute *Jp.c.m1*

tiam agite; adpropinquauit enim regnum caelorum. nullum in medio spatium; mors et uita sibi contraria
8 sunt et tamen paenitentia copulantur. luxuriosus filius totam prodegerat substantiam et procul a patre uix porcorum cibis inediam sustentabat. reuertitur ad parentem, immolatur ei uitulus saginatus, stolam accipit et anulum, ut Christi recipiat uestimentum, quod dudum polluerat, et audire mereatur: candida sint semper uestimenta tua receptoque signaculo dei proclamet ad dominum: pater, peccaui in caelum et in te et reconciliatus osculo dicat ad eum: signatum est super nos lumen uultus tui, domine. iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit, et iniquitas iniqui non nocebit ei, in qua-
9 cumque die conuersus fuerit. unumquemque iudicat, sicut inuenerit, nec praeterita considerat sed praesentia, si tamen uetera crimina nouella conuersione mutentur. septies cadet iustus et resurget. si cadit, quomodo iustus, si iustus, quomodo cadit? sed iusti uocabulum non amittit, qui per paenitentiam semper resurgit. et non solum septies, sed septuagies septies delinquenti, si conuertatur ad paenitentiam, peccata donantur. cui plus dimittitur, plus diligit. meretrix lacrimis pedes saluatoris lauat et crine detergit et in typum ecclesiae de gentibus congregatae meretur audire: dimittuntur tibi peccata tua. pharisaei iustitia perit superbia et publicani humilitas confessione sal-

3 cf. Luc. 15, 11—32 7 *Eccle. 9, 8 9 *Luc. 15, 18 et 21 cf. Luc. 15, 20 10 Ps. 4, 7 11 *Ezech. 33, 12 16 Prou. 24, 16 19 cf. Matth. 18, 21—22 20 cf. Luc. 7, 47 21 cf. Luc. 7, 37—38 23 *Luc. 7, 48 cf. Luc. 18, 10—14

1 adpropinquabit Σ,*Bp.c.m2* 3 copulatur *Nt* luxoriosus *J*,Σ*a.c.m2* 4 prodigerat *J*Σ*p.c.*,*Ba.c.m2*,*Nt* inaediam *GJ*Σ inedia *tp.r.* 5 sustentabatur *t* patrem *J*Σ*B* saginatur *B* 6 accepit *J*Σ recepit *B* ut Christi *s.l.m2B* Christi *s.l.m2*Σ,*om.J* receptat *ex* receptet *m2B* 7 mereatur (atur *in ras.m2*) *B* mereretur (retur *in ras.m2*Σ)Σ*D* meretur *J* semper *s.l.m2N* 8 que *s.l.m2*Σ, *om.J* 9 pater *bis B* (*corr.*) *alt.* in *GJ*Σ coram *DNtB* *alt.* et *s.l.*Σ reconciliatur (*sic*) *ex* reconciliata *B* 10 dicit *D* 11 domini *D* 12 liberabit *tB* —uit *cet.* 13 eum *B* in *om.DB* 14 iud. deus ς 16 cadet *J*,Σ*a.c.m2* —dit *cet.* (*cf. ad p. 68, 17*) 17 et] sed *G* resurget *JNt*,Σ*a.c.m2* —git *cet.* 17 *et* 18 cadet *J*,Σ*a.c.m2* 19 resurget *Ja.c.*Σ*a.c.m2* set septuagies septies *in mg.m2B* sed et *J*Σ*Nt* septuages (*sic*) et *G* 23 farisaei *G* 24 et *om.G* puplicani *DN*

uatur. per Hieremiam contestatur deus: ad summam lo- 10
quar contra gentem et regnum, ut eradicem
et destruam et disperdam illud. si paenitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locu-
5 tus sum aduersus eam, agam et ego paenitentiam super malo, quod cogitaui, ut facerem
ei. et ad summam loquar de gente et regno,
ut aedificem et ut plantem illud. si fecerit
malum in conspectu meo, ut non audiat uocem
10 meam, paenitentiam agam super bono, quod
locutus sum, ut facerem ei. statimque infert: ecce 11
ego fingo contra uos malum et cogito contra
uos cogitationem. reuertatur unusquisque
a uia sua mala et dirigite uias uestras et stu-
15 dia uestra. qui dixerunt: desperauimus; post
cogitationes enim nostras ibimus et unusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Symeon iustus loquitur in euangelio: ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem mul-
20 torum, in ruinam uidelicet peccatorum et in resurrectionem eorum,
qui agunt paenitentiam. apostolus scribit ad Corinthios: audi- 12
tur inter uos fornicatio et talis fornicatio,
qualis nec inter gentes quidem, ita ut uxorem
patris aliquis habeat. et uos inflati estis et
25 non magis luctum habuistis, ut tollatur de
medio uestrum, qui hoc opus fecit. et in secunda
ad eosdem epistula, ne abundantiori tristitia pere-

1 *Hier. 18, 7--10 11 *Hier. 18, 11—12 18 *Luc. 2, 34 21 *I Cor. 5, 1—2 27 *II Cor. 2, 7

1 ieremiam *B* hiereamia *G* ad sumam *JΣB* assumam *Nt* loquor *Ja.c.m2* loquarque *N,t a.c.* 5 aduersum *JΣDB* 7 ad sumam *JΣ,Da.c.* assumam *Nt* de] super *DNtB* gentem et regnum *Gt,Bp.c.m2* 8 *alt.* ut *s.l.m2Σ* 12 cogitabo *Nt* 15 disperamus *Ba.c.m2* 16 enim *in ras.m2B* 17 post prauit. ς sui *s.l.m2B* male *Nt* malum ς 18 simeon *ΣB*; *add.* quoque *Nt* in eu. loq. ς dicit in eu. *B* in eu. *G* 19 et *s.l.m2B* in *om.JDN* resurrectione *Nt* 20 *pr.* in —resurr. *partim in ras. partim in mg. m2B* *pr.* in --21 qui *om.D* resurrectione *Gt* 21 corintios *B* 22 et talis forn. *om.G* 23 ne *JΣa.c.m2* 25 tolleretur *B* 27 nec *D* hab. *JDB* abundatiori *Ga.c.*

at, qui eius modi est, reuocat eum et obsecrat, ut confirment super illum caritatem et, qui incestu perierat, paenitentia con-
13 seruetur. nullus enim mundus a peccato, nec si unius quidem diei fuerit uita eius; numerabiles autem anni uitae illius. astra quoque ipsa non sunt munda in conspectu eius et aduersum angelos suos peruersum quid excogitauit. si in caelo peccatum, quanto magis in terra! si delictum in his, qui carent temptatione corporea, quanto magis in nobis, qui fragili carne circumdamur et cum apostolo dicimus:
14 miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? non enim habitat in carne nostra bonum nec agimus, quod uolumus, sed quod nolumus, ut aliud anima desideret, aliud caro facere cogatur. quodsi quidam iusti appellantur in scripturis et non solum iusti sed iusti in conspectu dei, iuxta illam iustitiam appellantur iusti, iuxta quam supra dictum est: septies cadet iustus et resurget et iuxta quod iniquitas iniqui non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit. denique et Zacharias, pater Iohannis, qui scribitur iustus, peccauit in eo, quod non credidit, et statim silentio condemnatur et Iob, qui iustus et inmaculatus ac sine querella in principio uoluminis sui scribitur, postea
15 et dei sermone et confessione sui peccator arguitur. si Abraham,

1 cf. II Cor. 2, 8 3 *Hiob 14, 4—5 5 *Hiob 25, 5 7 * Hiob 4, 18 11 *Rom. 7, 24 12 cf. Rom. 7, 17—20 17 Prou. 24, 16 18 *Ezech. 33, 12 19 cf. Luc. 1, 6 et 20 21 cf. Hiob 1, 1

1 huiusmodi *B* reuocate *Nt* ut *om.G* confirmet *Ja.c.ΣD* 2 super illum] in eum *G* illum *s.l.m2B* et] ut ς incestus *Σp.c.m2* paenitentiam *G* 3 enim] quidem ς mundus est ς nec si *in ras.m2B* ne *JD,om.G* 4 fuerit *om.G* numerauilis *D* 5 autem *om.Nt* 7 aduersus *Nt* quod *JΣa.c.* cogitauit *Ba.c.* 8 si —pecc. *om.G* in terra —9 in nobis *in mg. inf.m2Σ* terrā *D* terra*B* 9 temt. *G* tent. ς 10 fragile *Σp.c.m2* dicimus *in mg.m2Σ* 11 homo *om.Nt* liberabit *JB,Σp.c.* —uit *cet.* 13 quod uol. sed *in mg.B* aliut *utroque loco G* anime *D* 16 iust.] sententiam *B* quam *ex* quod *m2Σ* supra *s.l.G* 17 scriptum *B* cadet *GJ,Σa.c.m2* —dit *cet.* resurgit *Nt* surgit *B alt.* et *s.l.Σ* 18 iniqui] iniqua *t* ei *s.l.m2B* 19 zaccharias *G* zacarias *B* 21 qui *om.Nt tert.* et *om.G* 22 quaerella *GNt,J* (*pr.* l *eras.*) querela *ΣB* uoluminis *J* 23 et in dei *G* dei (i *eras.*) *B* conf. sua *J* sua conf. *G*

Isaac et Iacob, prophetae quoque et apostoli nequaquam caruere peccato, si purissimum triticum habuit mixtas paleas, quid de nobis dici potest, de quibus illud scriptum est: quid paleis ad frumentum, dicit dominus? et tamen paleae futuro reseruantur incendio et zizania hoc tempore mixta sunt segetibus frumentorum, donec ueniat, qui habet uentilabrum in manu sua et purgabit aream, ut triticum in horrea congreget et quisquilias gehennae igne conburat.

4. Haec omnia quasi per pulcherrima scripturarum prata discurrens in unum locum uolui congregare et de speciosissimis floribus coronam tibi texere paenitentiae, quam inponas capiti tuo et adsumas pennas columbae et uoles et requiescas et clementissimo reconcilieris patri. narrauit mihi uxor quondam tua, nunc soror 2 atque conserua, quod iuxta praeceptum apostoli ex consensu abstinueritis uos ab opere nuptiarum, ut uacaretis orationi, tuaque rursum uestigia quasi in salo posita fluctuasse, immo — ut apertius loquar — esse prolapsa, illam autem audisse a domino cum Moysi: tu uero hic sta mecum et dixisse de domino: statuit supra petram pedes meos, tuam domum, quae fundamenta fidei solida non habebat, postea diaboli turbine concidisse, porro illius perstare in domino et suum tibi hospitium non negare, ut, cui prius coniunctus fueras corpore, nunc spiritu copuleris — qui

3 *Hier. 23, 28 6 cf. Matth. 3, 12 et Luc. 3, 17 12 cf. Ps. 54, 7 14 cf. I Cor. 7, 5 18 Deut. 5, 31 *Ps. 39, 3 22 *I Cor. 6, 17

1 ysahac *B* et isaac *Σ* si isaac *Nt* *pr.* et *om.G* 2 peccata *J,Σa.c.m2* peccatis *B* tritticum *G* mixta paleas *D* paleas mixtas *Σ* 3 script. ill. *ς* paleę *Bp.c.* ad *ex* a *B* 4 et] e *Σ* ob futurum res. incendium *Nt* 5 seg. mixta sunt *Nt* frumentorum *s.l.m2Σ,om.J* futurorum *D* 7 purgabit *Σp.c.m2B* —uit *cet.* —uerit *ς* trit. congr. in h(*om.B*)orrea *DB* congr. trit. in horrea *ς* tricticum *GN* in horrea *s.l.m2Σ* 8 igni *Σp.c.m2DNB* con(m)buret *DNt* 9 per *in ras.m2Σ* de *J* pulcherima *J* pulcerrima *D* pulcherrimas *G,Na.r.* 10 de *om.B* speciosissimis pret(c *Σ*)iosissimis (*add.* que *m2Σ*) *JΣ* 12 adsummas *Ga.r.B* adsumes *JΣ* pinnas *G* 13 quondam uxor *D* 15 uos *om.B* uacetis *Nt* 16 rursum *s.l.m2Σ,om.J* sursum *D* rursus *Nt* quasi *s.l.m2B* solo *G* fluctuassent *Nt* 17 dicam *B* essent *Nt* illa *NtB* moysi *GJD* moyse *cet.* 18 de *s.l.m2Σ* 19 supra] per *G* petra *t* meos *s.l.m2Σ* fundamentum solidae fidei *G* 20 solidata *Nt* conscidisse *Σ* 21 perstares *Nt* tibi *in ras.m2B,om.Nt* ospitium *DB* negares *Nt* 22 fueris *D* non (*eras.*) nunc *G*

enim adhaeret domino, unus spiritus est —, cumque uos rabies barbarorum et inminens captiuitas separaret, sub iuris iurandi testificatione pollicitum, ut ad sancta transeuntem loca uel statim uel postea sequereris et seruares animam tuam, quam
3 uisus fueras neglegentia perdidisse. redde igitur, quod praesente domino spopondisti. incerta est uita mortalium; ne ante rapiaris, quam tuam inpleas sponsionem, imitare eam, quam docere debueras. pro pudor! fragilior sexus uincit saeculum et robustior superatur a saeculo. tanti dux femina facti est et non sequeris eam, in cuius salute candidatus es fidei? quodsi te rei familiaris tenent reliquiae, ut scilicet mortes amicorum et ciuium uideas et ruinas urbium atque uillarum, saltim inter captiuitatis mala et feroces hostium uultus et prouinciae tuae infinita naufragia teneto tabulam paenitentiae et memento conseruae tuae, quae tuam cottidie suspirat
4 nec desperat salutem. tu uagaris in patria, immo non patria, quia patriam perdidisti; ista pro te in locis uenerabilibus resurrectionis et crucis et incunabulorum domini saluatoris, in quibus paruulus uagiit, tui nominis recordatur teque ad se orationibus trahit, ut, si non tuo merito, saltim huius salueris fide. iacebat quondam paralyticus in lectulo et sic erat cunctis artubus dissolutus, ut nec pedes ad ingrediendum nec manus mouere posset ad precandum; et tamen offertur ab aliis et restituitur pristinae sanitati, ut portaret lectu-
5 lum, qui dudum a lectulo portabatur. et te igitur absentem corpore, praesentem fide offert conserua tua domino saluatori et dicit

9 Uergil. Aen. I 364 19 cf. Marc. 2, 3—12 etc.

1 aderet *B* deo *B* est spiritus *JΣ* spiritu est *N*;*add.* cum eo *ς* 2 separasset *JΣ* 3 iuris (*s.l.m2*) iurandi *Σ* iusiurandi *ς* testificationem *G* transeuntes *Nt* 4 saluares *B* 6 deo *ς* capiaris *B* 7 tuas (*sed seq.* sponsionem) *t* expleas *G* 9 tantę(e) *Nt* femine *Nt* facta *JD,Ba.c.m2* factus *t* es *Nt* 10 salute] saltem *Bp.c.m2* candidus *Nt* est (t *add.m2*) *Σ* fidei (*alt.* i *eras.*)*B* quod *ex* quid *B* 11 scilicet et (*eras.Σ*) *JΣ* 12 saltem *GNt,Ja.c.* 14 mementote *t* tuam] tuae *t* cottidie (—ae *J*) *GJΣ* cotidie *cet.* 15 nec disperat *ex* ne desperet *m2Σ,om.DNtB* uersaris *ex* uaris *B* non] *add.* in *s.l.m1J* 16 ista] ita *Σ* 17 incunabularum *Σ* cunabulorum *Ba.c.m2* 18 uagit *Σ* 19 saltem *GNt,Ja.c.* fidem *G* exemplo *J,Σa.c.m2* paralit. *JtB,Σa.c.m2* paralet. *G* 20 artibus *GΣa.c.m2* 21 gradiendum *t* possit *JΣD* praedicandum *J,Σa.r.* 22 perfertur *DNt,Σp.c.m2* profertur *B* pristini *D* 23 port. a lect. *ς* et te] ecce *J* 24 offerit *G*

cum Chananaea: filia mea male uexatur daemonio. recte enim appellabo animam tuam filiam animae eius, quae sexus nescit diuersitatem, quia te quasi paruulum atque lactantem et necdum ualentem sumere solidos cibos inuitat ad lac infantiae et nutricis tibi alimenta demonstrat, ut possis dicere cum propheta: erraui sicut ouis perdita; quaere seruum tuum, quoniam mandata tua non sum oblitus.

1 *Matth. 15, 22 3 cf. Hebr. 5, 12—14 6 *Ps. 118, 176

1 cananea *DB* chananea *cet.* uex. a daem. *Dt,Np.c.Bp.c.m2* a daem. uex. *JΣ* 2 an. t. app. (an. t. *s.l.m2*)*Σ* filiam] *seq.* tuã *eras.J* eius anime *B* 3 sexu *t* quia] qui *J,Σa.c.m2* latantem *Bp.c.m2* lactentem *t,Ba.c.m2* 4 sol. cib(u *t*)os sumere *Nt* cybos *JΣ* ciuos *Dt* 6 perdita] que periit *B* 7 tuum] *add.* dn̄e *s.l.m1J* quia *JΣ* manda *J* oblitus] *add.* amen. ex̄pl epistula hironimi ad rusticum de pęnitentia *G* amen *JΣ*

CXXIII.
AD GERUCHIAM DE MONOGAMIA.

1. In ueteri uia nouam semitam quaerimus et in antiqua detritaque materia rudem artis excogitamus elegantiam, ut nec eadem sint et eadem sint. unum iter et perueniendi, quo cupias, multa conpendia. saepe ad uiduas scripsimus et in exhortatione earum multa de scripturis sanctis exempla repetentes uarios testimoniorum flores

Γ = *Lugdunensis 600 s. VI* (*continet p. 72, 5* unum — conpendia; *73, 5* Annam *—6* retulit; *p. 73, 15* sub quorum *—17* liberorum; *p. 74, 3* quanto *—5* praemia; *p. 75, 17* ne aliud *—19* ocello; *p. 78, 1* quibus — oratio; *p. 81, 17* omni *—20* luxuriam; *22* damnamus *—23* laudamus; *24* in arca*—p. 82, 3* contumeliam; *5* centenarius *—8* testetur *contaminata cum p. 83, 11* itaque *—14* secundum; *p. 88, 11* libido *—14* ducitur; *p. 89, 6* caue *—8* naufragium; *11* fuge *—12* suspicio; *p. 90, 4* melius est *—6* dimittenda sunt; *14* nec peccator *—15* securus sit; *p. 91, 6* nos uero *—16* superbiam; *p. 92, 15* ipsae Hispaniae *—18* patiuntur; *p. 93, 5* praeter *—6* libertatem; *p. 94, 3* potentiam *—13* patimur; *p. 95, 4* quae in alieno *—5* palpentur).
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

de epistula sci hironimi prbi ad agarurutiam *Γ* ad ageruciam de monogamia et (gamia et *s.l.K*) de uiduitate *KΨ* hieronimus ad ag(gg *D*)eruc(t *A*)iam de monogamia *AΠD* epla hier ad geruchiam de uiduitate seruandam (*sic*) *N* ieronimi ad angerochiam de monogamia et de uiduitate seruanda *B*; *Hieronymi nomen exhibent tituli omnium codicum praeter KΨ*; *uerum feminae nomen* Geruchia = *γέρας ἔχουσα* (*cf. p. 73, 2*: quodam uaticinio futurorum ac dei praesidentis auxilio nomen accepit) *solus seruauit uel sagaci coniectura restituit N* (*simili errore in titulo epist. CVII ex* ad Laetam *in multis codd. ortum est* ad Aletam *uel* ad Athletam)

3 uetere *Πp.c.D* detrita (*om.* que) *Ba.c.m3* 5 *pr.* sint *om.Π* et eadem sint *s.l.m2A* *alt.* sint] sunt *Π* unum — conp.] multae sunt uirtutum species, quae sectatoribus suis tribuunt regna caelorum. unum quidem iter, sed perueniendi multa conpendia *Γ* cupis *KΨ* cupimus *B* 6 exortatione *D,Na.c.* exortationem (exh. *Ψ*) *AΠΨB*

in unam pudicitiae coronam texuimus. nunc ad Geruchiam nobis 2
sermo est, quae quodam uaticinio futurorum ac dei praesidentis auxilio nomen accepit, quam auiae et matris amitaeque, probatarum in Christo feminarum, nobilis turba circumstat: quarum auia Metronia per quadraginta annos uidua perseuerans Annam nobis, filiam Fanuhelis, de euangelio retulit, Benigna mater quartum et decimum inplens uiduitatis annum centenario uirginum choro cingitur, soror Celerini, patris Geruchiae, quae paruulam nutriuit infantem et in suo natam suscepit gremio, per annos uiginti mariti solacio destituta erudit neptem, quod a matre didicit.

2. Haec breui sermone perstrinxi, ut ostendam adulescentulam meam non praestare monogamiam generi suo sed reddere nec tam laudandam esse, si tribuat, quam omnibus exsecrandam, si negare temptauerit, praesertim cum postumus eius Simplicius nomen patris referat et nulla sit excusatio desertae ac sine herede domus, sub quorum patrocinio interdum sibi libido blanditur, ut, quod propter intemperantiam suam faciunt, uideantur facere desiderio liberorum. sed quid ego quasi ad retractantem loquor, cum audiam eam multos 2

5 cf. Luc. 2, 36—38

1 unum *D* corona *B* geruch. *N* ageruch. *AD,IIa.r.* ageruc. *IIp.r.Ψ* ageroc. *K* aggeroch. *B* 2 quae *ex* quem *A* futurarum *Aa.c.m2D* praesidentis (sid *in ras.m2*) *B*; *num* praeuidentis? 3 et *KΨ,om.cet.* 4 quorum *Aa.c.m2IID* auiã *D* 5 etronia *DN* sexaginta *N* Annam—6 retulit] fidelis filia, dum tam integre et sanctae uidui(i *ex* e *m2*)tatis pudicitiam seruas, annam nobis, fanuhelis filiam, de euangelio retulisti *Γ* Annam] an non *Π* 6 fanuh. *Γ* phanuh. *ADN* fanu. *KΨB* phanu. *Π* rettulit *K* 7 uid. implens *N* 8 Geruchiae *scripsi* ad geruchiã *N* ageruch(h *eras.Π*)iae (—ia *p.c.m2A*)*AIID* agerociae *KΨ* aggerochie *B* quae *ex* quem *m2A* qui *ς* paru(b *D*)ula *Aa.c.m2DN* paruulum *Ap.c.m2* 9 nata *D* 10 destitutam *AΠ* nepte *D* nepotem (o *exp.*) *B*; *add.* docens *ς* 11 perstrincxi (c *exp.*) *K* perstrixi *A,IIa.c.m2* adolesc. *Aa.c.m2 IIDN* adulisc. *Ψ* 12 non] non tam *Kp.c.m2Ψ* non tantum *N* monogãmiã *Ψ* genere *Ψ* 13 hominibus *D* execr. *DB* negare tempt.] negauerit *B* 15 desertae] de stirpe *KΨ* hac *B* herede domus] heredibus (ibus *in ras. ualde diductis litteris, fuit procul dubio* e domus) *B* heredibus domus *ς* sub quor.—17 liber.] frequenter sub patro(*ex* u *m2*)cinio posteritatis uiduarum sibi libido blanditur, ut, quod propter intemperantiam suam faciunt, uideantur facere desiderio (*ex* —ium *m2*) liberorum *Γ* 17 suam *etiam codicis uetustissimi Γ testimonio defensum om.KΨ* 18 retrectantem *ς* locar *ex* locor *m2B* ea *D*

palatii procos ecclesiae uitare praesidio, quos certatim diabolus inflammat, ut uiduae nostrae castitatem probet, quam et nobilitas et forma et aetas et opes faciunt cunctis appetibilem, ut, quanto plura sunt, quae inpugnant pudicitiam, tanto uictricis maiora sint praemia?

3. Et quia nobis de portu egredientibus quasi quidam scopulus opponitur, ne possimus ad pelagi tuta decurrere, et apostoli Pauli scribentis ad Timotheum profertur auctoritas, in qua de uiduis disputans ait: uolo autem iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia; iam enim quaedam abierunt retro post satanan, oportet primum sensum tractare praecepti et omnem loci huius continentiam discutere atque ita apostolicis uestigiis insistentem ne transuersum quidem, ut dici solet, unguem in partem alteram
2 declinare. supra scripserat, qualis uidua esse deberet: unius uiri uxor, quae liberos educauit, quae in bonis operibus habuit testimonium, quae tribulantibus de sua substantiola ministrauit, cuius spes deus est et quae permanet in obsecratione et orationibus nocte ac die. post quae iungit contraria: quae autem in deliciis est, uiuens mortua est. statimque infert et discipulum suum omni munit arte doctrinae: adulescentiores autem uiduas deuita, quae, cum lasciuierint in Christo, nubere uolunt habentes

9 *I Tim. 5, 14—15 16 cf. I Tim. 5, 9—10 19 cf. I Tim. 5, 5 20 *I Tim. 5, 6 22 *I Tim. 5, 11—12

1 prochos *Ka.r.Ψ* proceres *B* pro uobis *N* quod *D* 2 probent *AΠD pr.* et *om.N* 3 forma] fama *B* quanti plura sunt, quae inpugnant pudici- (*ex* ti *m2*)tiam, tanto (*ex* tantum *m2*) uictoris maiora sunt praemia *Γ* 4 quae *ex* quem *m2A* pudicitiae *Na.c.m2* uic*tricis *Ψ* uictoris *Γ* sunt (*Γ*)*Ψa.r.* 6 scopolus *AB* 7 et *om.B* 8 timoteum *B* proferatur *B* 9 iuueniores *AΠD* 11 aduers.] diabolo *B* 12 enim *s.l.m2B* retro habierunt *B* habierunt *DNB* satan *Aa.c.m2* sanan *Πa.c.* satanam *ς* 14 insistere *N* 15 quidem *om.B* 16 esse—17 educ. *in mg.m2A* debet *B* 17 liberis *Ψ* edocauit *KDΨ* 18 tribulatis *Ap.c.m2B* substantia *Ka.c.NΨ* subministrauit *AΠ* 19 *pr.* et *om.B* et orat. *s.l.m2B* 20 die hac nocte *B* 22 et] ut *AΠD,Bs.l.m2* omni muniat *AΠDB* muniat omni *ς* adol. *Ap.c.m2NB* 23 quae *ex* qui *m2A* cum *om.D* lasciuiate fuerint *B* 24 uolent *D*

damnationem, quod primam fidem irritam fecerunt. propter has igitur, quae fornicatae sunt in iniuriam uiri 3
sui Christi — hoc enim καταστρηνιάσουσιν Graecus sermo significat — uult apostolus alterum matrimonium praeferens digamiam fornicationi, secundum indulgentiam dumtaxat, non secundum imperium.

4. Simulque singula testimonii uerba tractanda sunt. uolo, inquit, adulescentulas nubere: cur, quaeso? quia nolo adulescentulas fornicari. procreare filios: quam ob causam? ne metu partus ex adulterio filios necare cogantur. matres familias esse: quare, obsecro? quia multo tolerabilius est digamum esse quam scortum, secundum habere uirum quam plures adulteros. in altero enim miseriarum consolatio est, in altero poena peccati. sequitur: nullam occasionem 2
dare aduersario maledicti gratia. in quo breui accinctoque praecepto multa simul monita continentur: ne propositum uiduae exquisitior cultus infamet, ne oculorum nutibus et hilaritate uultus iuuenum post se greges trahat, ne aliud uerbo, aliud habitu polliceatur et conueniat ei uersiculus ille uulgatus:

risit et arguto quiddam promisit ocello.

atque ut omnes nubendi causas breui sermone concluderet, cur 3
hoc praecepisset, ostendit dicens: iam enim quaedam abierunt retro post satanan. ideo ergo secunda et, si necesse est, tertia incontinentibus aperit matrimonia, ut a satana

3 cf. I Tim. 5, 11 4 cf. I Tim. 5, 14—15 5 cf. I Cor. 7, 6 6 *I Tim. 5, 14 8 *I Tim. 5, 14 10 I Tim. 5, 14 13 I Tim. 5, 14 19 Ouidius am. III 2, 83 21 *I Tim. 5, 15

1 dampn. quia *B* 2 in *s.l.Π,om.D* 3 *KA(TA eras.)CTPHNIACOYCIN A KACATPHNIACOSCYN B KATACYPHNACΩC N* καταστρηνιάσωσι ς sign. se(r *s.l.*)mone *B* 4 bigamiam *Dp.c.m2* dignū quā *N* 7 adulisc. *Aa.c.m2* adolesc. *Ap.c.m2NB* queso *ex* quero *m2A* 8 nullo (*in mg.m2* nolo) *D* adol. *A p.c.m2NB* filias *D* 9 ex adult.] et adulterii *AΠD* 10 multum *N* 11 est] esse *B* bigamum *Dp.c.m2* digamam ς scortum et ς 12 est *KΨ,om.cet.* 13 peccati] *add.* est *A(exp.)ΠDNB* 17 trahant *N* ne aliud—19 ocello] detestabilis uidua est, quae aliud uerbo (*ex* —ū *m2*), aliud habitu po(*ex* pu *m2*)llicetur. huic conuenit uersiculus ille uulgatus: risit et arguto qui(d *s.l.m2*)dam promisit ocello *Γ* 18 habitu *s.l.m2K* 19 quidam *Γa.c.m2B* 20 omni *D* 21 precipisset *AD* 22 habierunt *N* sanan *Πa.c.* satanam ς 23 est] esset (t *s.l.m2*) *A* a *s.l.B* satana(*add.* n *s.l.*) *K* satanan (*alt.* n *exp.A*) *AD* satan *Π* satana eas *N*

abstrahat, ut magis mulierem qualicumque uiro iunctam faciat esse quam diabolo. sed et ad Corinthios tale quid loquitur: dico autem innuptis et uiduis: bonum est illis, si sic permanserint ut ego. si autem non se continent, nubant; melius est enim nubere [quam uri]. cur, apostole? statim infers: quia peius est uri.

5. Alioquin absolutum bonum est et sine conparatione peioris esse, quod apostolus est, id est solutum, non ligatum, nec seruum sed liberum, cogitantem ea, quae dei sunt, non ea, quae uxoris. et protinus in consequentibus: mulier, inquit, alligata est uiro, quamdiu uiuit uir eius. quodsi dormierit uir eius, libera est: cui uult, nubat, tantum in domino. beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium. puto
2 autem, quod et ego spiritum dei habeam. et in
hoc idem sensus, quia idem et spiritus; diuersae epistulae, sed unus auctor epistularum. uiuente uiro mulier alligata est et mortuo soluta. ergo matrimonium uinculum est et uiduitas solutio. uxor alligata est uiro et uir alligatus uxori in tantum, ut sui corporis non habeant potestatem et alterutrum debitum red-
dant nec possint habere pudicitiae libertatem, qui seruiunt domi-
3 natui nuptiarum. quodque addidit: tantum in domino, amputat ethnicorum coniugia, de quibus et in alio loco dixerat: nolite iugum ducere cum infidelibus. quae enim participatio iustitiae cum iniquitate aut quae societas luci cum tenebris? quae

2 *I Cor. 7, 8—9 9 cf. I Cor. 7, 32—33 10 *I Cor. 7, 39—40 19 cf. I Cor. 7, 27 20 cf. I Cor. 7, 3—4 22 I Cor. 7, 39 24 *II Cor. 6, 14—16

1 abstrahatur *Ap.c.m2* faciet *Π* 2 et *s.l.m2A* coiintios *B* quit *B* aliquid *AΠD* 4 ut] sicut et *B* sin autem *N* se non *AΠD* 5 enim est *ς* enim *om.B* quam uri *ab Hieronymo consulto omissum lector addidisse uidetur* 6 aposto(*ex* u *Π*)lus *AΠNB* infers *Ψ* inferes *K* intulit *cet.* 7 alioquin *om.D* et] set *D* 9 et] sed *D,om.N* 10 est *ex* es *m2K* 11 uir eius uiuit *codd. praeterKΨ* 12 liberata *Ψ* 14 cons. meum *ς* 15 *pr.* et *s.l.B* in *s.l.m2A* 16 sensus] *add.* est *AΠD* et *om.Aa.c.m2ΠD* diuerse *ex* diue *B*; *add.* sunt *N* sed unus *ex* secundum *m2A* 17 unus est *N* si uiuente *N* 19 all. uxori *Ka.c.Ψ* all. est ux. *cet.* ux. all. est *ς* 20 pot. nun hab. *B* 21 possent *Aa.c.m2ΠD* 23 etnic. *Aa.c.m2* hetnic. *B* ęthnic. *Π* et *om.B* 26 lucis *ς*

conuentio Christi ad Belial aut quae pars fideli cum infidele? qui consensus templo dei cum idolis? ne scilicet aremus in boue et asino, ne tunica nuptialis uario sit texta subtemine. extemploque tollit, quod con- 4
cesserat et, quasi paeniteat eum sententiae suae, retrahit: beatior erit, si sic permanserit, suique hoc magis dicit esse consilii. quod, ne contemnatur ut hominis, spiritus sancti auctoritate confirmat, ut non indulgens homo fragilitati carnis humanae, sed apostolus praecipiens sancto spiritu audiatur. nec 5
sibi in eo annorum puellarium debet uidua blandiri, quod non minus sexagenariae electionem praecipit. neque enim innuptas uel iuuenculas cogit, ut nubant, qui de nuptis quoque loquitur: tempus breue est; superest, ut et, qui habent uxores, sic sint, quasi non habeant, sed de his
uiduis disputat, quae suorum nutriuntur alimentis, quae filiorum et nepotum ceruicibus inponuntur. quibus imperat, ut discant do- 6
mum suam colere et remunerari parentes et sufficienter eis tribuere, ut non grauetur ecclesia et possit certis uiduis ministrare, de quibus scriptum est: honora uiduas, quae uere uiduae
sunt, hoc est, quae omni suorum auxilio destitutae, quae manibus suis laborare non possunt, quas paupertas debilitat aetasque conficit,

3 cf. Deut. 22, 10 cf. Leu. 19, 19 5 I Cor. 7, 40 6 cf. I Cor. 7, 40 7 cf. I Cor. 7, 40 10 cf. I Tim. 5, 9 12 *I Cor. 7, 29 15 cf. I Tim. 5, 4 18 cf. I Tim. 5, 16 19 *I Tim. 5, 3 20 cf. I Tim. 5, 5

1 conuenientia *AΠD* ad] cum *AΠD* 2 inf.] infideli *Bp.c.m2ς* fideli *ex* fidele *A* quis *NB* 3 boue] *add.* simul *s.l.m2N* 4 tecta *B* subtegmine (—nae *A*) *AΠa.r.,DNB* extemplo *Ka.c.m2* extimploque *Kp.c.m2B* exemploque *AΠD* 6 permanserint *N* dicit *om.AΠD* 7 nec *B* condemnetur *ΠD* condempnetur (—atur *m2*) *A* homines *AΠa.c.,D* 8 fragilitate *Aa.c.m2ΠD* 9 in apostolo ς praec. sancto spir. *KΨ* sancto spir. praec. *ADB* spir. sancto praec. *ΠN* spiritus sanctus praec. ς 10 puellarum *Aa.c.N* 11 sexaginariae *KΨ* sexagenaria(*ex* u *m2A*)m *AΠD,Ba.c.m2* elect.] eligi ς praecepit *NB* 12 cogerat *B* nuptiis *KAΠD* quoque *om.N* 13 et *om.B* 14 quasi] *add.* qui *N* sed] et *N* 15 nutrientur *N* 17 remunerare *NB* *alt.* et *om.AΠD* subf. *D* 18 cetis (= ceteris) *B* ministrari *Aa.c.m2ΠD* 19 uerae *Πa.r.ς* 20 auxilio (auxlio *Π*) suorum *AΠD* destit.] *add.* sunt *s.l.m2KB* 21 debilitas *K* debilitio (debilis *corr.m2*, debilitas *corr.m3*) *A* aetasque —oratio *s.l.m2A* aetas confecit *Am2*

quibus deus spes est et omne opus oratio. ex quo intellegi datur adulescentulas uiduas exceptis his, quas excusat infirmitas, uel suo
7 labori uel liberorum ac propinquorum ministerio deligari. honor autem inpraesentiarum uel pro elemosyna uel pro munere accipitur, ut est illud: presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime, qui laborant in uerbo et doctrina. et in euangelio dominus disserit mandatum legis, in quo dicitur: honora patrem tuum et matrem tuam, non in uerborum sono, qui inopiam parentum cassa potest adulatione frustrari, sed in uictus necessariis ministrandis debere in-
8 tellegi. iubente enim deo, ut filii alerent parentes pauperes et rederent beneficia senibus, quae paruuli acceperant, scribae et pharisaei e contrario docebant filios, ut parentibus responderent: 'corban, hoc est donum, quod altari pollicitus sum et in templi dona promisi, si tu a me acceperis cibos, uertetur in tuum refrigerium'. atque ita fiebat, ut egentibus patre et matre sacrificium offerrent filii, quod sacerdotes scribaeque consumerent. si ergo apostolus pauperes uiduas — eas tamen, quae adulescentulae sunt et nulla debilitate franguntur — cogit suis manibus laborare, ne grauetur ecclesia et possit anus uiduas sustentare, qua excusatione utitur, quae opibus mundi affluit, quae potest etiam aliis ministrare et de iniquo mamona facere sibi
9 amicos, qui possint eam in aeterna suscipere tabernacula? simulque considera, quod uidua non eligatur nisi unius uiri uxor. et nos putabamus sacerdotum hoc tantum esse priuilegium, ut non ad-

1 cf. I Tim. 5, 5 3 cf. I Tim. 5, 3 5 I Tim. 5, 17 7 cf. Marc. 7, 10—13 8 Ex. 20, 12 13 cf. Marc. 7, 11 19 cf. I Tim. 5, 4 et 16 21 cf. Luc. 16, 9 23 cf. I Tim. 5, 9

1 quibus] felices sunt, quibus Γ deus *om.Am2* dat. int. ς 2 adol. *Ap.c.m2NB* 3 prop. ac lib. *B* ac] et ς delegari *Bp.c.*ς 4 ele(i $K\Psi$)mosina *KAΠDΨ* helemosina *B* eleemosyna ς 5 digni *s.l.B* 6 qui *ex* que *m2A* quia *D* et] et in *B* 7 dixerit *Aa.c.m2ΠDN* dixerat *Ap.c.m2* 9 non] ne *D* 10 uictis *Πa.c.m2* iunctis *D* uariis *Aa.c.m2* 11 domino ς ut *s.l.B* et *s.l.B* 13 e *om.NB* 14 ho est $\Pi \cdot i \cdot (=$ id est) *B* promissi *D* 15 si *s.l.m2A* cybo(*s.l.* u *m2*)s *A* uertitur $K\Psi$ uertentur Π uertet *D* 16 fiebat] flebant *N* et] aut *N* offerent *Aa.c.m2* 18 adol. *Ap.c.m2NB* 20 uidua $K\Psi$ utetur *N*, *Bp.c.* quae] qui Ψ afluit *K* fluit *Aa.c.m2ΠD* 21 mammona *Ap.c.m2Π* sibi facere ς 22 possent *Aa.c.m2ΠD* susc. tab. $K\Psi$ recipere tab. *cet.* tab. recipere ς 23 uidua anus *K* non *s.l.K* uiri unius *N* 24 putamus ς

mittatur ad altare, nisi qui unam habuerit uxorem. non solum enim ab officio sacerdotali digamus excluditur, sed et ab elemosyna ecclesiae, dum indigna putatur stipe, quae ad secunda coniugia deuoluta est. quamquam in lege sacerdotali teneatur et laicus, qui talem se praebere debet, ut possit eligi in sacerdotium. non enim eligitur, si digamus fuerit, porro eliguntur ex laicis sacerdotes: ergo et laicus tenetur mandato, per quod ad sacerdotium peruenit.

6. Aliud est, quod uult apostolus, aliud, quod cogitur uelle. ut concedat secunda matrimonia, meae est incontinentiae, non illius uoluntatis. uult esse omnes sicut se ipsum et ea cogitare, quae dei sunt, et solutos nequaquam ultra alligari. sed, si labentes per incontinentiam ad baratrum stupri uiderit peruenire, digamiae porrigit manum, ut cum una magis quam cum pluribus uolutentur. quod nequaquam amare dictum et contra apostoli regulam secundus nuptiator exaudiat. duae enim sunt apostoli uoluntates: una, qua 2
praecipit: dico autem innuptis et uiduis: bonum est illis, si sic permanserint sicut ego, altera, qua indulget: si autem non se continent, nubant; melius est enim nubere quam uri. primum, quid uelit, deinde, quid cogatur uelle, demonstrat. uult nos permanere post nuptias sicut se ipsum et propositae beatitudinis apostoli ponit exemplum. sin autem nos uiderit nolle, quod ipse uult, incontinentiae nostrae tribuit indulgentiam. quam e duabus eligimus uoluntatem? quod magis uult et quod per se bonum est, an quod mali con- 3

2 cf. I Tim. 3, 2; Tit. 1, 6 4 cf. Tertull. de exhortatione castitatis c. 7 extr. 9 cf. I Cor. 7, 7—8 10 cf. I Cor. 7, 32 11 cf. I Cor. 7, 27 16 *I Cor. 7, 8 18 *I Cor. 7, 9

1 ad *om.B* enim solum *B* 2 sacerdotii *codd. praeterKΨ* excludetur *K* elemosina *KAΠΨ* helemosina *B* eleemosyna ς 4 in *om.*ς 5 praebere se ς elegi *A* elegitur *Aa.c.m2D* 7 a mandato *AD* perueniat *N* peruenitur ς 8 uelle] uellet *B* ut *om.D* 10 uoluptatis *D* uolūptatis *B* omnes esse *AΠD*; *add.* homines *B* 11 solutus *K,Aa.c.m2* alligare *N* sed et si *B* labentes] abeuntes *N* 12 barathrum *ΠD* 13 unā *N* *alt.* cum *s.l.AB* 14 ut amare ς amare *s.l.m2K* apłm *D* secundum *D* secundos *N* 15 exaudit *D* uoluptates *N* quae *N* 16 praecepit *KB* 17 sicut et *DB* 18 indulgit *AΠa.c.,D* se non *Π* 19 enim *om.Π* 20 uellit *K* cogitatur *KAa.c.* 21 apostolus *B* —licae *Ap.c.m2* —licum ς 22 si *AΠDN* 23 duobus *Ψ* elegimus *AΠa.c.,D* uoluntate *D* 24 quod mali] quod per se bonum est et malis *N*

paratione fit leuius et quodam modo nec bonum est, quia praefertur malo? ergo, qui eligimus, quod apostolus non uult, sed uelle conpellitur, immo adquiescit deteriora cupientibus, non apostoli sed
4 nostram facimus uoluntatem. legimus in ueteri testamento pontifices semel maritos et filias sacerdotum, si uiduae fuerint, uesci debere de sacerdotalibus cibis mortuisque sicut patri et matri sic exhibendum inferiarum officium, sin autem alios uiros acceperint, alienas et a patre et a sacrificiis fieri et inter externas debere reputari.

7. Quod quidem obseruat et gentilitas in condemnationem nostri, si hoc non exhibeat ueritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo, qui et castitatem repperit perditricem. hierophanta apud Athenas eiurat uirum et aeterna debilitate fit castus, flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur, flaminica quoque unius mariti uxor eligitur, ad tauri Aegyptii sacra semel maritus adsumitur, ut omittam uirgines Uestae et Apollinis Iunonisque Achiuae et Dianae
2 ac Mineruae, quae perpetua sacerdotii uirginitate marcescunt. stringam breuiter reginam Carthaginis, quae magis ardere uoluit quam Iarbae regi nubere, et Hasdrubalis uxorem, quae adprehensis utraque manu liberis in subiectum se praecipitauit incendium, ne pudicitiae damna sentiret, et Lucretiam, quae amissa gloria castitatis noluit pollutae conscientiae superuiuere. ac ne multa longo sermone contexam, quae potes de primo contra Iouinianum uolumine

5 cf. Leu. 21, 13—15 et 22, 12—13 6 cf. Leu. 21, 2 7 cf. Leu. 22, 12 12 cf. Tertull. de exhort. cast. c. 13 18 cf. Uergil. Aen. IV 20—29 19 cf. Liuius LI per. 21 cf. Liuius I 58

1 sit *Π* praefert *D* 2 qui] ł siquid (ł si *eras.*, d *exp.*) *B* si ς elegimus *AΠa.c.*,*D* 3 et non *N* 4 pont. *s.l.B*,*om.*ς 5 mar. et] maritatas *Ba.c.*ς 6 mortuisqȩ (mortuis *eras.N*) *DN* sicut] *add.* mortuis *N* matri et patri *K* sic] sicut *Aa.c.m2D* simul *Ap.c.m2* 7 exib. *KΨB* 8 alienas eas *AΠD* *pr.* et *s.l.K*,*om.Ψ* sacrif. fieri *in ras.Π* sacrificis *N* deputari ς 10 obseruet *Aa.c.m2* 11 mendatium *Ka.c.m2AB* 12 reperit *AD* hieropanta *KΨ*,*Ba.c.m2* ierophanta *Π* 13 athenas euirat *ABp.c.m2* 14 ammittitur *N* flaminea ς quae(e)que *Aa.c.m2D* 15 elig. ux. *Ψ* tauria *NB* egipti *Bp.r.* egiptiis *N* 16 uirginis *Aa.c.m2ΠD* appolli(*ex* e *A*)nis *KAΨ* apollonis *D* achiua *Aa.c.m2ΠD* 17 perpetuae *K*,*Ψa.r.* marciscunt *KΨ* 18 regina *Ap.c.m2* cartag. *AD* chartag. *N* 19 Hiarbae ς hasdrib. *KΨ* asdri(u *s.l.*)b. *B* uxor *Ap.c.m2N* utrãque *N* 20 manus *D* 21 lucret(c *K*)ia *KΨ*,*Ap.c.m2* 23 contexam] *add.* habes quam plurima *KΨ* quae] quia *N*

in aedificationem tuam sumere, unum tantum, quod in patria tua gestum est, repetam, ut scias pudicitiam etiam barbaris ac feris et sanguinariis gentibus esse uenerabilem. gens Teutonum ex ultimis 3
oceani atque Germaniae profecta litoribus omnes Gallias inundauit saepiusque caesis Romanis exercitibus apud Aquas Sextias Mario oppugnante superata est. quorum trecentae matronae, cum aliis se uiris captiuitatis condicione tradendas esse didicissent, primo consulem deprecatae sunt, ut templo Cereris ac Ueneris in seruitium traderentur. quod cum non inpetrarent submouente eas lictore, caesis paruulis liberis mane mortuae sunt repertae suffocatis laqueo faucibus et mutuis conplexibus se tenentes.

8. Quod igitur barbarae castitati non potuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis faciet et experietur alterum uirum, quae priorem aut bonum perdidit aut malum experta est, ut rursum contra iudicium dei facere nitatur? quid? si statim secundum perdiderit, sortietur et tertium? et si ille dormierit, in quartum quintumque procedet, ut quo a meretricibus differat? omni ratione uiduae prouidendum est, ne castitatis primos excedat limites. quos si excesserit et uerecundiam ruperit matronalem, in omnem debacchabitur luxuriam, ita ut prophetam mereatur audire dicentem: facies meretricis facta est tibi; inpudorata es tu. quid igitur? damnamus secunda matrimonia? 2
minime, sed prima laudamus. abicimus de ecclesia digamos? absit, sed monogamos ad continentiam prouocamus. in arca Noe non solum

6 cf. Ualer. Max. VI 1, ext. 3 21 *Hier. 3, 3 24 cf. Gen. 7, 2—9

1 in] ad ς 2 referam *B* seris *A* 3 sanguinaris *D* uenerabile *Aa.c.m2ΠD* Theutonum ς 4 inund. *om.D* 5 Aquas] quas Ψ mario *KB,Ap.c.m2* marione *N* mari *cet.* 6 obpugnanti (—te *m2*) *Π* pugnante *KNB* 7 trahendas *AΠD* primum *codd.praeterKΨ* 9 inpetrarint *KΨ* imperarent *N* sub(m *N*)mouentes *KNΨ* lictores Ψ littore *Aa.c.m2* litore *Na.c.* 10 paru. caesis ς 12 quo *B* potuit] *seq. ras. 3 litt.B* 13 faciat *ΠD* —ant *Aa.c.m2* et *om.KΨ* 15 quod *A a.c.m2ΨB* que *N* 16 sortietur (r *eras.Π*) societur *AD* tertio *AΠD* ille si *Π* 17 ut nihil sit quo ς quo *eras.B* 18 ne cast.] necessitatis *Γ* excidat *K* pudicitiae excedat *Γ* quod *KAΠD* 19 superet (*ex* —rit *m2*) *AΠD* matrimonialem *Γ* debach. *AΠD* debacc. *KΨ* debac. *B* dibacch. *N* bachatur *Γ* 20 luxoriam *ΓAa.c.m2,Ψ* propheta *D* 22 es tu] aestu *A* non damnamus *Γ* 23 minime *om.Γ* 24 monogamus *Aa.c.m2Ψ* sicut in *Γ* archa *B*

munda, sed et inmunda fuerunt animalia; habuit et homines, habuit et serpentes. in domo quoque magna uasa diuersa sunt, alia in honorem, alia in contumeliam. est et crater ad bibendum, est et matula
3 ad secretiora naturae. nam cum in semente terrae bonae centesimum et sexagesimum et tricesimum fructum euangelia doceant et centenarius pro uirginitatis corona primum gradum teneat, sexagenarius pro labore uiduarum in secundo sit numero, tricenarius foedera nuptiarum ipsa digitorum coniunctione testetur, digamia in quo erit numero? immo extra numerum. certe in bona terra non oritur, sed in uepribus et in spinetis uulpium, quae Herodi inpiissimo conparantur, ut in eo se putet esse laudabilem, si scortis melior sit, si publicarum libidinum uictimas superet, si uni sit prostituta, non pluribus.

9. Rem dicturus incredibilem multorum testimoniis adprobabo. ante annos plurimos, cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum, Romanae urbis episcopum, et orientis atque occidentis synodicis consultationibus responderem, uidi duo inter se paria

2 cf. II Tim. 2, 20 4 cf. Matth. 13, 8 8 cf. Hieron.adu. Iouin. I 3 et epist. XLIX (XLVIII) 2, 7 10 cf. Luc. 13, 32

1 *pr.* et *om.A* *alt.* et *om.*ς enim et Γ hominis Γ boues *B* 2 in domo quoque magna] ita et in domo magna id est xpi ae(c *s.l.m2*)clesia Γ honore Γ*D* 3 contumi(li *s.l.*)aΓ *pr.* est et] esset *D* est ς cratera *AΠD*,*Ba.r.* adhibendum Ψ mattula *Πp.c.m2*Ψ macula (*in mg.m2* matula) *A* 4 in semente] sementem *AΠD* centensimus *Ka.c.* centesimos *ex* —mus *m2*Ψ 5 sexagensimus *Ka.c.* sexagesimos *ex* —mus *m2*Ψ tricensimus *Ka.c.* tricesimos *ex* —mus *m2*Ψ trigesimum ς fructus *Ka.c.*Ψ et *om.K*Ψ centen. —8 test. *contaminata cum p. 83, 11* itaque —14 secundum *praebet* Γ: melius illa (*ex* ille *m2*) leguntur scripturarum testimonia, quibus pudici(*ex* ti *m2*)tia coronatur, quam illa, quibus inconti(*ex* e *m2*)nentibus et miseris subuenitur. centenarius numerus primus est, qui pro uirginitatis corona uirginibus depu(*ex* o *m2*)tatur. sexagenarius secundo (*ex* ū *m2*) gradu pro conti(*ex* e *m2*)nentiae labore uiduarum est. tricenarius tertio loco nuptiarum foedera ipsa digitorum coniunctione testatur. ac sic uiduae amisso primo gradu per tertium perueniunt ad secundum 7 pro labore] pro robore *ex* probore *m2A* sit *s.l.Π* faedera *Π* federa *DNB* fodera *Ka.c.* 8 digama *Aa.c.m2ΠD* 9 orietur *B* 10 *alt.* in *om.AΠDB* 11 eo se] eos *N* schortis *K*Ψ puplicarum *N* publicanarum *Ka.c.*Ψ 12 uictimam *B* 13 dict.] *add.* sum *codd. praeterKN*Ψ incred.] *add.* quam *As.l.m2*,*B*,*add.* sed ς adprobo *ΠD* approbatam ς 14 carthis *K*Ψ cartis *Aa.c.ΠD* 15 atque] ac *B* 16 sinodicis *K*Ψ*B* consulationi(*ex* e *K*)bus *KA*Ψ inter se *s.l.m2B*

uilissimorum e plebe hominum conparata, unum, qui uiginti sepelisset uxores, alteram, quae uicesimum secundum habuisset maritum, extremo sibi, ut ipsi putabant, matrimonio copulatos. summa 2 omnium expectatio uirorum pariter ac feminarum: 'post tantas rudes quis quem primus efferet?' uicit maritus et totius urbis populo confluente coronatus et palmam tenens adoransque per 'singulas sescentas!' clamantes uxoris multinubae feretrum praecedebat. quid dicimus tali mulieri? nempe illud, quod dominus Samaritanae: 'uiginti duos habuisti maritos et istum, a quo nunc sepeliris, non est tuus.'

10. Itaque obsecro te, religiosa in Christo filia, ut testimonia ista non noueris, quibus incontinentibus et miseris subuenitur, sed illa potius lectites, quibus pudicitia coronatur. sufficit tibi, quod perdidisti primum uirginitatis gradum et per tertium uenisti ad secundum, id est per officium coniugale ad uiduitatis continentiam. extrema, immo abiecta ne cogites nec aliena et longe posita exempla perquiras. habes auiam, matrem, amitam, quarum tibi abundans imitatio atque doctrina et praecepta uiuendi norma uirtutum est. si enim multae in coniugio uiuentibus adhuc uiris intellegunt illud 2 apostoli: omnia licent, sed non omnia expediunt, et castrant se propter regna caelorum uel a secunda natiuitate post lauacrum ex consensu uel post nuptias ex ardore fidei, cur uidua, quae iudicio domini uirum habere desiuit, non illud laetabunda

9 cf. Ioh. 4, 18 20 *I Cor. 6, 12

1 e *om.N* sepelisse *KB,Ψa.c.m2* 2 uicensimum *K* habuis(*add.* et *m2*) *A* habuisse *B* 3 et extremo *N* ut sibi *B* ut *s.l.m2K,om.Ψ* putabantur *N* 4 tantas ς tantos *codd.* rodes *KΨ* 5 quis quęm *N* quisque *D* primum *AΠD* prius ς efferet *KΨ,Aa.c.m2* efferre *D* efferret (*s.l.B*) *cet.* orbis *AΠa.c.,D* 6 adoreasque *uel* adoreamque ς oras *B* singula *AΠDN* singulos ς sescentas clamante(*ex* a *K*)s *Ka.c.m2Ψ* subclamantes *Kp.c.m2* succlamantes *AΠDN* suo clamates *D* sibi acclamantes ς ('singulas sescentas!' *sc.* effer *uel* sepeli = *sechshundert Stück für Stück!*) 7 uxores *KΠ,Aa.c.m2* prae(e)cedebant *Π,Ba.c.* 8 dicemus *B* dominus *om.N* 9 uig. duos] · V · *in ras. 5—6 litt. m2Π* iste *NΨ,Bp.c.* a *in mg.K,om.Ψ* non est *bisD* 11 in xpo religiosa *N* 12 quibus et *B* 13 sufficiat *N* prim. perd. ς 15 coniugalem *AΠa.r.,D* 16 nec *ex* ne *m2B* 17 perquiras] perdas *ex* peroras *D* requiras *N* matrem et *B* hab. *ADNB* 18 et *om.B* et norma *B* 19 in coni.] coniuges *N* 21 et] ubi *s.l.B* castrat *Aa.c.m2D* regnum *K* a *s.l.B,om.A* 23 dei *Kp.r.*ς diuisit *Aa.c.m2* desiit ς illum *Aa.c.m2* laet.] et habunda *D* gemebunda *B*

congeminet: dominus dedit, dominus abstulit et oblatam occasionem arripiat libertatis, ut sui corporis habeat potestatem, ne rursum ancilla fiat hominis? et certe multo laboriosius est non frui eo, quod habeas, quam desiderare, quod amiseris. unde et uirginitas in eo felicior est, quod carnis incentiua non nouit, et uiduitas in illo sollicitior, quod praeteritas animo recolit uoluptates, maxime si se uirum putet perdidisse, non praemisisse, quorum alterum doloris, alterum gaudii est.

11. Prima hominis creatura nos doceat plures nuptias refutare. unus Adam et una Eua — immo una ex eo costa — separatur in feminam rursumque, quod diuisum fuerat, nuptiis copulatur dicente scriptura: erunt duo in carne una — non in duas nec in tres —; propter quod relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, certe non uxoribus. quod testimonium Paulus edisserens ad Christum refert et ad ecclesiam, ut et primus Adam in carne et secundus in spiritu monogamus sit. una Eua mater cunctorum uiuentium et una ecclesia parens omnium Christianorum. sicut illam maledictus Lamech in duas diuisit uxores, sic hanc heretici in plures ecclesias lacerant, quae iuxta Apocalypsin Iohannis synagogae magis diaboli appellandae sunt quam Christi conciliabula. legimus in carminum libro: sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae et adulescentulae, quarum non est numerus. una est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genetrici suae. ad quam scribit idem Iohannes epistulam: senior electae dominae et filiis eius. sed et in arcam, quam Petrus apostolus sub typo

1 Hiob 1, 21 10 cf. Gen. 2, 21—23 12 *Gen. 2, 24 *Gen. 2, 24 15 cf. I Cor. 6, 16 sqq. 18 cf. Gen. 4, 19 et 23—24 20 cf. Apoc. 2, 9 21 *Cant. 6, 7—8 26 *II Ioh. 1 27 cf. I Petr. 3, 20—21

1 congemat *N* 3 nec *Π* laboriosus *N* 4 omiseris *Bp.c.m2* 5 facilior *AD* 6 illo] eo ς animo] in animo non (non *exp.K,del.Ψ*) *KΨ* 7 put. uir. *AΠD* 9 primi *Ψ,Bp.c.* hominum *Kp.c.m2* 12 carnem unam ς 16 *pr.* et *om.*ς *alt.* et *om.B* 17 *pr.* una] sit una *AΠDN* cunctorum] omnium *N* 18 lamec *B* lameth *Ψ* 20 apocalypsim *Π* —lipsin *KA* —lipsi *B* —lypsi *Ψ* syn. *DN* sin. *cet.* 21 quam] nam *N* 22 et *om.AΠD* 23 adolesc. *ANB* adulisc. *Ψ* quorum *A* 25 matris *Aa.c.N* lecta *D* genitrici *NB* sua *Ψ* 26 idem *om.AD* electa *N* 27 filius *B* et *om.AΠD* arca *Ap.c.Ψ*

interpretatur ecclesiae, Noe cum tribus filiis singulas, non binas introduxit uxores. etiam de inmundis animalibus bina sumuntur, masculus et femina, ut ne in bestiis quidem, serpentibus, crocodillis ac lacertis digamia habeat locum. quodsi de mundis septena ponuntur, id est inparia, et in hoc uirginitatis ac pudicitiae palma monstratur. egressus enim de arca Noe deo uictimas immolauit, non utique de pari, sed de inpari numero, quia alterum fetibus atque coniugio, alterum sacrificio praeparatum est.

12. At patriarchae non singulas habuerunt uxores, immo et concubinas habuere quam plurimas et, ne hoc parum sit, Dauid multas et Salomon habuit innumerabiles. Iudas ad Thamar quasi ad scortum ingreditur et iuxta occidentem litteram Osee propheta non solum meretrici, sed et adulterae copulatur. quod si et nobis iure conceditur, adhinniamus ad omnes feminas et in exemplum Sodomae et Gomorrae ab ultima die deprehendamur uendentes et ementes, nubentes et nuptum tradentes, ut tunc sit finis coniugii, quando terminus uitae. quodsi et post diluuium et ante diluuium 2
uiguit illa sententia: crescite et multiplicamini et replete terram, quid ad nos, in quos fines saeculorum decucurrerunt, quibus dicitur: tempus breue est et: iam securis ad radices arborum posita est, quae siluam legis et nuptiarum euangelica castitate

1 cf. Gen. 7, 13 2 cf. Gen. 7, 2 4 cf. Gen. 7, 2 6 cf. Gen. 8, 20 10 cf. II Reg. 5, 13 11 cf. III Reg. 11, 3 cf. Gen. 38, 6—30 12 cf. II Cor. 3, 6 cf. Os. 1, 2—3 et 3, 1 15 cf. Matth. 24, 38 18 Gen. 1, 28 19 *I Cor. 10, 11 20 I Cor. 7, 29 21 *Matth. 3, 10 etc.

2 ux. introdu(i *Ba.c.m2*)xit *codd.praeterKΨ* 3 masculina *Aa.c.m2* ne] *B* bisteis *K* uestiis *Da.c.N* serpentes *Aa.c.m2ΠD* serpentibusque ς crocodillis *Ka.c.m2N* corcodrillis *AΨ,Πp.c.m2* corocodillis *Kp.c.m2* cocodrillis *B* corcodilis *Πa.c.m2* crocodilis *D* 4 habeat dig. *Π* digami *Ka.c.m2Ψ* habeant *NΨ* 5 in *om.AΠD* uirginitas *A* 6 enim] namque *s.l.m2B* 7 uti *A* qui *AD* alter *A* foetibus *ΠΨ* fletibus (l *eras.*) *A* 9 at *in ras. m2K, seq. ras. 1 litt. B* ut *AΠD* patriarcae *K* 10 quam *KΨ,om. cet.* 11 salamon *K* habuit *om.N* htamar *B* 12 schortum *K,Ψp.c.* oseę (—eae *A*) *AΠD* profetā *K* prophetam (—ā *D*) *ΠD* prophetę *N* 13 meretricis *D* etiam ς et si *A* 14 conciditur *K,Ψa.c.* 15 gomurrae *Aa.c.m2* egomurrae *D* ad ultimam diem *A* ultimo ς 16 nuptui *Da.c.*ς ut] et *AΠDΨ* 17 quod et si *AΠDΨ* 18 ista ς 19 quid *ex* qui *KΨ* 20 decurrerunt *AN* deuenerunt *B* 21 radicem *A*

succidat? tempus amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus. Hieremias captiuitate propinqua uxorem prohibetur accipere. Hiezechiel in Babylone: mortua est, inquit, uxor mea et apertum est os meum. nec ducturus uxorem nec ille, qui duxerat, possunt in opere con- 5
3 iugali libere prophetare. olim gloria erat illum audire uersiculum: filii tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensae tuae et: uideas filios filiorum tuorum; nunc de continentibus dicitur: qui adhaeret domino, unus spiritus est et: adhaesit anima mea post 10
te; me suscepit dextera tua. tunc oculum pro oculo, nunc uerberanti malam praebemus et alteram. illo tempore bellatoribus dicebatur: accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime; modo audit Petrus: conde gladium tuum in uagina sua; qui enim gladio 15
4 percusserit, gladio morietur. haec dicimus non separantes legem et euangelium, ut Marcion calumniatur, sed unum atque eundem suscipientes deum, qui pro uarietate temporum atque causarum principio et fini serit, ut metat, plantat, ut habeat, quod succidat, iacit fundamentum, ut aedificio consummato culmen 20
inponat. alioquin, si ad sacramenta ueniamus et futurorum typos, non nostro arbitrio, sed apostolo disserente Agar et Sarra, montes

1 Eccle. 3, 5 2 cf. Hier. 16, 2 3 *Ezech. 24, 18 7 *Ps. 127, 3 8 Ps. 127, 6 9 I Cor. 6, 17 10 Ps. 62, 9 11 cf. Ex. 21, 24 etc. Matth. 5, 38 12 cf. Matth. 5, 39 etc. 13 Ps. 44, 4 14 *Matth. 26, 52 et *Ioh. 18, 11 22 cf. Gal. 4, 21—31

1 succidit ΠD succidet *ex* succedit *m2A* 2 amplexu *B* iheremias *B* 3 hiezeciel *K* ezechihel *D* ezechiel $A\Pi B$ babil(ll *Πa.r.*)one $A\Pi DB$ 4 *pr.* est *om.*Ψ *alt.* est *s.l.B* est inquit (d *D*) $A\Pi D$ 5 illi N duxerant *N* possit *D* 6 gloriae ΠDN aud. ill. Π 7 nouella (*νεόφυτα ἐλαιῶν LXX*)] nouelle *N*,ς (—ae) noueilatio $A\Pi D$ 10 est spir. *N* pos te *N* post (*add.* e *s.l.*) *A* 12 uerberati *KAa.c.*,*B* malam $K\Psi$ maxillam *cet.* in (*eras.K*) illo $K\Psi$ 14 tuum *om.B* 15 uaginam suam *Kp.c.m2*,$A\Pi D$ uaginam ς 16 percutit ς 17 marchion $K\Psi$ marcio *Aa.c.m2* 19 principium *Bp.c.* fini serit *Aa.c.m2* finis erit ΠDN fine serit $K\Psi$,*Ap.c.m2Ba.c.* finis serit *Bp.c.* plantet *Ap.c.m2N* et plantat *D* 20 iaciat (at *s.l.*) *N* aedificatio *Aa.c.m2*ΠD aedificationi *Ap.c.m2*ς consummato saeculo $A\Pi D$ 21 alioqui ς 22 diserente *N*; *add.* consideremus ς sara $K\Pi B$ monte *K*,$\Psi a.c.$ mons $\Psi p.c.$ uel mons ς

Sina et Sion duo instrumenta significant. Lia lippientibus oculis et Rachel, quam Iacob amat plurimum, synagogam ecclesiamque testantur. unde et Anna prius sterilis Fennennae ubertate fecundior est, licet et monogamia nos in Isaac Rebeccaque praecesserit, cuius solius partus domini reuelatio est. nec ulla alia feminarum deum per se ipsam consuluit. quid loquar de Thamar, quae Zaram et Phares geminos fudit infantes — in quorum natiuitate diuisa maceria duos populos separauit et ligata manus coccino conscientiam Iudaeorum iam tunc Christi passione respersit —, ac de scorto prophetico, cuius similitudo uel ecclesiam significat de gentibus congregatam uel — quod ipsi magis loco conuenit — synagogam primum adsumptam de idolatris per Abraham et Moysen, dein post adulterium et negationem saluatoris sedentem plurimo tempore sine altari, sacerdotibus ac prophetis et uiri pristini consortium praestolantem, ut, postquam subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel saluus fiat?

13. Quasi in breui tabella latissimos terrarum situs ostendere uolui, ut pergam ad alias quaestiunculas, quarum prima de Annae consilio est:

solane perpetua maerens carpere iuuenta
nec dulces natos Ueneris nec praemia noris?
id cinerem aut manes credis curare sepultos?

1 cf. Gen. 29, 17—18 3 cf. I Reg. 1, 2 4 cf. Gen. 25, 22—23 6 cf. Gen. 38, 27—30 9 cf. Ezech. c. 16 15 cf. Rom. 11, 25—26 20 Uergil. Aen. IV 32—34

1 syna *DN* testamenta *B* significat *N* 2 amat iacob *B* iacob amabat *AΠDN* testante *D* 3 faen(n *eras.* Ψ)nennae *KΨ* fennen(*add.* n *s.l.m2*)ae *A* fenenne(—e *D*) *ΠDB* phene(n *s.l.*)na *N* 4 nos in] non (*seq. ras. 1 litt.*) *D* et Rebecca ς 5 partus] paretur *N* 6 tamar *B* Zaram ς esrom (hesrom *B*) *codd.; Hieronymum ipsum errasse non uerisimile est* 7 fares *KΨ* Pharez ς geminus *D* maceria *N* materia *B* macheria *cet.* 9 passione $\overline{\text{xpi}}$ *KΨ* respexit *D* scortū propheticū *Bp.c.m2* schorto *KΨ* 11 loco magis *codd.praeterKΨ* sinagogam *AΠB* 12 idolatriis *DNB* idololatris ς abrabram *K* habraam *B* deinde *A,Dp.c.m2* 13 sed.—altari *in mg. inf. K* sedentes *Aa.c.m2ΠD* sedente N plurimo] primo *D* altaris *N* 14 uiris pristinis *B* praestolantes *Aa.c.m2Π* 15 istrahel (t *eras.*) *K* 16 fiet *Ap.c.m2* erit *B* 18 uoluit (t *exp.A*) *AΠD* nolui *B* 19 est *om.AΠD* 20 perpetuo *Aa.c.m2ΠD* merens *codd.* carere *N* carpe *B* uiuenta *A* 22 manis *N*

cui breuiter respondeat ipsa, quae passa est:

tu lacrimis euicta meis, tu prima furentem
his, germana, malis oneras atque obicis hosti.
non licuit thalami expertem sine crimine uitam
degere more ferae tales nec tangere curas.
non seruata fides cineri promissa Sychaeo.

2 proponis mihi gaudia nuptiarum; ego tibi opponam pyram, gladium, incendium. non tantum boni est in nuptiis, quod speramus, quantum mali, quod accidere potest et timendum est. libido transacta semper sui relinquit paenitudinem numquamque satiatur et extincta redaccenditur. usu crescit et deficit nec rationi paret, quae impetu ducitur. sed dicis: 'amplae opes et dispensatio rei familiaris egent auctoritate uiri'. scilicet perierunt domus caelibum et, nisi cum seruulis tuis ipsa seruieris, familiae tuae imperare non
3 poteris. auia tua, mater et amita nonne auctoritatis pristinae honorisque maioris sunt, dum eas et tota prouincia et ecclesiarum principes suscipiunt? ergo milites et peregrinantes sine uxoribus sua hospitiola non regunt et nec inuitant ad conuiuia nec inuitantur? quasi non possis probatae aetatis habere famulos uel libertos, in quorum nutrita es manibus, qui praesint domui, qui ad publicum respondeant, tributa persoluant, qui te suspiciant ut patronam,
4 diligant ut alumnam, uenerentur ut sanctam. quaere primum re-

2 Uergil. Aen. IV 548—552 24 cf. Matth. 6, 33

3 onera *N* abicis *Ψ* 5 talami *B* 7 ferętrales *ex* ferętales *m2Π* fera et alis *N* 8 sychaeo *N* sycheo *Kp.c.m2Π* sicheo *cet.* Sychaei *uel* Sichaei *ς* 9 gladium (*add.s.l.* et *m1*, aut *m2K*)*KΨ* gladium et *cet.* 10 est *s.l.m2B* inest (n *eras.*)*A* seperamus *Ka.r.* separamur *Ψ* 11 accedere *AΠBa.c.,D* est *om.B* lib. transacta] illis, qui tunc habuerint finem luxoriae, quando uitae, transacta libido *Γ* 12 plenitudinem *Dp.c.* numq. sat.] numquam extinguitur numquamquę saciatur *B* numquam quia *Πa.r.* numquam *ς* saciantur (n *eras.*) *A* 13 *pr.* et] sed *B* remaccenditur (m *eras.*) *Γ* sed accenditur *Aa.c.m2D* reaccenditur *Γp.r.Ap.c.m2Πp.r.B* accenditur *N* defecit *ΓAa.c.m2* ratione *ΓAa.c.m2* 14 dices *Ψ* amplae] *add.* nobis *s.l.*(*del.*) *D* et *s.l.m2A,om.ΠD* dispensatione *ΠD* 15 auctoritatem(m *eras.*)*Π* domos *Aa.c.m2D* 17 honoreque *B* 18 eis *Πa.c.D* prou. et eccl.] ecclesia et *B* 19 suspiciunt *D* 20 et *om.N* 22 *alt.* qui] uel *AΠD,om.NB* 23 suspiciant *DΨ* suscipiant *cet.* matronam *Kp.c.m2Bp.c.* 24 uenerantur *Π*

gnum dei et haec omnia adponentur tibi. si de ueste cogitaueris, lilia tibi de euangelio proponentur; si de cibo, remittere ad aues, quae non serunt nec metunt et pater tuus caelestis pascit illas. quantae uirgines et uiduae absque ulla sorde rumoris suam substantiolam gubernarunt?

14. Caue, ne iungaris adulescentibus, ne his adhaereas, propter quas apostolus concedit secunda matrimonia, et sustineas in media tranquillitate naufragium. si Timotheo dicitur: adulescentiores uiduas deuita et iterum: anus ut matres, adulescentulas ut sorores cum omni castitate, quare tu me non audias commonentem? fuge personas, in quibus potest malae conuersationis esse suspicio, nec paratum habeas illud e triuio: 'sufficit mihi conscientia mea; non curo, quid loquantur homines'. et certe apostolus prouidebat bona non solum 2 coram deo sed et coram hominibus, ne per illum nomen dei blasphemaretur in gentibus. habebat utique potestatem sorores mulieres circumducendi, sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. et, cum posset de euangelio uiuere, diebus ac noctibus laborabat manibus suis, ne quem grauaret credentium. si scandalizat, inquit,

1 cf. Matth. 6, 28 et Luc. 12, 27 2 cf. Matth. 6, 26 et Luc. 12, 24 6 cf. I Tim. 5, 11—15 8 I Tim. 5, 11 9 *I Tim. 5, 2 14 cf. Rom. 12, 17 15 cf. Rom. 2, 24 16 cf. I Cor. 9, 5 17 cf. I Cor. 10, 29 18 cf. I Thess. 2, 9 19 *I Cor. 8, 13

1 adpon. *KAΨ* appon. *cet.* adicientur *ς* 2 lilia] illa *N* proponentur *KN,Ba.c.* —untur *cet.* si de cibo —3 illas *partim in ras. partim in mg. m2B (erat fort.*: si autem de cibo, manna tibi apponitur; *ultima tria uerba seruata sunt)* remiteris (*ex* —res) *Bm2* mitteris *N* remitteris *ς* 3 non] nec *Bm2* nec] neque *AΠD* metunt] meruit *Bm2* pascet *Aa.c.m2ΠD* 4 humoris *B* 6 caue —8 naufr.] caueat uidua iu(*ex* io *m2*)uenes, ne illa familiaritate iungatur adule(*ex* i *m2*)scentibus et susti(*ex* e *m2*)neat in(*ex* im *m2*) media tranquillitate naufragium *Γ* adolesc. *ANB* adulisc. *Γa.c.m2D* adolescentulis *ς* 7 quos *KN* quod *Aa.c.m2ΠDB* secunda *om.A* et] ne *B* 8 adolesc. *ANB* 9 anus] ama anus *ς* ut] sit *D* 10 adolesc. (—la *B*) *ANB* cast. habeto *N* 11 qua *D* commonente (—uente *D* —nentem *Ap.c.m2 Πa.r.B*) non audias (audeas *Πa.r. codd.praeter KΨ* fuge] fugiat uidua *Γ* 12 mal. conu. pot. esse *Γ* pot. esse mal. conu. *N* potest] putes *B* 13 habeas—triuio *in ras.m2B* e] de *A* 14 loq. *Ka.c.m2Ψ* loq. de me *B* de me loq. *cet.* praeuidebat *A* solum] tantum *ς* 15 et] etiam *NB* 16 sororem mulierem *ς* 17 circumducendas *N* iudicare *Ψ* 18 posset *Ap.c.m2NB* possit *cet.* 19 graueret *A*

esca fratrem, non manducabo carnem in aeternum. dicamus et nos: si scandalizat soror illa uel frater non unum et alterum sed totam ecclesiam, nec sororem uidebo nec
3 fratrem. melius est rem familiarem minui quam animae salutem, perire, quod — uelimus nolimus — aliquando periturum est, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt. quis nostrum non dicam cubitum, quod enorme est, sed unius unciunculae decimam partem adicere potest ad staturam suam? et solliciti sumus, quid manducemus aut quid bibamus? ne cogitemus ergo de crastino: sufficit
4 diei malitia sua. Iacob fratrem fugiens magnis in patris domo diuitiis derelictis nudus pergit in Mesopotamiam et, ut nobis fortitudinis suae praeberet exemplum, lapide capiti subposito uidet scalam ad caelum usque subrectam et dominum innitentem super eam; per quam ascendebant angeli et descendebant, ut nec peccator desperet salutem nec iustus in sua uirtute securus sit. atque, ut multa praeteream — neque enim tempus est, ut adsumptis testimoniis omnia disseram — post annos uiginti diues dominus et pater ditior, qui dudum Iordanen in baculo transierat, cum tribus turmis
5 gregum in patriam reuertitur. apostoli toto orbe peregrini non aes in zona, non uirgam in manu, non gallicas habuere in pedibus et tamen dicere poterant: nihil habentes et omnia

6 cf. Matth. 6, 27 et Luc. 12, 25 8 cf. Matth. 6, 25. 31 et Luc. 12, 22. 29 9 Matth. 6, 34 10 cf. Gen. 28, 10—13 17 cf. Gen. c. 31 18 cf. Gen. 32, 10 21 II Cor. 6, 10

1 fratrem] *add.* meum *s.l.m2B* in aet. non mand. carnem *B* in aet. carnem non mand. *AΠDN* 2 illa *om.B* 3 un. et alt.] nos *B* et] uel *AΠD* 4 sal. an. ς 5 perire et id contemni *Γ* perire melius est sponte dimittere *B* perire melius est amittere ς uellimus nolumus *Γa.c.m2* uelimus aut nolimus *N* nolimus *bisD* est *om.ΓD* est melius est sponte dimittere ς 6 pro *om.N* 7 inorme *N* unciunculae *KΨ* unc(t *AΠ*)iolae *cet.* 8 addicere *B* 9 ergo] inquit *N* crastina *B* 10 domo patris *KΨ* 11 deliciis *B* relictis *N* perrexit *N* perfugit *A* mesopoth. *A* mesopot. syrie (*ex* syrii) *B* in Mesopot. ς 12 uidet *KΨ* uidit *cet.* 13 ad *om.A* porrectam *B* 14 per *s.l.A* ascendebat *ANa.c.* angeli et descendebant *s.l.m2N* nec] ne *Γa.c.m2A* 15 di(s *eras.Π*)spere(*ex* i *m2Γ*)t *ΓΠD,Aa.c.m2* in] de *ΓN* sec. sit] confidat *Γ* 16 ut *s.l.m2B* assumpti testimonii *codd. praeter KΨ*; *add.* ut (*del.m2*)*B* 17 edisseram ς annus *K* patre *N* 18 ditior *s.l.m2* (*in l. ras. 8 litt.*) *A* diuitior *N* iordanem *AΠD* —ne *B* 19 peregrinati *Bp.c.* 20 galicas *Kp.r.* calicas *Ψp.r.* galliculas *N* caligas *cet.*

possidentes et: argentum et aurum non est nobis, quod autem habemus: in nomine domini nostri Iesu Christi surge et ambula. non enim erant diuitiarum sarcina praegrauati et ideo stantes cum Helia in foramine petrae per angustias acus transire poterant et posteriora domini contemplari. nos uero ardemus auaritia et contra pecunias disputantes auro sinum expandimus nihilque nobis satis est et illud, quod de Megarensibus dicitur, iure miseris coaptari potest: aedificant quasi semper uicturi, uiuunt quasi altera die morituri. et haec facimus, quia domini uerbis non credimus, quia aetas optata cunctis non uiciniam mortis, quae debetur mortalibus lege naturae, sed cassa spe annorum nobis spatia pollicetur. nemo enim tam fractis uiribus et sic decrepitae senectutis est, ut non se putet unum adhuc annum esse uicturum. unde subrepit obliuio conditionis suae, ut terrenum animal et iam iamque soluendum erigatur in superbiam et animo caelum teneat. 6

15. Uerum quid ago? fracta naue de mercibus disputo. qui tenebat, de medio fit, et non intellegimus adpropinquare antichristum, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. uae praegnantibus et nutrientibus in illa die. quorum utrumque de fructibus nuptiarum est. praesentium miserarum pauca percurram. quod rari hucusque residemus, non nostri 2

1 *Act. 3, 6 4 cf. III Reg. 19, 11—13 5 cf. Matth. 19, 24 etc. 8 cf. Tertull. Apolog. c. 39 18 cf. II Thess. 2, 7—8 19 *Matth. 24, 19

1 *pr.* et *om.N* aur. et arg. *AΠDN* 2 hab.] *add.* hoc damus *B*, *add.* hoc tibi damus *in mg.Π*,ς dom. nostri *KΨ* dom. *N*,*om.cet.* 3 Christi] *add.* Nazareni ς 4 Elia ς 5 angustias (i *eras.*) *A* angustia *Π* 6 nos uero] plerique *Γ* in auaritia *Ψ*,*Kp.c.m2Na.r.* 7 sat *N* et ill. —8 potest] ita ut (*s.l.*) merito nobis dicatur illa sententia, quae de megarrensi(*ex* e *m2*)bus dicta est *Γ* 8 iure] tu *N* coaptare *Π* potes *N* 9 uiuituri *N* uiuunt—10 facimus] ideo nonprouidemus in posterum praesentis (*ex* tes *m2*) uitae uolum(m *del.m2*)ptate detenti *Γ* uiuant *Aa.c.m2ΠD* die altera *B* 10 credimus et ς 11 uicinam *Ψ* uicina *Ap.c.m2* uicinia *ex* uicina *B* 12 spe] per *Ka.c.m1* spe per *Ψ* nobis *om.Γ* pollicētur *Bp.c.* pollicemur *Ap.c.m2* enim *om.Γ* 13 fractis *super ras. 3 litt.D* fractus *A* et] nec *Γ* putet se ς 14 esse *s.l.m2K* uiuiturum *N* unde et *Bp.c.m2* et ideo *Γ* subripit *A*,*Bp.c.* obliuionem *N* condicionis *DN* 15 suae *om.Γ* et *om.NB* 16 teneat celum *B* caecum *ex* caelum *m1A* 18 antichr. approp. ς 19 Iesus] *add.* Christus ς interficiat *B* spiritu *s.l.Π* 21 u(*super ras. 2 litt. m2*)trumque *A* est] et *Aa.c.m2ΠD*, *ras. 1 litt. B*

meriti sed domini misericordiae est. innumerabiles et ferocissimae nationes uniuersas Gallias occuparunt. quicquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quod oceano Rhenoque concluditur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Halani, Gypedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alamanni et — o lugenda res publica! — hostes Pannonii uasta-
3 uerunt. etenim Assur uenit cum illis. Mogontiacus, nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est et in ecclesia multa hominum milia trucidata, Uangiones longa obsidione finiti, Remorum urbs praepotens, Ambiani, Atrabatae extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetae, Argentoratus trans-
latae in Germaniam, Aquitaniae Nouemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis prouinciae praeter paucas urbes cuncta populata
4 sunt, quas et ipsas foris gladius, intus uastat fames. non possum absque lacrimis Tolosae facere mentionem, quae ut hucusque non rueret, sancti episcopi Exsuperii merita praestiterunt. ipsae Hispaniae iam iamque periturae cotidie contremescunt recordantes inruptionis Cymbricae et, quicquid alii semel passi sunt, illae semper timore patiuntur.

6 Ps. 82, 9 9 Uergil. Aen. VIII 727

1 misericordiae $N\Psi$ —dia *cet.* 2 quidquid *KD* et *om.N* 3 epyreneum *N* pyreneum *AΠD* pireneum *B* pere(piri *Km2*)neum $K\Psi$ occeano *A* renoque Ψ et (*s.l.m2*) renoque *K* et reno (o *s.l.m2B*) *ADB* et h(*s.l.m2*)reno *Π* et yhieno *N* concluditur $K\Psi$ incl. *cet.* quandus *B* 3 uuandalus *AΠD* wandalus *N* uandilus *B* 4 alani *AΠD* gypedes $KN\Psi$ gipedes (gipides *m2A*) *AΠD* cipides *B* herucli *ΠD* erucli (c *exp.*) et (*eras.*) *A* 5 alemanni *B* Alemani ς o *s.l.m2B* puplica *ΠD* uastarunt ς 6 asur *Aa.c.m2ΠΨ* simul(*exp.*)cum *B* mogontiacus (a *s.l.K*) $KA\Psi$ mogontiaci *N* mogantiacus *ΠD* magontiacus *s.l.B* Mo(a)guntiacum ς 7 quaedam *N* 8 finiti $K\Psi$ deleti *cet.* 9 urbis *Aa.c.m2N* atrabitae $K\Psi$ Attrebatae ς que *om.B* 10 moreni *N* tornacos $K\Psi$ nemete *ΠD* nemitae (—te Ψ) $K\Psi$ argentoratos $K\Psi$,*Aa.c.m2* 11 aequitaniae *Π* equ. *AD* 12 pop. sunt cuncta ς cunctę de (*eras.*) populate *N* cuncta (—te *m2*) populata (—te *m2*) *B* cuncta populate (—ta *p.c.*) *A* 13 in (*eras.*) ipsas *A* et (*s.l.m2*) intus *B* non] nec *K* 14 tholose *B* ut *s.l.B* ne *ex* ut *N* non *om.N* 15 exsup(b *Π*)erii episcopi *AΠD* ipsae Hisp. —18 pat.] *post 6 litteras euanidas*: tempore pessimo. alii perierunt, alii uero, qui superesse uidentur, per momenta singula contreme(*ex* i *m2*)scunt et, quod illi semel passi sunt, isti semper timore patiuntur *Γ* ipsa et ispanie *B* hispaniae ipsae $K\Psi$ 16 iam (*s.l.m2*) iamque *B* cottidiae Ψ contremiscunt *Ap.c.m2Πp.r.* inruptiones *Aa.c.m2ΠD* 17 cy(ci *Ap.c.m2*)mbricae (—ce *B*) $KN\Psi B$,*Ap.c.m2* ambricae *Aa.c.m2ΠD* quidquid *KD* illi $K\Psi$ semper] uero *Π*

16. Cetera taceo, ne uidear de dei desperare clementia. olim a mari Pontico usque ad Alpes Iulias non erant nostra, quae nostra sunt, et per annos triginta fracto Danubii limite in mediis Romani imperii regionibus pugnabatur. aruerant uetustate lacrimae; praeter paucos senes omnes in captiuitate et obsidione generati non desiderabant, quam non nouerant, libertatem. quis hoc crederet, quae digno sermone historiae conprehenderent Romam in gremio suo non pro gloria sed pro salute pugnare, immo ne pugnare quidem sed auro et cuncta superlectili uitam redimere? quod non 2 uitio principum, qui uel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit proditoris, qui nostris contra nos opibus armauit inimicos. aeterno quondam dedecore Romanum laborabat imperium, quod Gallis cuncta uastantibus fusoque apud Alliam exercitu Romam Brennus intrasset, nec pristinam abolere poterat ignominiam, donec et Gallias, genitale Gallorum solum, et Gallograeciam, in qua consederant occidentis orientisque uictores, suo imperio subiugasset. Hannibal, de Hispaniae finibus orta tempestas, cum uastas- 3 set Italiam, uidit urbem nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reuerentia, ut deletis omnibus e propinquo recederet loco nec auderet uictor aspicere, quam regum didicerat ciuitatem. et tamen pro hac iniuria — non enim dicam superbiam, quae bonos exitus habuit — alter toto orbe fugitiuus tandem Bithyniae mortem ueneno repperit, alter reuersus in patriam in suo regno

10 principum] *sc.* Arcadii et Honorii 11 proditoris] *sc.* Stilichonis

3 triginti Ψ 4 aruerunt $A\Pi D\Psi$ 5 praeter—6 libert.] multi miseri sunt, qui in obsidim(m *eras.*)one et captiuitate generati nec desiderant, quam nesciunt, libertatem Γ praeter] $\overline{\text{pp}}$ D captiu. et] captiuitatis B 6 credet ς; *add.* stiliconem dicit Π 7 quae] quē Π comprehendunt hystorie B conpre(ę D)hendent *Aa.c.m2D* con(m B)pre(ę Π)hendunt (unt *in ras.*Π) *Ap.c.m2*ΠB in *om.*B 8 gloria sua B nec N non A 9 superlectili $K\Psi$ supellectili ΠD suppellectili AB suppellecti N supellectile ς uita N 12 dedecore (*pr.* de *exp.*)A laborat $K,\Psi a.c.$ 13 alliam $\Pi a.c.m2$ aliam *Aa.c.m2D* galliam $KN\Psi B,\Pi p.c.m2$ italiam *Ap.c.m2* 14 brenus *Aa.c.m2*$\Pi D,\Psi a.c.$ brennius B brinnus K intraret N intrauit ς pot. abol. ς 16 consederat $K\Psi$ orientis occidentisque $KN\Psi$ subiugasset *Ka.c.m2* —ent *cet.* 17 horta D ora *Ka.c.* tempestate *Ap.c.m2* 18 italia K pyrrum AN scribe (*del.m2*) pirrum B 19 ut et $A\Pi D$ e] et *Aa.r.*ΠD 20 audebat ς 21 superb(u N)iam KNB —bia *cet.* 22 bythiniae $\Pi DN\Psi$ bythaeniae K bit(h *s.l.m2*)iniae A biderine B

occubuit; et utriusque prouinciae Romani populi uectigales sunt.
4 nunc, ut omnia prospero fine eueniant, praeter nostra, quae amisimus, non habemus, quod uictis hostibus auferamus. potentiam Romanae urbis ardens poeta describens ait: quid satis est, si Roma parum est? quod nos alio mutemus elogio: quid saluum est, si Roma perit?

non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea uox, omnes captorum dicere poenas,
omnia caesorum percurrere nomina possim.

et haec ipsa, quae dixi, periculosa sunt tam loquenti quam audientibus, ut ne gemitus quidem liber sit nolentibus, immo nec audentibus nobis flere, quae patimur.

17. Responde mihi, carissima in Christo filia, inter ista nuptura es? quem acceptura uirum? credo fugiturum aut pugnaturum — quid utrumque sequatur, intellegis — et pro fescennino carmine terribilis tibi rauco sonitu bucina concrepabit, ut, quas pronubas, habeas forte lugentes, ut quibus deliciis affluas, quae possessionum tuarum reditus perdidisti, quae obsessam familiolam tuam morbo et fame
2 cernis contabescere? sed absit, ut de te talia sentiam, ut sinistrum quippiam suspicer de ea, quae suam animam domino consecrauit. non tam tibi quam sub tuo nomine aliis sum locutus, quae uinosae

4 Lucanus V 274 7 Uergil. Aen. VI 625—627 22 cf. I Tim. 5, 13

1 occubuit *ex* occidit *B* populi Romani ς 2 prospere *K* prospero in *N* ueniant *KDNΨ* praeter] ꝑ ꝑ *B* 3 quid *AΠD* quondam potentiae romae *Γ* 4 ardens *om.B* dis(ss *Π*)cribens *Γ*,*Aa.c.m2ΠD* satis] salutis *Γ* romae *Γ* 5 quod—elogio] nos uero dicamus *Γ* nos *om.B* eloquio *A* est] esse potest *Γ* 6 periit *Γ* 7 sint centum *Γ* 9 ferrea uox *om.Γ* captiuorum *Γ* 10 cessorum nomina percurrere *Γ* nomina *super ras. 4 litt.m2A* possint *N* 11 et haec —aud.] in haec deuenimus mala *Γ* loquentibus *N* 12 nec (c *del.m2*) *Γ* nol. immo nec] non *Γ* audientibus *ΓAa.r.,KΠNB* 13 nobis *om.B* flere] ferre *B* quod *Γ* 14 filia in $\overline{\text{xpo}}$ *Π* 15 cedo ς aut] ut *Da.c.* an ς 16 intellige *B* ferscennino *D* fescennino nuptiali *B* 17 buccina *Aa.r.B* concrepauit *Aa.c.m2 ΠDN* ut] aut *B* quas] quatenus *N* quas habes ς pronubis *Πa.c.m2* 18 sorte *B* ut] aut *Ψ*,*B* (*ex* ait) afluas *K* 19 redditus ς peditū *N* 20 cernes *K* de te talia *ex* dote alia *B* sinistri quipiam *Π* 21 dom. an. ς 22 uinosae] otiosae (ociose *Π*) *AΠD*

et curiosae atque uerbosae domus circumeunt matronarum, quarum deus uenter est et gloria in confusione earum, quae nihil aliud de scripturis nisi digamiae praecepta nouerunt, quae in alieno corpore sua desideria consolantur, ut, quod ipsae fecerunt, alias facere uideant et malarum societate palpentur. quarum cum inpudentiam et propositiones apostolicarum sententiarum interpretatione contriueris, legito, quomodo tibi in uiduitate uiuendum sit, librum ad Eustochium de uirginitate seruanda et alios ad Furiam atque Saluinam, quarum altera Probi quondam consulis nurus, altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia est. hic libellus 'De monogamia' sub nomine tuo titulum possidebit.

2 *Phil. 3, 19 3 cf. I Cor. 7, 9. 39; Rom. 7, 2 8 cf. epist. XXII 9 cf. epist. LIV et LXXIX

1 et curiosae *s. l. B, om. AN* atque uerbosae *s. l. m2 B, om. N* domos *ANp.c.m2,Ψ* dom(*add.* o *s.l.m2*) *B* circumeunt (m *eras.*) *Π* 2 uenter deus *AΠDB* 3 nisi de *B* praecepto *B* 4 quae in alieno —palp.] detestabiles (*ex* —lis *m2*) sunt, qui mala alios (*sic*) suadent q: in se fecerunt et in alieno peccato sua scelera consolantur, ut (*ex* et *m2*), dum hoc, quod ipsi admiserunt, alteros (*ex* —rus *m2*) facere uident, quodam modo malorum societate palpe(*ex* i *m2*)ntur *Γ* alieno] aliarum *AΠD* 5 fecerint *ς* malorum *K* 6 inprudentiam *Dp.c.m2* 7 uiduitate seruanda *AΠD* 8 eusthoch. *A* estoch. *D* 9 siluinam *ΠD* sauinam *B* 10 alt. Gild. *om.N* galdonis *Ap.c.m2* 11 tuo nomine *B* poss.] *add.* explicit ad aggeruciam de monogamia *D*

CXXIV.
AD AUITUM.

1. Ante annos circiter decem sanctus uir Pammachius ad me cuiusdam scidulas misit, quae Origenis περὶ ἀρχῶν interpretata uolumina continerent, immo uitiata, hoc magnopere postulans, ut Graecam ueritatem seruaret Latina translatio et in utramque partem, seu bene seu male dixisset ille, qui scripsit, absque interpretis patrocinio Romana lingua cognosceret. feci, ut uoluit, misique ei libros, quos cum legisset, exhorruit et recludens scrinio, ne prolati in uulgus multorum animos uulnerarent, a quodam fratre ⟨ex iis⟩, qui habent zelum dei sed non secundum scientiam, ad legendum rogatus ut traderet quasi statim reddituro, propter angustiam tem-
2 poris fraudem non potuit suspicari. qui acceperat legendos, adhibitis notariis opus omne descripsit et multo celerius, quam promiserat, codicem reddidit. eademque temeritate et — ut leuius dicam — ineptia, quod male subripuerat, peius aliis credidit. et quia difficile grandes libros et de rebus mysticis disputantes notarum possunt ser-

11 cf. Rom. 10, 2

Π = *Turicensis Augiensis 49 s. IX.*
𝔅 = *Carolinhensis Augiensis 105 s. IX—X* (*continet initium usque ad p. 96, 7* interpretis, *deinde post uacuum spatium unius fere columnae finem a p. 117, 15* quis igitur *usque ad 19* nouerit *his uerbis additis*: igitur ego, qui scribere debui, pro prolixitate epłae dimisi. qui uero legere uoluerit, [*seq. ras. 3 litt.*] requirat in loco).
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

hieronimus (ieronimus *B* incipit liber hieronimi *Π*) ad auitum, in quo (ubi *D*,*om.B*) ea, quae (*add.* sunt *B*) in libris peri arcon (con *s.l.m2Π*) contra (aduersus *D*) catholicam fidem sunt (catholiam sunt fidem 𝔅 catolicam fidem *B* fidem catholicam sunt *D*) pandit (pandet 𝔅,*om.B*) *codd.*

4 scidulas *scripsi* scidulam *D* scedulam (*ex* sedulam *Π*)*Π*𝔅 scedulas *B* schedulas *ς* quae *ex* et *Π* originis *Πa.c.*𝔅 *ΠΕΡΙ ΑΡΚΩΝ* (*s.l.* peri arcon) *Π* piarchon *B* itē praxmn 𝔅 item praxmin *D* 5 continerent (*non* —ret!) *codd.* 6 Lat. seru. *ς* latinam li *D* utraque parte 𝔅*B* 8 uolui *Da.c.m2* 9 ei *s.l.m2Π* exorruit *Πa.c.m2B* reclusit *ς* 10 ex iis *addidi*,*om.codd.* 11 habent *scripsi* habens *codd.* habebat *ς* 12 rog., ut trad. ad leg. *ς* redditurus *ex* —ros *Π* 16 subrepuerat *Πa.c.m2* crediderit *D* deficile *Πa.c.m2* 17 libros *s.l.m2B* libri *ς* et *om.ς* misticis *Πa.c.B*

uare conpendia, praesertim qui furtim celeriterque dictantur, ita in illis confusa sunt omnia, ut et ordine in plerisque et sensu careant. quam ob rem petis, Auite carissime, ut ipsum ad te exemplar dirigam, quod a me olim translatum et nulli alii traditum a supra dicto fratre peruerse editum est.

2. Accipe igitur, quod petisti, sed ita, ut scias detestanda tibi in eis esse quam plurima et iuxta sermonem domini inter scorpiones et colubros incedendum, ut est illud — et statim in primo uolumine —: Christum, filium dei, non natum esse, sed factum; deum patrem per naturam inuisibilem etiam a filio non uideri; filium, qui sit imago inuisibilis patris, conparatum patri non esse ueritatem; apud nos autem, qui dei omnipotentis non possumus recipere ueritatem, imaginariam ueritatem uideri, ut maiestas ac magnitudo maioris quodam modo circumscripta sentiatur in filio; deum patrem esse lumen inconprehensibile; Christum conlatione patris splendorem esse perparuum, qui apud nos pro inbecillitate nostra magnus esse uideatur. duarum statuarum, maioris et paruulae, unius, quae 2 mundum inpleat et magnitudine sua quodam modo inuisibilis sit, et alterius, quae sub oculos cadat, ponit exemplum priori patrem, posteriori filium conparans. deum patrem omnipotentem appellat bonum et perfectae bonitatis, filium non esse bonum sed auram quandam et imaginem bonitatis, ut non dicatur absolute bonus, sed cum additamento 'pastor bonus' et cetera; tertium dignitate et honore post patrem et filium adserit spiritum sanctum. de quo 3 cum ignorare se dicat, utrum factus sit an infactus, in posterioribus, quid sentiret, expressit nihil absque solo deo patre infactum esse

7 cf. Luc. 10, 19 9 cf. Origenes περὶ ἀρχῶν I praef. 4, p. 10 Koetschau 10 cf. ibid. I 2, 6 p. 36 14 cf. ibid. I 2, 6 p. 37 17 cf. ibid. I 2, 8 p. 38 20 cf. ibid. I 2, 13 p. 46 23 cf. Ioh. 10, 11 cf. Orig. π. ἀ. I praef. 4, p. 11 26 cf. ibid. I 2, 6 p. 35

2 ut et *ex* et ut *m2Π* 3 Auite] a me *Π* 4 quo *Π* a me *in mg.Π* et (*s.l.*) olim *B* 6 petis *B* 7 esse *s.l.m2B* 8 est *om.D* et *om.B* 9 patrem *om.B* 10 a filio etiam *B* 11 patre *D* 15 collaudatione (uda *eras.*) *D* conlaudatione (*in mg.* cōparatione *m2*) *Π* 17 unus *Πa.c.m2D* 19 oculos *ex* cęlos *D* 20 cōparans *s.l.Π* deum —21 filium *in mg. inf. m2Π* 21 non *om.Π* 25 factum *Πa.c.m2D* infactus *Πp.c.m2* infectus *cet.* in post. —26 deo pa *partim in ras. partim in mg. m2B* 26 quid] qui de *D* quid de eo ς infactum *Πp.c.m2* infectum *cet.*

confirmans, filium quoque minorem a patre, eo quod secundus ab illo sit, et spiritum sanctum inferiorem a filio in sanctis quibusque uersari atque hoc ordine maiorem patris fortitudinem esse quam filii et spiritus sancti et rursum maiorem filii fortitudinem esse quam spiritus sancti et consequenter ipsius sancti spiritus maiorem esse uirtutem ceteris, quae sancta dicuntur.

3. Cumque uenisset ad rationabiles creaturas et dixisset eas per neglegentiam ad terrena corpora esse delapsas, etiam haec addidit: grandis neglegentiae atque desidiae est in tantum unumquemque defluere atque euacuari, ut ad uitia ueniens inrationabilium iumentorum possit crasso corpore conligari. 2 et in consequentibus: quibus, inquit, moti disputationibus arbitramur sponte sua alios esse in numero sanctorum et ministerio dei, alios ob culpam propriam de sanctimonia corruentes in tantam neglegentiam corruisse, ut etiam in contrarias fortitudines uerterentur. rursumque nasci ex fine principium et ex principio finem et ita cuncta uariari, ut et, qui nunc homo est, possit in alio mundo daemon fieri et, qui daemon est, si neglegentius egerit, in crassiora corpora 3 religetur, id est homo fiat. sicque permiscet omnia, ut de archangelo possit diabolus fieri et rursum diabolus in angelum reuertatur. qui uero fluctuauerint et motis pedibus nequaquam omnino corruerint, subicientur dispensandi et regendi adque meliora gubernan-

1 cf. Orig. π. ἀ. I 3, 5 p. 55 9 ibid. I 4, 1 p. 64 13 ibid. I 5, 5 p. 78 18 cf. ibid. I 6, 2 p. 79 sq. 23 ibid. I 6, 2 p. 81 24 cf. Ps. 72, 2

1 a *om.*ς 2 a *om.*ς 4 *pr.* et *s.l.B* et rurs. —5 spir. sancti *in mg. inf. m2Π,om.D* 5 sancti spir.] s̄p̄s s̄c̄i *Π* 7 rationales ς eis *D* 8 neglig. *ΠB* esse corp.*Π* dilapsas *codd.* hoc ς 9 neglig. *B* neglegentia *D* 10 esset (t *eras.*)*Π* 11 uacuari *Π* irrationalium *B* 12 grasso *D* coll. *Π* (*ex* col. *m2*) *B* 13 moti] modis *Π* 14 arbitramus *D* sua sponte ς 17 neglig. *Πp.r.B* corruisse] deuenisse *B* 20 et *om.Π* 21 si] et ς neglig. *ΠB* 22 relegetur ς ut homo ς 23 fieri — *alt.* diab. *s.l.m2Π* rursus ς anangelum (*pr.* an *eras.*)*Π* angelorum *D* 24 modis *Πa.c.* 25 omnino *post* subic. *transp.* ς 26 adque *scripsi* atque *D* atque que (*eras.*)*Π* atque ad *B* gubern. et regendi *Π*

di principatibus, potestatibus, thronis, dominationibus; et forsitan ex his hominum constabit genus in uno aliquo ex mundis, quando iuxta Esaiam caelum et terra noua fient. qui 4
uero non fuerint meriti, ut per genus hominum reuertantur ad pristinum statum, fient diabolus et angeli eius et pessimi daemones ac pro uarietate meritorum in singulis mundis diuersa officia sortientur. ipsosque daemones ac rec- 5
tores tenebrarum in aliquo mundo uel mundis, si uoluerint ad meliora conuerti, fieri homines et sic ad antiquum redire principium, ita dumtaxat, ut per supplicia atque tormenta, quae uel multo uel breui tempore sustinuerint, in hominum eruditi corporibus rursum ueniant ad angelorum fastigia. ex quo consequenti ratione monstrari omnes 6
rationabiles creaturas ex omnibus posse fieri, non semel et subito sed frequentius, nosque et angelos futuros et daemones, si egerimus neglegentius, et rursum daemones, si uoluerint capere uirtutes, peruenire ad angelicam dignitatem.

4. Corporales quoque substantias penitus dilapsuras aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est aether et caelum et si quod aliud corpus sincerius et purius intellegi potest. quod cum ita sit, quid de resurrectione sentiat, perspicuum est. solem quoque et lunam et astra cetera esse animantia, immo, quomodo nos homines ob quaedam peccata his sumus circumdati corporibus, quae crassa sunt et pinguia, sic et caeli luminaria talia uel talia accepisse corpora, ut uel plus uel minus luceant, et daemones ob maiora delicta aërio corpore esse uestitos. omnem creaturam secundum 2

4 cf. Esai. 65, 17 (66, 22) Orig. π. ἀ. I 6, 3 p. 82 9 cf. ibid. I 6, 3 p. 83 cf. Eph. 6, 12 19 cf. Orig. π. ἀ. I 6, 4 p. 85 22 cf. ibid. I 7, 4 p. 90 27 cf. ibid. I 7, 5 p. 91 cf. Rom. 8, 19—21

1 principatibus et *B* tronis et *B* 4 isayam *B* celum *B* sęclm *Πs.l.m2D* 5 non *s.l.m2B* 8 per uarietatē *Π* mundi *Πp.r.D* 10 aliquo *ex* alio *m2Π* mundis] mundi *Π* 12 ut *s.l.Π* per *om.B* *alt.* uel *s.l.Π* 13 sustinuerunt *B* eruditi ς erudita (*ex* —tu *Π*) *codd.* 15 rationabiles (bi *del. m1*) *B* hominibus ς 16 *alt.* et *om.B* 17 neglig. *Πp.c.m2B* 18 praeuenire *B* 19 delapsuras *Π* 20 esse]est *Π* ether *B* ***aer *Π* aer *D* 21 quod] quod est *D* 25 grassa *D* sunt *s.l.m2B* pigra *B* *alt.* et] etiam *B* 26 *pr.* uel *s.l.m2B* 27 aëreo ς

apostolum uanitati esse subiectam et liberari in reuelationem filiorum dei. ac ne quis putet nostrum esse, quod dicimus, ipsius uerba ponamus: in fine atque in consummatione mundi, quando uelut de quibusdam repagulis atque carceribus missae fuerint a domino animae et rationabiles creaturae, alias earum tardius incedere ob segnitiem, alias pernici uolare cursu propter industriam. 3 cumque omnes liberum habeant arbitrium et sponte sua uel uirtutes possit capere uel uitia, illae multo in peiori condicione erunt, quam nunc sunt. hae ad meliorem statum peruenient, quia diuersi motus et uariae uoluntates in utramque partem diuersum accipient statum, id est, ut et angeli homines uel daemones et rursum ex his homines uel angeli 4 fiant. cumque omnia uario sermone tractasset adserens diabolum non incapacem esse uirtutis et tamen necdum uelle capere uirtutem, ad extremum sermone latissimo disputauit angelum siue animam aut certe daemonem, quos unius adserit esse naturae sed diuersarum uoluntatum, pro magnitudine neglegentiae et stultitiae iumentum posse fieri et pro dolore poenarum et ignis ardore magis eligere, ut brutum animal sit et in aquis habitet ac fluctibus, et corpus adsumere huius uel illius pecoris, ut nobis non solum quadrupedum sed et piscium corpora sint timenda. 5 et ad extremum, ne teneretur Pythagorici dogmatis reus, qui adserit *μετεμψύχωσιν*, post tam nefandam disputationem, qua

3 Orig. *π. ἀ.* I 7, 5 p. 93 17 ibid. I 8, 3 p. 99 19 ibid. I 8, 1 p. 96 21 ibid. I 8, 4 p. 104

1 subiectos *D* in reuel. fil. dei lib. *B* 2 ac] an *D* 3 *alt.* in *om.* ς 5 missa *Π* 6 rationales *B* alios *Π* 7 eorum *ΠD* incede *D* segnitiam *B* alios *Π* 8 pernicie *D* 9 arb. hab. *D* 10 uirtutes his *D* possit (*sc.* lib. arbitrium)] possint *B* 11 illi *Π* conditione *ΠB* 12 hec (c *eras.B*)*DB* ad *s.l.m2Π* 13 qui (a *s.l.add.*) diuersi *Π* qui aduersi *B* 15 et *om.B* 19 siue] sibi *Π* 20 ass. *codd.* 21 neglig. *Πp.c.m2B* stulticia *B* 22 possit *Π* 24 ac] et ς et] ac ς 25 quadrupedium (i *eras.*) *Π* 26 pitagorici *DB* phitag. *Π* 27 *METEMYYXΩCYN D METAMOYXOCIN B NETEMYYXΩCIN* (*s.l.m2* metemicosin) *Π*

lectoris animum uulnerauit: haec, inquit, iuxta nostram sententiam non sint dogmata sed quaesita tantum atque proiecta, ne penitus intractata uiderentur.

5. In secundo autem libro mundos adserit innumerabiles, non iuxta Epicurum uno tempore plurimos et sui similes, sed post alterius mundi finem alterius esse principium et ante hunc nostrum mundum alium fuisse mundum et post hunc alium rursum futurum et post illum alium rursumque ceteros post ceteros. et addubitat, utrum futurus sit mundus alteri mundo ita ex omni parte consimilis, ut nullo inter se distare uideantur, an certe numquam mundus alteri mundo ex toto indiscretus et similis sit futurus. rursumque post modicum: si omnia, inquit, ut ipse disputationis ordo conpellit, sine corpore uixerint, consumetur corporalis uniuersa natura et redigetur in nihilum, quae aliquando est facta de nihilo, eritque tempus, quo usus eius iterum necessarius sit. et in consequentibus: sin autem, ut ratione et scripturarum auctoritate monstratum est, corruptiuum hoc induerit incorruptionem et mortale hoc induerit inmortalitatem, absorbetur mors in uictoriam et forsitan omnis natura corporea tolletur e medio, in qua sola potest mors operari. et post paululum: si haec non sunt contraria fidei, forsitan sine corporibus aliquando uiuemus. sin autem, qui perfecte subiectus

2 3 4

1 Orig. π. ἀ. I 8, 4 p. 105 5 ibid. II 3, 1 p. 113 13 ibid. II 3, 2 p. 114 19 ibid. II 3, 3 p. 117 20 cf. I Cor. 15, 53 25 Orig. π. ἀ. II 3, 3 p. 117

2 sunt *B* 3 tanta *D* intra ętate *D* 6 epycurum *Π* epycorum *D* suis *D* post] potest *ς* 8 rursum] esse *ς* 9 addubitat *D* id(*eras.*)dubitat *Π* adhuc dubitat *B* dubitat *ς* 10 ∗∗ita *Π* omni *om.ς* 11 nulla *Π* 12 mundus] mundum *D* alteri mundo *s.l.m2Π* alteri] alterius *ex* alium *D* et discretus et dissimilis *B* 14 uixerit *D* 15 natura] creatura *B* 16 nihil *Π* nichili *B* 17 facta est *ς* que *s.l.B* 22 absorbebitur *B* 23 uictoria *B*; *add.* in incorrumptionem *D* incorruptionem *Π* et corruptio incorruptione *B* et corruptio in incorruptionem *ς* corp. nat. *ς* 24 mors potest *B* 27 uiuimus *ΠD*

est Christo, absque corpore intellegitur, omnes autem subiciendi sunt Christo, et nos erimus sine corporibus, quando ei ad perfectum subiecti fuerimus. et in eodem loco: cum subiecti fuerint omnes deo, omnes deposituri sunt corpora et tunc corporalium rerum uniuersa natura soluetur in nihilum, quae, si secundo necessitas postularit, ob lapsum rationabilium creaturarum rursus existent. deus enim in certamen et luctamen animas dereliquit, ut intellegant plenam consummatamque uictoriam non ex propria se fortitudine sed ex dei gratia consecutas. et idcirco arbitror pro uarietate causarum diuersos mundos fieri et elidi errores eorum, qui similes sui mundos esse contendunt. et iterum: triplex ergo suspicio nobis de fine suggeritur, e quibus quae uera et melior sit, lector inquirat. aut enim sine corpore uiuemus, cum subiecti Christo subiciemur deo et deus fuerit omnia in omnibus; aut, quomodo Christo subiecta cum ipso Christo subicientur deo et in unum foedus artabuntur, ita omnis substantia redigetur in optimam qualitatem et dissoluetur in aetherem, quod purioris simplicioris-que naturae est; aut certe sphaera illa, quam supra appellauimus ἀπλανῆ, et quidquid illius

4 Orig. π. ἀ. II 3, 3 p. 118 16 ibid. II 3, 7 p. 125 20 cf. I Cor. 15, 28

1 intelligitur *Πp.c.m2B* 4 cum *s.l.m2Π* si *B,om.D* 7 soluerunt *D* nih(ch *B*)ili *DB* 8 postularit *s.l.m2Π* rationalium *B* 9 existent *B* existens *ΠD* existet ϛ 10 luctam *B* derelinquid *D* 11 intellig. *Πp.c.m2B* intellegat *D* 13 consecutas *B* —tos *Π* —tus *D* 15 elidi *Π* elidere *B* alibi *D* 16 mundo *D* 17 quibusque *D* 19 uiuimus *ΠD* 20 deo —22 subic. deo *partim in mg. partim in ras. m2B* 21 subiecta *om.Bm2* 22 subicientur (n *eras.*)*Π* 23 fedus *Πa.c.m2B* artantur *ΠD* 25 aetherem ϛ ētrē (= eterrem) *B* aeternum *ΠD* quo *B* 26 natura *D* spera (p *in ras. m2*) *B* 27 apellaui(*ex* e *m2*)mus *Π* ἀπλανῆ ϛ *AITAΩNN* et *Π ΩITAΩNHNET D ANAΩNHN B* quicquid *ΠB*

circulo continetur, dissoluetur in nihilum, illa uero, qua ἀντιζώνη ipsa tenetur et cingitur, uocabitur terra bona nec non et altera sphaera, quae hanc ipsam terram circumambit uertigine et dicitur caelum, in sanctorum habitaculum seruabitur.

6. Cum haec dicat, nonne manifestissime gentium sequitur errores et philosophorum deliramenta simplicitati ingerit Christianae? et in eodem libro: restat, ut inuisibilis sit deus. si autem inuisibilis per naturam est, neque saluatori uisibilis erit. et in inferioribus: 2 nulla alia anima, quae ad corpus descendit humanum, puram et germanam similitudinem signi in se prioris expressit, nisi illa, de qua saluator loquitur: nemo tollit animam meam a me, sed ego ponam eam a me ipso. et in 3 alio loco: unde cum infinita cautione tractandum est, ne forte, cum animae salutem fuerint consecutae et ad beatam uitam peruenerint, animae esse desistant. sicut enim uenit dominus atque saluator quaerere et saluum facere, quod perierat, et perditum esse desistet, sic anima, quae perierat et ob cuius salutem uenit dominus, cum salua facta fuerit, anima esse cessabit. illud quoque pa- 4 riter requirendum, utrum, sicut perditum aliquando non fuit perditum et erit tempus, quando perditum non erit, sic et anima fuerit aliquando non anima, et fore tempus, quando

9 Orig. π. ἀ. II 4, 3 p. 130 12 ibid. II 6, 3 p. 142 15 *Ioh. 10, 18 17 Orig. π. ἀ. II 8, 3 p. 155 20 cf. Luc. 19, 10

1 dissoluitur ΠD nihilum ς nihili ΠD nichili B 2 ἀντιζώνη ς anti AΩNNN Π antiAΩNNH D ANTIΩNNN B 3 uocatur B 4 spera B 5 in *om.*ς 6 seruabuntur ΠD conseruabitur ς 7 dicitur (ur *eras.*)Π 8 errorem B 11 in *om.*ΠD 12 alia *ex* illa Π 15 qua *s.l.m2*Π tollet ς 16 pono B 20 **uenit Π 22 et] ut ς esse —23 anima *in ras. m2* B desistat ΠD 24 fuerit facta B 25 cessauit ΠD 26 sicut *s.l.m2* B 28 aliq. fuerit ς 29 non *om.*ς forte Π

nequaquam anima perseueret. et post multum de anima tractatum hoc intulit. νοῦς, id est mens, corruens facta est anima et rursum anima instructa uirtutibus mens fiet. quod et de anima Esau scrutantes possumus inuenire, propter antiqua peccata eum in deteriori uita esse damnatum. et de caelestibus requirendum est, quod non eo tempore, quo factus est mundus, solis anima — uel quodcumque eam appellari oportet — esse coeperit, sed antequam lu-
6 cens illud et ardens corpus intraret. de luna et stellis similiter sentiamus, quod ex causis praecedentibus licet inuitae conpulsae sint subici uanitati, ob praemia futurorum non suam facere, sed creatoris uoluntatem, a quo in haec officia distributae sunt.

7. Ignem quoque gehennae et tormenta, quae scriptura sancta peccatoribus comminatur, non ponit in suppliciis, sed in conscientia peccatorum, quando dei uirtute et potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur et ueluti ex quibusdam seminibus in anima derelictis uniuersa uitiorum seges exoritur et, quidquid feceramus in uita uel turpe uel inpium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur ac praeteritas uoluptates mens intuens conscientiae punitur ardore et paenitudinis stimulis con-
2 foditur. et iterum: nisi forte corpus hoc pingue atque terrenum caligo et tenebrae nominandae sunt, per quod consummato hoc mundo, cui

2 Orig. π. ἀ. II 8, 3 p. 161 4 cf. Mal. 1, 2—3 17 cf. Orig. π. ἀ. II 10, 4 p. 177 25 ibid. II 10, 8 p. 182

1 multo *Π* 2 haec *Π* mens(*in ras. m1*; *fuit* corr)ruens *B* 3 fracta *D* rursus *B* instructus *Πa.r.D* instructis *Πp.r.* 5 possu(mus *s.l.add.m2*)*Π* 6 antiqua] aliqua *B* 7 req. est] credendum est (*utrumque in ras.m2*)*B* 9 quocumque *Π* appellare *Π* 10 opor *D* ceperit *B* 11 ardens] *add.* illud *Π* 16 distributa sint *Π* 17 et tormenta *in mg.B* 18 comm. pecc. *Π* punit *Π* *p.c.m2D* punire *B* suppl.] simplicis *ΠD* 22 quicquid *ΠB* 23 discribitur *Π* uoluntates *B* 24 induens *Π* conscientia *D* ard. pun. *B* penit. *B* ple(ę *Π*)nit. *ΠDa.c.* 26 nominandi *Π* 27 sunt *s.l.B*; *seq.* postea (*eras.*) *Π* cui] cum *Π*

necesse fuerit in alium transire mundum, rursum nascendi sumet exordia. haec dicens perspicue *μετεμψύχωσιν* Pythagorae Platonisque defendit. et in fine 3
secundi uoluminis de perfectione nostra disputans intulit: cumque in tantum profecerimus, ut nequaquam carnes et corpora, forsitan ne animae quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum ueniens nulloque perturbationum nubilo caligatus, intuebitur rationabiles intellegibilesque substantias facie ad faciem.

8. In libro quoque tertio haec uitia continentur: sin autem semel recipimus, quod ex praecedentibus causis aliud uas in honorem, aliud in contumeliam sit creatum, cur non recurramus ad animae arcanum et intellegamus eam egisse antiquitus, propter quod in altero dilecta, in altero odio habita sit, antequam in Iacob corpore subplantaret et in Esau planta teneretur a fratre? et iterum: ut autem aliae animae 2
fierent in honorem, aliae in contumeliam, anteriorum causarum merita praecesserunt. et in eodem loco: iuxta nos autem ex praecedentibus meritis uas, quod in honorem fuerit fabricatum, si non dignum uocabulo suo opus fecerit, in alio saeculo fiet uas contumeliae 3

4 Orig. *π. ἀ.* II 11, 7 p. 191 11 ibid. III 1, 22 (20) p. 238 13 cf. Rom. 9, 21 16 cf. Mal. 1, 2—3 17 cf. Gen. 25, 25 19 Orig. *π. ἀ.* III 1, 22 (21) p. 239 20 cf. Rom. 9, 21 22 Orig. *π. ἀ.* III 1, 23 (21) p. 240 23 cf. Rom. 9, 21

3 *METNYYXΩCIN Πa.c.m2 METMYYXΩ*cin *D* metamorphorsin (*sic*) *B* phitagorae *Π* pitagori(i *exp.*)e *B* thitagore *D* 5 proficeremus *D* 6 nec *B* 7 sensum *Πa.c.m2* 8 perturbationis *B* —one *D* caligans *ς* 9 rationabiles (bi *exp.*) *B* intellig. *Πp.r.B* 11 continetur *D* 12 recepimus *D*, *Bp.c.* 13 honore *ΠD* *alt.* aliud] aliud uas *Π* contumelia *Π* 15 archanum *ΠD* et *s.l.B* 16 propter *ex* preter *m2Π* dilata *D* 18 supplantare *D* subplantaretur *B* 19 animae *om.Π* 20 fuerint in honore *Π* alia in contumelia *Π* 21 anteriorum *scripsi* materiorum *D* materiarum *ΠB* causarumque *D* precesserint *Π* 23 honore *ΠD* fuit *Π* 25 in] et (*exp.*) in *B* fiet *ex* fit *B*

et rursum uas aliud, quod ex anteriori culpa contumeliae nomen acceperat, si in praesenti uita corrigi uoluerit in noua creatione fiet uas sanctificatum et utile domino, in omne
4 opus bonum paratum. statimque subiungit: ego arbitror posse quosdam homines a paruis uitiis incipientes ad tantam nequitiam peruenire, si tamen noluerint ad meliora conuerti et per paenitentiam emendare peccata, ut et contrariae fortitudines fiant, et rursum ex inimicis contrariisque uirtutibus in tantum quosdam per multa tempora uulneribus suis adhibere medicinam et fluentia prius delicta constringere, ut ad locum transeant optimorum. saepius diximus in infinitis perpetuisque saeculis, in quibus anima subsistit et uiuit, sic nonnullas earum ad peiora corruere, ut ultimum malitiae locum teneant, et sic quasdam proficere, ut de ultimo malitiae gradu ad perfectam ueniant consummatamque uirtutem. quibus dictis conatur ostendere et homines, id est animas, fieri posse daemones et rursum daemones
6 in angelicam redigi dignitatem. atque in eodem uolumine: sed et hoc requirendum, quare humana anima nunc ab his, nunc ab aliis uirtutibus ad diuersa moueatur. et putat quarundam, antequam uenirent in corpora, merita praecessisse, ut est illud Iohannis exultantis in utero matris suae, quando ad uocem salutationis Mariae indignam
7 se confabulatione eius Elisabeth confitetur. statimque subiungit:

4 *II Tim. 2, 21 5 Orig. π. ἀ. III 1, 23 (21) p. 242 23 ibid. III 3, 5 p. 261 27 cf. Luc. 1, 41—45

1 illud ς ex ant.] exteriori ΠB culpę Π 2 acceperit D 3 fiat D 4 domino et ς 7 incipientibus B 8 ad *ex* ut Π per penitentiam ΠB penitentie D poenitentia ς 10 rursus B 14 transeat Π 17 eorum Π 19 quosdam ΠD 22 fieri demones posse Π posse fieri daemones ς posse] post B 23 dign. redigi Π 24 et *om.* B 25 his nunc ab *om.* B 26 putant D quorundam ΠD ueniret Πa.c.D 27 corpore ΠD 29 confabulationis Bp.c.m2 helisabeth D

et e contrario paruuli, licet paene lactantes, malis replentur spiritibus et in diuinos atque ariolos inspirantur in tantum, ut etiam daemon Pythonicus quosdam a tenera aetate possideat; quos derelictos esse apud prouidentiam dei, cum nihil tale fecerint, ut istius modi insaniam sustinerent, non est eius, qui nihil uult absque deo fieri et omnia illius iustitia gubernari.

9. Rursumque de mundo: nobis autem, inquit, placet et ante hunc mundum alium fuisse mundum et post istum alium futurum. uis discere, quod post corruptionem huius mundi alius sit futurus? audi Esaiam loquentem: 'erit caelum nouum et terra noua, quae ego facio permanere in conspectu meo'. uis nosse, quod ante 2 fabricam istius mundi alii mundi in praeterito fuerint? ausculta Ecclesiasten: 'quid est, quod fuit? ipsum, quod erit. et quid est, quod factum est? ipsum, quod futurum est. et non est omne nouum sub sole, quod loquatur et dicat: ecce hoc nouum est; iam enim fuit in saeculis pristinis, quae fuerunt ante nos'. quod testimonium non solum fuisse, sed futuros mundos esse testatur, non quo simul et pariter omnes fiant, sed alius post alium. statimque subiungit: diuinitus habitaculum et ueram 3 requiem apud superos aestimo intellegi, in qua creaturae rationabiles commorantes,

1 Orig. π. ἀ. III 3, 5 p. 261 10 ibid. III 5, 3 p. 273 14 *Esai. 66, 22 18 *Eccle. 1, 9—10 27 Orig. π. ἀ. III 5, 4 p. 274

1 et *in ras. m2B* e *s.l.Π,om.B* paruo *D* licet] et *Π* licet et ς lactentes *B* 3 oriolos *Π* 4 phyton. *D* phiton. *Π* fiton. *B* 6 tali *Πa.c.m2D* fecerit *D* 11 *pr.* mundum] modum *D* 14 ysayam *B* Isaiam ς dicentem *D* 17 huius *Π* 21 sole] celo *B* 24 sed] et *D* 25 quod *B* 26 et *s.l.Π* al. post al.] alium alium *D* 27 diuinius *Koetschau* diuinitatis *e „cod. Regio" Vallarsius* (*Origenes scripsisse uidetur: ἡ θεόθεν οἴκησις*) 28 existimo ς intelligi *Πp.r.B* 29 rationales *B*

antequam ad inferiora descenderent et de inuisibilibus ad uisibilia conmigrarent ruentesque ad terram crassis corporibus indigerent, antiqua beatitudine fruebantur. unde conditor deus fecit eis congrua humilibus locis corpora et mundum istum uisibilem fabricatus est ministrosque ob salutem et correptionem eorum, qui ceciderunt, misit in mundum, e quibus alii certa obtinerent loca et mundi necessitatibus oboedirent, alii iniuncta sibi officia singulis quibusque temporibus, quae nouit artifex deus, sedula mente tractarent. et ex his sublimiora mundi loca sol et luna et stellae, quae ab apostolo creatura dicitur, acceperunt. quae creatura uanitati subiecta est, eo quod crassis circumdata corporibus et aspectui pateat. et tamen non sponte subiecta est uanitati, sed propter uoluntatem eius, qui eam subiecit in spe. et iterum: alii uero in singulis locis atque temporibus, quae solus artifex nouit mundi, gubernaculis seruiunt, quos angelos eius credimus. et post paululum: quem rerum ordinem et totum mundi ⟨regit dei⟩ prouidentia, dum aliae uirtutes de sublimioribus corruunt, aliae paulatim labuntur in terras, istae uoluntate descendunt, aliae praecipitantur inuitae, hae

15 cf. Rom. 8, 20 18 cf. Rom. 8, 20 20 Orig. π. ἀ. III 5, 4 p. 275 23 ibid. III 5, 5 p. 276

1 disc. *Πa.c.m2* 2 uisibilia] inuisibilia *ΠD* 3 crassisque *D* 4 antiquam *D* antequam *Π* beatitudinem *D* benedictione (*partim eras.*) *Π* 8 correctionem *Πp.c.B* 9 e] et *Πa.r.* ex ς 11 quibusque *ex* quibus *m2B* 15 dicitur *ΠD* d̄r *B* dicuntur ς 16 subdita *B* crassi *D* 17 *pr.* et *exp.B* placeat *D* 19 eius *om.Π* eam *om.D* 21 gubernaculi *D* 22 eius esse ς 23 paulolum *Π*,*Da.c.* quem] de *in ras.m2B* et totum *Koetschau* et tota *ΠB* et toto *D* totius ς 24 regit dei *add. Koetschau* regit *add.* ς, *om. codd.* dum *ex* cum *Π* 25 alii *Π* 26 isti *Π* uoluntariae ς 27 alii *Π* inuiti *Π* hę *DB* hęc *Π*

sponte suscipiunt ministeria, ut ruentibus manum porrigant, illae coguntur ingratae et tanto uel tanto tempore in suscepto officio perseuerant. et iterum: ex quo sequitur, 8
ut ob uarios motus uarii creentur et mundi et post hunc, quem incolimus, alius multo dissimilis mundus fiat. nullusque alius diuersis casibus et profectibus uel uirtutum praemiis uel uitiorum suppliciis et in praesenti et in futuro atque in omnibus et retro et † in priore temporibus potest merita dispensare et ad unum rursus finem cuncta pertrahere, nisi solus conditor omnium deus, qui scit causas, propter quas alios dimittat sua perfrui uoluntate et de maioribus ad ultima paulatim delabi, alios incipiat uisitare et gradatim quasi manu data ad pristinum retrahere statum et in sublimibus collocare.

[9.] Cumque de fine disputare coepisset, haec intulit: quia — 9
ut crebro iam diximus — principium rursum ex fine generatur, quaeritur, utrum et tunc futura sint corpora an sine corporibus aliquando uiuendum sit, cum redacta in nihilum fuerint, et incorporalium uita incorporalis esse credenda sit, qualem et dei nouimus. nec dubium est, quin, si omnia corpora ad mundum istum sensibilem pertineant, quae appellantur ab apostolo uisibilia, futura sit uita incorpora-

4 Orig. π. ἀ. III 5, 5 p. 276 19 ibid. III 6, 1 p. 281 28 cf. Col. 1, 16

2 illi *Π* ingrate *Π* 3 et—officio *in mg. m2 B* et] ut ς uel tanto *om. Bmg. m2* temporum *Π* 4 perseuerent ς 5 ut] id *D* 8 prof.] *add.* et ς 11 in priore *Π* in priora *DB* porro *Koetschau* postea ς 12 rursum *D* 13 omnium *om. B* 14 mittat *Ba.c.m2* permittat ς 16 paulatim *s.l. B* delabi ς dilab(u *D*)i *codd.* 17 manu data] mundata *Π* stat. retr. *Π* 18 sublimibus (bus *in ras. m2*) *Π* 19 *capituli numerus* 9 *hic falso in edd. iteratur* 20 rursus *B* 21 quae(e *Π B*)riturque *codd.* 23 reducta *Π D* nihilo *Π* nihili *D* nichil *B* 24 esse] uita esse *B* 25 et *s.l. m2 Π* nec dub.—*p. 110, 23* simil.] *haec uerba iterum exhibet, sed partim deleta, post finem epistulae Π (discrepantes scripturas notauit Π²)*

lium incorporalis. et post paululum: illud quoque, quod ab eodem apostolo dicitur: 'omnis creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei', sic intellegimus, ut primam creaturam rationabilium et incorporalium esse dicamus, quae nunc seruiat corruptioni, eo quod sit uestita corporibus et, ubicumque corpora fuerint, statim corruptio subsequatur; postea autem liberabitur de seruitute corruptionis, quando receperit gloriam filii dei et deus fuerit omnia in omnibus. et in eodem loco: ut autem incorporeum finem omnium rerum esse credamus, illa nos saluatoris oratio prouocat, in qua ait: 'ut, quomodo ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint'. etenim scire debemus, quid sit deus et quid sit futurus in fine saluator et quomodo sanctis similitudo patris et filii repromissa sit, ut, quomodo illi in se unum sunt, sic et isti in eis unum sint. aut enim suscipiendum est uniuersitatis deum uestiri corpore et, quomodo nos carnibus, sic illum qualibet materia circumdari, ut similitudo uitae dei in fine sanctis possit aequari, aut, si hoc indecens est — maxime apud eos, qui saltim ex minima parte dei sentire cupiunt maiestatem et ingenitae atque omnia excedentis naturae gloriam suspicari —, e duobus alterum suscipere cogimur, ut aut despe-

1 Orig. *π. ἀ.* III 6, 1 p. 281 2 *Rom. 8, 21 11 cf. I Cor. 15, 28
12 Orig. *π. ἀ.* III 6, 1 p. 282 15 *Ioh. 17, 21

1 post paululum *Π* paulo post *ς* 4 intellig. *Πp.r.B* 5 rationalium *B* 6 nunc *Engelbrecht* non *codd.* 7 sit] non sit *ς* 9 sequatur *Π* (*sed* subsequatur Π^2) liberatur *D* 10 receperint *DB* 11 filiorum *ς* 17 deus *s.l.Π* finem *D* 18 sanctis *om.B* in sanctis *ς* 19 in se illi *ς* illi *Πp.r.* alii *cet.* (*etiam* Π^2) 20 sunt] sint *Π* 24 uitae dei—*p. 111, 25* mundum *paginae parte uacua relicta om.Π* 29 suspicere *D*

remus similitudinem dei, si eadem sumus corpora semper habituri, aut, si beatitudo nobis eiusdem cum deo uitae promittitur, eadem, qua uiuit deus, nobis condicione uiuendum est.

10. Ex quibus omnibus adprobatur, quid de resurrectione sentiat et quod omnia corpora interitura confirmet, ut simus absque corporibus, quomodo et prius fuimus, antequam crassis corporibus uestiremur. rursumque de mundorum uarietatibus disputans et uel ex angelis daemones uel ex daemonibus angelos siue homines futuros esse contestans et e contrario ex hominibus daemones et omnia ex omnibus sententiam suam tali fine confirmat: nec dubium est, quin post quaedam interualla temporum rursum materia subsistat et corpora fiant et mundi diuersitas construatur propter uarias uoluntates rationabilium creaturarum, quae post perfectam beatitudinem usque ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsae tantam malitiam receperunt, ut in contrarium uerterentur, dum nolunt seruare principium et incorruptam beatitudinem possidere. nec hoc ignorandum, quod multae rationabiles creaturae usque ad secundum et tertium et quartum mundum seruent principium nec mutationi in se locum tribuant, aliae uero tam parum de pristino statu amissurae sint, ut paene nihil perdidisse uideantur, et nonnullae grandi ruina in ultimum praecipitandae sint baratrum. nouitque dispensator omnium

2 3 4

13 Orig. *π. ἀ.* III 6, 3 p. 284

1 eadem *B* eam *D*, *tacite om. Koetschau* semper sumus corp. ς 8 et *om.D* crassi *D* 9 uarietate ς 10 daemones] demonis *D* *alt.* ex] de ς 11 et e] ecce *D* 12 daem.—omnibus *om.D* confirmet *D* 14 rursus ς 16 uoluntas *D* rationalium *B* 19 delapsa *DB* dilapsae ς 23 rationales *B* 25 nec] et *Πa.c.m2* 27 statu prist. *B* amissura *Π* missura *D* sunt *B* 28 pene (poene *Πp.c.m2*) *codd.* 29 grande *D* in(*del.*)grandi *B* ruine *D* praecipitandi *B* 30 barathrum ς que *om.Π*

deus in conditione mundorum singulis abuti iuxta meritum et oportunitates et causas, quibus mundi gubernacula sustentantur et initiantur, ut, qui omnes uicerit nequitia et penitus se terrae coaequauerit, in alio mundo, qui postea fabricandus est, fiat diabolus, principium plasmationis domini, ut inludatur ei ab angelis, qui exordii amisere uirtutem. quibus dictis quid aliud conatur ostendere, nisi huius mundi homines peccatores in alio mundo posse diabolos et daemones fieri et rursum nunc daemones in alio mundo posse uel angelos uel homines procreari? et post disputationem longissimam, qua omnem naturam corpoream in spiritalia corpora et tenuia dicit esse mutandam cunctamque substantiam in unum corpus mundissimum et omni splendore purius conuertendam et talem, qualem nunc humana mens non potest cogitare, ad extremum intulit: et erit deus omnia in omnibus, ut uniuersa natura corporea redigatur in eam substantiam, quae omnibus melior est, in diuinam uidelicet, qua nulla est melior.

11. In quarto quoque libro, qui operis huius extremus est, haec ab ecclesiis Christi damnanda interserit: et forsitan, quomodo in isto mundo, qui moriuntur separatione carnis et animae, iuxta operum differentiam diuersa apud inferos obtinent loca, sic, qui de caelestis Hierusalem — ut ita dicam —

17 Orig. π. ἀ. III 6, 9 p. 290 sq. cf. I Cor. 15, 28 22 Orig. π. ἀ. IV 3, 10 (26 [23]) p. 337 26 cf. Hebr. 12, 22

1 condicione *D* abuti (ab *exp.m2*) *B* 3 sustentantur *in mg. m2* (*in textu ras. eiusdem spatii*) *B* sustentuntur *Π* 4 qui *s.l.m2 Π* nequitias *B* 7 d̄i *Π* 8 exordii (*exp.,s.l.* in exitu) *B* exordia *Π* misere *Π* 9 uirtutem] *seq.* 9 quibus —10 mundo *et* 6 qui postea —9 uirtutem (*haec omnia del. m1*), *deinde* 9 quibus *etc. B* 10 diabolum *B* 11 *γρ.* demonas *D* 12 angelus *Π* 13 naturam] creaturam *B* spiritali *D* tenua *ΠD* 14 dicit] adiecit *ex* adierit *B* mutanda *ΠD* 15 conuertendum *Π* 16 non *om.ς* 18 natura *ex* creatura *B* 19 qua *D* diuina *ΠD* 20 scilicet *B* 21 quoque *ex* uid *D* eius *ς* 22 ecclesia *ς* interseruit *Ba.r.* 23 qui] quo *Π* 25 optinent *D* obtinet *Πa.c.m2* sic *ex* si *Π* 26 celesti (*seq. ras. 2—3 litt. Π*)*ΠD* hierus. *Π* ierus. *D* iherus. *B*

administratione moriuntur, ad nostri mundi inferna descendunt, ut qualitate meritorum diuersa in terris possideant loca. et 2
iterum: et quia conparauimus de isto mundo ad inferna pergentes animas his animabus, quae de superiori caelo ad nostra habitacula uenientes quodam modo mortuae sunt, prudenti inuestigatione rimandum est, an hoc ipsum possimus etiam in natiuitate dicere singularum, ut, quomodo, quae in ista terra nostra nascuntur animae, uel de inferno rursum meliora cupientes ad superiora ueniunt et humanum corpus adsumunt uel de melioribus locis ad nos usque descendunt, sic et ea loca, quae supra sunt in firmamento, aliae animae possideant, quae de nostris sedibus ad meliora proficiant, aliae, quae de caelestibus ad firmamentum usque delapsae sunt nec tantum fecere peccati, ut ad loca inferiora, quae incolimus, truderentur. quibus 3
dictis nititur adprobare et firmamentum, id est caelum, ad conparationem superioris caeli esse inferos et hanc terram, quam incolimus, conlatione firmamenti inferos appellari et rursum ad conparationem inferorum, qui sub nobis sunt, nos caelum dici, ut,
quod aliis infernus est, aliis caelum sit. nec hac disputatione con- 4
tentus dicit: in fine omnium rerum, quando ad caelestem Hierusalem reuersuri sumus, aduersariarum fortitudinum contra populum dei bella consurgere, ut non sit eorum otiosa

4 Orig. π. ἀ. IV 3, 11 (27 [23]) p. 339 26 ibid. IV 3, 12 (24) p. 342
27 cf. Hebr. 12, 22

2 ut pro qual. ς 4 qui *Π* 5 hiis *B* iis ς 7 peruenientes ς mortua *Π* 9 possimus (simus *in ras. m2*) *B* possumus *ΠD* etiam *om. B* 11 inf. rurs.] infernorū su(*add.s.l.m2* nt) *Π* 14 discendunt *Π* 16 de *om. Π* 18 sint ς 19 nec] hęc *Π* facere *ΠD* peccatum ς inferiora *om.* ς 24 sub nobis] subter nos ς 25 hoc *Π* ad *D* disputationem *D* contem(*p.r.* n *Π*)ptus *ΠD* 27 iherus. *ΠB* aduersariorum *ΠD,Ba.c.* 28 fortitudinem *Π*

uirtus, sed exerceantur ad proelia et habeant materiam roboris, quam consequi non possint, nisi fortes primum aduersariis restiterint, quos ratione et ordine et sollertia repugnandi in libro Numerorum legimus esse superatos.

12. Cumque dixisset iuxta Iohannis Apocalypsin euangelium sempiternum, id est futurum in caelis, tantum praecedere hoc nostrum euangelium, quantum Christi praedicatio legis ueteris sacramenta, ad extremum intulit — quod et cogitasse sacrilegium est — pro salute daemonum Christum etiam in aëre et in supernis locis esse passurum. et, licet ille non dixerit, tamen, quod consequens sit, intellegitur: sicut pro hominibus homo factus est, ut homines liberaret, sic et pro salute daemonum deum futurum, quod sunt
2 hi, ad quos uenturus est liberandos. quod ne forsitan de nostro sensu putemur adserere, ipsius uerba ponenda sunt: sicut enim per umbram euangelii umbram legis inpleuit, sic, quia omnis lex exemplum et umbra est cerimoniarum caelestium, diligentius requirendum, utrum recte intellegamus legem quoque caelestem et cerimonias superni cultus plenitudinem non habere sed indigere euangelii ueritate, quod in Iohannis Apocalypsi euangelium legimus sempiternum, ad conparationem uidelicet huius nostri euangelii, quod temporale est et in transituro mundo
3 ac saeculo praedicatum. quod quidem etiam si usque ad passionem domini saluatoris uoluerimus inquirere, quamquam audax et

4 cf. Num. c. 31(?) 7 cf. Apoc. 14, 6 16 Orig. π. ἀ. IV 3, 13 (25) p. 343 sq. 24 cf. Apoc. 14, 6 27 Orig. π. ἀ. IV 3, 13 (25) p. 344

1 sed] si *B* praelia *ΠB* 2 possunt *ΠD* 3 aduersarii (*alt.* i *in ras.*)*Π* resisterint *Π* 4 quod *D* 5 libro quoque *Π* 7 iohannem *Π* apocalipsin *B* uocem in *D* 10 et] ad *Π* 11 est *om.Π* aëre] ∗ere *Π* 12 tamen *s.l.B* 13 sit] sic *Π* si *D* intellig. *Πp.r.B* 14 pro *s.l.m2Π* sint *Π* 15 hii *ΠB* 16 putemus *D* 17 umbra *Π* 18 quia] q;*Π* 19 requir. est *Π* inquir. *B* 20 intellig. *Πp.r.B* 23 ueritatem *D* apocalipsi *ΠB* 27 ac] a *Π* 28 si (*s.l.*) etiam *B* 29 inq. uol. ς

temerarium sit in caelo eius quaerere passionem, tamen, si spiritalia nequitiae in caelestibus sunt et non erubescimus crucem domini confiteri propter destructionem eorum, quae sua passione destruxit, cur timeamus etiam in supernis locis in consummatione saeculorum aliquid simile suspicari, ut omnium locorum gentes illius passione saluentur?

13. Rursumque blasphemans de filio sic locutus est: si enim patrem cognoscit filius, uidetur in eo, quod nouit patrem, posse eum conprehendere, ut si dicamus artificis animum artis scire mensuram. nec dubium, quin, si pater in filio, et conprehendatur ab eo, in quo est. sin autem 2 conprehensionem eam dicimus, ut non solum sensu quis et sapientia conprehendat, sed uirtute et potentia cuncta teneat, qui cognouit, non possumus dicere, quod conprehendat filius patrem. pater uero omnia conprehendit, inter omnia autem et filius est: ergo et filium conprehendit. et ut sciremus causas, quibus 3 pater conprehendat filium et filius patrem non queat conprehendere, haec uerba subnectit: curiosus lector inquirat, utrum ita a semet ipso cognoscatur pater, quomodo cognoscitur a filio, sciensque illud, quod scriptum est: 'pater, qui me misit, maior

2 cf. Eph. 6, 12 9 Orig. π. ἀ. IV 4, 8 (35) p. 359 19 ibid. IV 4, 8 (35) p. 360 23 ibid. IV 4, 8 (35) p. 360 26 *Ioh. 14, 28

2 si *om.Π* nequitia *Π* 3 sint *B* 4 districtionem *D* distinctionem *ex* distrinctionem (r *eras.*) *Π* 5 distraxit *Π* 6 consummationem (*ult.* m *eras.*)*Π* consumatio *D* 7 saeculi *Π* 8 passionem (m *eras.*) *Π* 9 rursumque hic *B* de *om.Π* sic —11 nouit] uidetur in eo quod nouit de filio sic locutus est si enim patrem agnoscit *Π* est *add.m2B* 10 agnoscit *ΠB* 13 si] sit *Bp.c.m2* pater] *add.* sit ς 15 eam dic. compr. *B* 16 sensum *codd.* sapientia *Ba.c.m2* —am *cet.* sed] *add.* et ς 17 qui] que *Bp.c.m2*,*unde* quae *Koetschau* 19 comprehendat *Bp.c.m2* 21 *alt.* et *om.ΠD* 22 conprehendit *Π* querat conpr. *Π* comprehendat *B* 23 subnectit] nectit *B* 24 a semedipso *D* semetipsũ *B* cognoscat *B* 25 siensque *D* 26 me *om.*ς

me est', in omnibus uerum esse contendet, ut dicat et in cognitione filio patrem esse maiorem, dum perfectius et purius a semet ipso cognoscitur quam a filio.

14. *Μετεμψύχωσιν* quoque et abolitionem corporum hic rursum sentire conuincitur: si quis autem potuerit ostendere incorporalem rationabilemque naturam, cum expoliauerit se corpore, uiuere per semet ipsam et in peiori condicione esse, quando corporibus uestiebatur, in meliori, quando illa deponit, nulli dubium est corpora non principaliter subsistere, sed per interualla ob uarios motus rationabilium creaturarum nunc fieri, ut, qui his indigent, uestiantur, et rursum, cum illa deprauatione lapsuum se ad meliora correxerint, dissolui in
2 nihil et hac semper successione uariari. et ne parum putaremus inpietatem esse eorum, quae praemiserat, in eiusdem uoluminis fine coniungit omnes rationabiles naturas, id est patrem et filium et spiritum sanctum, angelos, potestates, dominationes ceterasque uirtutes, ipsum quoque hominem secun-
3 dum animae dignitatem unius esse substantiae. intellectualem, inquit, rationabilemque naturam sentit deus et unigenitus filius eius et spiritus sanctus, sentiunt angeli et potestates ceteraeque uirtutes, sentit interior homo, qui ad

6 Orig. π. ἀ. IV 4, 8 (35) p. 361 19 ibid. IV 4, 9 (36) p. 362

1 me *om.codd.* in *eras.Π* contendit *DB* 2 dicta *Π* filii (*ex* fili *Π*)*codd.* 5 *METMYYCXΩCCI Π METΨYCXΩCEI D* metamorphosin *B* abolitione *Π* aboliotione *D* hic *Bp.c.m2* haec *cet.* hoc *ς* 6 sursum consentire *D* 7 rationalemque *B* 8 se expol. *B* 9 ipsum *Π* peiori *Ba.c.* peiore *cet.* 10 uestiatur *B* uestitur *ς* 11 illa dep.] illud ponit *Π* 12 non princ.] inprincipaliter *Π* per *s.l.B* post *Π* interualla et *ς* 13 rationabilium (bi *exp.m2*)*B* 14 indiget uestiatur *B* 15 lapsuū *Bp.c.m2* lapsū *ex* lapsuu *Ba.c.m2* lapsum *Π* labsum *D* 16 ad meliore *D* 17 nihilum *ς* hoc *Π* ac *D* 18 paruam *ς* putemus *B* impietatis *B* 19 coniungit (*cf.* subnectit *p. 115, 23*)] concludit *coni. Koetschau* rationales *ΠB* naturas *Bp.c.m2* creaturas *cet.* 23 inquam *B* rationalemque *DB* 24 et (*eras.*) unigenitusque *Π* 25 ceterasque *ΠD*

imaginem et similitudinem dei conditus est. ex quo concluditur deum et haec quodam modo unius esse substantiae. unum addit uerbum 4
'quodam modo', ut tanti sacrilegii crimen effugeret, et, qui in alio
5 loco filium et spiritum sanctum non uult de patris esse substantia, ne diuinitatem in partes secare uideatur, naturam omnipotentis dei angelis hominibusque largitur.

15. Cum haec se ita habeant, quae insania est paucis de filio et spiritu sancto commutatis, quae apertam blasphemiam praefere-
10 bant, cetera ita, ut scripta sunt, protulisse in medium et inpia uoce laudasse, cum utique et illa et ista de uno inpietatis fonte processerint? aduersum omnia scribere nec huius est temporis et 2
omnes, qui aduersus Arrium et Eunomium Manicheumque et diuersas scripserunt hereses, his quoque inpietatibus respondisse
15 credendi sunt. quisquis igitur hos uoluerit legere libros et calciatis pedibus ad terram repromissionis pergere, necubi a serpentibus mordeatur et arcuato uulnere scorpionis uerberetur, legat prius hunc librum et, antequam ingrediatur uiam, quae sibi cauenda sint, nouerit.

15 cf. Esai. 11, 15

2 ex *ex* et *D* 3 addidit *B* 4 effugiret *D* 5 substantie *Π* 6 secari *D* 8 ita se ς quae *om.Π* 9 perferebant *D* 10 protullisse *Π* impiā uocē *Π* 11 uno *om.ΠD* fronte *D* 12 hec omnia *B* 13 omnis *Πa.c.m2* aduersum *ΠD* heu nomium *B* manichaeumque *D* 14 diuersa *D* hiis quoque *B* hisque *ΠD* 15 quisquis *B* quis *cet.* 16 necubi] ne alicubi ς 17 arcuato] *add.* eum *s.l.m2B* scorpii uulnere ς scorpionis *Πp.c.m2* scorpios *Πa.c.m2*ϐ scorpiꝰ *DB* uerb.] uulneret *B*

CXXV.

AD RUSTICUM MONACHUM.

1. Nihil Christiano felicius, cui promittuntur regna caelorum; nihil laboriosius, qui cotidie de uita periclitatur. nihil fortius, qui uincit diabolum; nihil inbecillius, qui a carne superatur. utriusque

Γ = *Lugdunensis 600 s. VI* (*continet p. 118, 4* nihil fortius —*5* superatur; *p. 119, 17* magna coepisse —*120, 4* ruinam; *p. 120, 20* in quo —*p. 121, 6* nutriat; *p. 122, 6* si negot. —*12* auferre; *p. 123, 6* ut ubert. —*12* redundarent; *p. 123, 14* sub nom. —*18* maritalem; *p. 123, 18* alii —*p. 124, 1* affectu; *p. 124, 7* nec —*9* placent; *p. 124, 10* tu uero —*18* utilis est; *p. 124, 19* matrem —*p. 125, 2* uulnus; *p. 125, 12* habeto —*14* conplexu; *p. 125, 18* astra— *p. 126, 1* fornicamur; *p. 126, 20* uiderint —*p. 127, 2* censemur; *p. 127, 10* ne miles —*11* discipulus; *p. 128, 1* absque —*4* obdormias; *p. 128, 14* qui specimen —*18* uirtutum est; *p. 129, 15* uolo —*18* cogites; *p. 130, 1* uigil —*4* amabis; *p. 131, 19* et gratias —*20* capio; *p. 132, 14* philosophi —*18* superemus; *p. 132, 20* nisi —*p. 133, 2* fugiamus; *p. 133, 10* nulla —*13* prouinciae; *p. 133, 20* uiuere —*p. 134, 14* tace; *p. 134, 18* uidi —*p. 135, 4* solitarii; *p. 135, 13* plerique —*p. 136, 7* uiximus; *p. 136, 10* nequaquam —*11* debeas; *p. 136, 19* uiue —*p. 137, 15* iudicantes; *p. 138, 19* sed dicis —*p. 139, 14* siccatur; *p. 139, 19* ueritas — susurrones; *p. 140, 1* non est —*2* dignitatis; *p. 140, 4* si me —*16* satisfacere; *p. 141, 10* utinam —*p. 142, 9* praemia).

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*

η = *Petropolitanus I. 13 Quarto s. VII—VIII.*

H = *Monacensis lat. 6299 s. VIII—IX.*

P = *Cenomanensis 126 s. IX* (*continet initium epistulae usque ad p. 128, 15* tempore *reliquis amissis*).

D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*

C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*

N = *Casinensis 295 s. X.*

Ψ = *Augustodunensis 17 A s. X* (*desinit p. 136, 7* monasterio *folio amisso*).

t = *Casinensis 298 s. X—XI.*

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad rusticum (*ex* ad rustico $m^2\Gamma$) *ΓGH* ad rusticum (—cium t) monachum (*add.* de uita monachorum *s.l.rec.m.*η) $\eta PDCt$ ad rusticum monachum exortatoriam (m *exp.*; *add.* ad rusticum $m2$) N de institutione uitae ad rusticum monachum Ψ ad rusticum monacum de institutione monacorum B; *Hieronymi nomen exhibent tituli in* $\eta HD\Psi B$

3 nihil] *add.* est DB promuntur H promittitur ς regnum ς 4 laboriorius nisi qui H cott. GH de *s.l.*$m2\Psi$ pereclitatur η praeclitatur H *alt.* nihil] *add.* eo Γ, *Bs.l.m2* 5 imbec. $\Gamma p.c.m2B$ inbic. H inbecc. t inuec. G a *om.* B

rei exempla sunt plurima. latro credidit in cruce et statim meretur audire: amen, amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Iudas de apostolatus fastigio in proditionis tartarum labitur et nec familiaritate conuiuii nec intinctione buccellae nec osculi gratia frangitur, ne quasi hominem tradat, quem filium dei nouerat. quid Samaritana uilius? non solum ipsa credidit et 2
post sex uiros unum inuenit dominum Messiamque cognoscit ad fontem, quem in templo Iudaeorum populus ignorabat, sed auctor fit multorum salutis et apostolis ementibus cibos esurientem reficit lassumque sustentat. quid Salomone sapientius? attamen infatuatur amoribus feminarum. bonum est sal nullumque sacrificium 3
absque huius aspersione suscipitur — unde et apostolus praecipit: sermo uester sit sale conditus —, quod, si infatuetur, foras proicitur in tantumque perdit nominis dignitatem, ut ne in sterquilinio quidem utile sit, quo solent credentium arua condiri et sterile animarum solum pinguescere. haec dicimus, ut prima te, 4
fili Rustice, fronte doceamus magna coepisse, excelsa sectari et

2 *Luc. 23, 43 4 cf. Ioh. 13, 26—30 5 cf. Matth. 26, 48—49 etc. 6 cf. Ioh. 4, 5—42 10 cf. III Reg. 11, 1—8 11 Marc. 9, 49 (50) et Luc. 14, 34 cf. Leu. 2, 13 13 *Col. 4, 6 cf. Luc. 14, 34—35

1 credit *DΨ* crucem *η* meruit *DCB* 2 amen *semel GηPCΨB* aeris *H* 3 paradiso *CB* —disso *G* —dyso *cet.* perditionis *PC, Ba.c.* tartarum] terrarum *C* 4 ruit ac labitur *Nt* instinctione (s *eras.*) *P* tinctione *G* bucelle *DB* bucillae *H* 5 frenatur *G* fraudatur *B* nec (c *eras.*)*B* sed *Nt* traderet *H* tradit *Nt* dei filium *G* 6 samaritanae *P* et non *H* solum] *add.* quia *ηΨ* ipsa] illa *H* credit *GNt* 7 dnm (n *exp.*)*B* messiam quem *Nt* cognouit *ηPB* 8 ignorauit *G* sed etiam *P* sed et *HC* 9 sal. mult. *C* cybum *η* refecit *ηH, Ba.c.* 10 salamone *H* et tamen *GB* infatuatus est *Ψ* 11 mulierum *Ψ* 12 praecepit *ηCNt*; *add.* dicens *G* 13 uester] *add.* semper in gratia *ς* sit sale *in mg. m2N* sit semper sale *t* sale sit *ηCΨ* infatuatur *ηPCΨB* 14 foris *HD, Ba.c.m2* proiciatur *H* in tantumque] statimque *G* que *om.η* perdet *ηH* nec *Nt* non *Ba.c.* 15 sterquilino *Ga.c.* sterquilio *C* sterchilinio *B* sterquilinium *η* stercolinium *Ψ* quidem *om.Gη* solet *G* condire *η* 16 solo *η* pinguiscere *ηH, Pa.c.* 17 fili *om.G* magna coep.—*p. 120, 4* ruinam] adule(*ex* i *m2*)scens, si te xpi seruitio mancipaueris et coeperis alta sequi et excelsa sectari, cogita perfectae (a *del.m2*) quidem aetatis gradum scandere, sed lubricum iter est, per quod ingrederis, nec tantam sequi gloriam post uictoriam, quantam ignominiam post ruinam *Γ* cepisse et *Nt* sectare *η*

* adulescentiae, immo pubertatis, incentiua calcantem perfectae quidem aetatis gradum scandere, sed lubricum iter esse, per quod ingrederis, nec tantam sequi gloriam post uictoriam, quantam ignominiam post ruinam.

2. Non mihi nunc per uirtutum prata ducendus es nec laborandum, ut ostendam tibi uariorum pulchritudinem florum, quid in se lilia habeant puritatis, quid rosarum uerecundia possideat, quid uiolae purpura promittat in regno, quid rutilantium spondeat
2 pictura gemmarum. iam enim propitio domino stiuam tenes, iam in tectum atque solarium cum Petro apostolo conscendisti, qui esuriens in Iudaeis Cornelii saturatur fide et famem incredulitatis eorum gentium conuersione restinguit atque in uase euangeliorum quadrangulo, quod de caelo descendit ad terras, docetur et discit omnes homines posse saluari. rursumque, quod uiderat, in specie candidissimi linteaminis in superna transfertur et credentium turbas de terris in caelum rapit, ut pollicitatio domini conpleatur: b e a t i m u n d o c o r d e , q u o n i a m i p s i d e u m u i d e-
3 b u n t. totum, quod adprehensa manu insinuare tibi cupio, quod quasi doctus nauta post multa naufragia rudem conor instruere uectorem, illud est, ut, in quo litore pudicitiae pirata sit, noueris,

9 cf. Luc. 9, 62 10 cf. Act. 10, 9—11, 18 17 Matth. 5, 8

1 adulisc. ηHP adolesc. $CN\Psi tB$ calcare H 2 scandescere B scanderis Nt ascendere GH est ΓNt 3 tantum $PDC\Psi B$ gloriae ς quantum $DC\Psi B$ ignominiae $\Psi\varsigma$ 5 nunc mihi H,*om.DC* es] est riuulus DCB 6 pulch(c N)rit. uariorum Nt uariarum H pulcr. $HDNB$ pulchritudines P quid—purit. *om.G* 7 rosa $\Psi\varsigma$ uerecundiae(—e)$C\Psi\varsigma$ posside possideat Ψ possideant C 8 uiolarum H rutilantiam Ψ spondeant H 9 d̄o G aestiuam Ψ tenens *GDa.c.* 10 in *om.*ς adque G,Ψ*s.l.* apostulo H,*om.*Ψ 11 corneli GH cornilii η fide saturabatur H saturatus Ψ satur *Ga.c.m2* 12 conuersionem (m *eras.N*)Nt conuersatione G restinguet H 13 quadriangulo H quod *om.H* discendente H ad—discit *om.G* terram ς discet H dicit B docet Ψ 14 rursusque H uiderant H in specie *om.H* 15 lentiaminis η luminis H turbas $G\eta P\Psi$ —bam *cet.* 16 in] ad ς conpleretur B impleatur G 17 mundi G corde *in mg.*η quia DC 18 *pr.* quod *ex* que B quod ut quasi G 19 nautor η cogor B 20 uictorem H uectatorem B,*om.G* ut *om.t* in quo] quo in N quod in t quicumque deo seruire coeperit, omnes insidias diaboli diligenter obseruet et quasi cautus et sollicitus gubernator, in quo Γ littore P,B(*ex* —ē) pyrata $\Gamma\eta Nt$ piratae *Bp.c.* pyratae (—e)DC sint DC,*Bp.c.* nouerit Γ

ubi Charybdis et radix omnium malorum auaritia, ubi Scyllaei obtrectatorum canes, de quibus apostolus loquitur: n e m o r d e n t e s i n u i c e m m u t u o c o n s u m a m i n i, quomodo in media tranquillitate securi Libycis interdum uitiorum Syrtibus obruamur, quid uenenatorum animantium desertum huius saeculi nutriat.

3. Nauigantes Rubrum Mare, in quo optandum nobis est ut uerus Pharao cum suo mergatur exercitu, multis difficultatibus ac periculis ad urbem † Maximam perueniunt. utroque litore gentes uagae, immo beluae habitant ferocissimae. semper solliciti, semper armati totius anni uehunt cibaria. latentibus saxis uadisque durissimis plena sunt omnia, ita ut speculator et ductor in summa mali arbore sedeat et inde regendae et circumflectendae nauis dictata praedicat. felix cursus est, si post sex menses supra dictae urbis 2 portum teneant, a quo se incipit aperire oceanus, per quem uix anno perpetuo ad Indiam peruenitur et ad Gangen fluuium — quem Phison sancta scriptura cognominat —, qui circuit omnem terram Euilat et multa genera pigmentorum de paradisi dicitur fonte

1 cf. I Tim. 6, 10 2 *Gal. 5, 15 7 cf. Ex. 14, 27—28 17 cf. Gen. 2, 11

1 carybdis *Γp.c.m2Gη,Ψa.c.* caribdis *Γa.c.m2DB* charibdis *Nt* karypdis *P* caraptis *H* et *om.Γ* mal. omnium *GHNt* ubi] *add.* ob (*eras.*)*P* scyllei *Gη* scillae(e)i *ΓDB* squillei *H* schillei *Nt* scyllae *Ψ* 2 de quibus —3 consum.] et cogitet *Γ* 3 mutuo] ab inuicem *Ψ* consummamini *ηDB,Ψa.r.* quomodo frequenter *Γ* 4 libycis *NΨt* lybicis *Γp.c.m2GηC* libicis *Γa.c.m2PDB* lybyes *H* interdum] subito *H,om.Γ* sirtibus *ΓηPΨ* syrcibus *B* 5 quidue *t* quod *Ψ* quanta (*add.* que *s.l.m2*) *Γ* uenenata animantia *Γ* uenatorum *H* dese(ę Ψ)rta *ηΨ* 6 nutriant *ηΨ* 7 obtandum *P,Da.c.Ct,B* (*s.l.* nauigandum *eras.*) obtandus *H* 8 farao *GΨt* pharaho *Pa.c.B* demergatur *Γ* 9 maximam *codd., fort. scrib.* Abisamam *coll. Ptolem. geogr. VI 7, 10* Auxumam *Vallarsius* perueniant *Nt* peruenitur *DC* utruque *η*; *add.* in *Cς* 10 belluae *B* habitant *om.H* semper armati *om.G* 11 arma *C* ueheunt *G* ueunt *ΨB* cybaria *η* cibariam *GH* latentibusque *Ψ* latent in *H* latentes in *t* 12 plana *DC* ut *s.l.D* doctor *ηPDCΨB* mali] nauis *P,om.Ψ* 13 arboris *Nt,B* (*ex* arbori *m3*) circumflectente *N* circumplectendae *G* naues *H* dictata *ex* dicta *η* dictat ac *Nt* 14 praedicit *Ψ* praedicet *ς,om.H* menses ad *Nt* orbis *η* 15 teneat *H* incipiat *HDB* quam *C* 16 gangem *DCNB* fluuium *in mg. m2η* 17 physon *GηB* fison *HΨ* script. sancta *H* con(m Ψ)memorat *ηΨ* circumit *Cς* omnem] totam *Cς* 18 euilath *G* euilac *Ψ* paradissi *G* paradysi *HNt* paradiso *Ψ* dicitur *om.Ψ*

3 euehere. ibi nascitur carbunculus et zmaragdus et margarita candentia et uniones, quibus nobilium feminarum ardet ambitio, montesque aurei, quos adire propter dracones et gryphas et inmensorum corporum monstra hominibus inpossibile est, ut ostendatur nobis, quales custodes habeat auaritia.

4. Quorsum ista? perspicuum est. si negotiatores saeculi tanta sustinent, ut ad incertas peruenient perituraque diuitias, et seruant cum animae discrimine, quae multis periculis quaesierunt, quid Christi negotiatori faciendum est, qui uenditis omnibus quaerit pretiosissimum margaritum, qui totis substantiae suae opibus emit agrum, in quo repperiat thesaurum, quem nec fur effodere nec latro possit auferre?

5. Scio me offensurum esse quam plurimos, qui generalem de uitiis disputationem in suam referant contumeliam et, dum mihi irascuntur, suam indicant conscientiam multoque peius de se quam de me iudicant. ego enim neminem nominabo nec ueteris comoediae
2 licentia certas personas eligam atque perstringam. prudentis uiri est ac prudentium feminarum dissimulare, immo emendare, quod in se intellegant, et indignari sibi magis quam mihi nec in monitorem

9 cf. Matth. 19, 21 etc. 11 cf. Matth. 6, 19—20 etc.

1 deuehere *DCB* prouehere *Ψ* uehere *GNt* ueere *Pa.c.* ubi *PDC* zmaragdus *ηD,B* (*ex* zmaragdi *m3*) z(*s.l.* s)amaragdus *G* smaracdus *HΨ* smaragdus *cet.* candente *Ψ* candidius *H* 2 et uniones] umbones *H* ardeat *B* ambitio] *add.* sed *D,add.* ibi sunt et (et *s.l.t*) *Nt* 3 que *om.HDNt* gryph. et drac. *ηC* drachones *G* griphas *P* grifas *HDB* grifes *Nt* grypas *G* gripas *Ψ* 4 corpora *η* corporum uel *H* 5 custod*es *P* custodias *Nt* habet *D,Ba.c.* habent *C* 6 quorsum (quor *eras.*)*N* quursum *η* quorum *H* cur sint *D* ista] *add.* persecutus *s.l.m2G* huius saeculi *Γ* tanta] multa pericula *Γ* 7 sustineant *H* ut et (*exp.*) ad *B* perit. diu. peruen. *Cς* seruent *Γp.c.m2ΨB* 8 cum—peric.] breui tempore, quod cum multis periculis, cum discrimine animae et corporis *Γ* quae] que cum *B* quaesierint *G* quaesiuerant *Nt* 9 negotiatori xpi *Nt* quaesiuit *C* 10 pre(ae)t(c)iosissimam margaritam *ηDCΨB* pretiosum *H* suae *om.B* 11 reperiat *HPC* reperiet *B* repperit *ex* reppetit *Γ* thensarum (*sic*) *G* *pr.* nec *om.D* fures *G* fodere *H,om.Γ* 12 auferri *D* 14 uitiis *GHPΨ* diuitiis *cet.*; *add.* suis *Nt* referunt *ηPDCΨ* mihi] nobis propriae *H* 15 indicent *GDNtB* 16 iudicent *Ba.c.* indicant *H* 17 licentiae *N* praestringuam *B* constringam *ηΨ* 18 prudentiam *η* immo] et *H* in *om.ηNΨt* 19 se] si *Nt* intellegunt *H* indignare *D* magis *om.GΨ* monitore *H*

maledicta congerere, qui, ut isdem teneatur criminibus, certe in eo melior est, quod sua ei mala non placent.

6. Audio religiosam habere te matrem, multorum annorum uiduam, quae aluit, quae erudiuit infantem et post studia Galliarum, quae uel florentissima sunt, misit Romam non parcens sumptibus et absentiam filii spe sustinens futurorum, ut ubertatem Gallici nitoremque sermonis grauitas Romana condiret nec calcaribus in te sed frenis uteretur, quod et in disertissimis uiris Graeciae legimus, qui Asianum tumorem Attico siccabant sale et luxuriantes flagellis uineas falcibus reprimebant, ut eloquentiae torcularia non uerborum pampinis, sed sensuum quasi uuarum expressionibus redundarent. hanc tu suspice ut parentem, ama ut nutricem, uene- 2
rare ut sanctam. nec aliorum imiteris exemplum, qui relinquunt suas et alienas appetunt, quorum dedecus in propatulo est sub nominibus pietatis quaerentium suspecta consortia. noui ego quasdam iam maturioris aetatis et plerasque generis libertini adulescentibus delectari et filios quaerere spiritales paulatimque pudore superato per ficta matrum nomina erumpere in licentiam maritalem. alii sorores uirgines deserunt et extraneis uiduis copulantur. sunt, quae

8 cf. Cicero, de oratore III 36; Quintilianus, inst. or. II 8, 11

1 ut] ut in *DC* ut si *Ψ* etsi *ηB* hisdem *GD* iisdem *C* teneantur *G* 2 est *om.H* eis *G* placeant *NtB* 3 religiosissimam *Nt* te habere *H* te *om.B* matrem *om.t* 4 quae te aluid *B* aliud *D* *alt.* quae] et *ηΨ,Bp.c.m2* enutriuit *η* et] ac *Cς* 5 ueluti *B* 6 fili *GηH* ut ubert. —10 reprim.] studeat eloquens uir, ut ubertatem sermonis eius grauitas condiat *Γ* 7 conderet *H* ne *D* calcibus *H* 8 et *om.HNt* dissertissimis *DΨt,Ba.c.* desertis *H* grecis elegimus *H* 9 quasi anum *Nt* asianos tumores *G* luxoriantes *ηH* 10 ut] et *Γ* 11 expressione *Γ* expressibus *HC,Da.c.m2* expressis *Dp.c.m2* 12 redundaret *GDp.c.,Ψa.c.* redundent *ex* redundit *m2Γ* suspice *GP* suscipe *cet.* 13 reliquerunt *H* 14 quarum *Nt* propatibulo *G* sub nom.—18 marit.] quaedam sub nomine pietatis quaerunt suspecta consortia paulatimque pudore superato (—tę *m2*) perfecta matrum nomina (perfecto matrimonio *m2*) erumpunt in licentiam maritalem *Γ* 15 quaerentes *η* quaerentibus *P* ergo *ηp.c.m2* quosdam *G* 16 maturiores *ηH* aetates *η* et *s.l.B* lib. gen. *Cς* adulisc. *ηHP* adolesc. *CNΨtB* 17 et—spir.] tales *G* spirituales *B* que *in ras.m2B* superatę *Γp.c.m2* 18 per ficta *G,Bp.c.* facta *Ψ* perfecto *Γp.c.m2* perfecta *cet.* matrum nomina] matrimonio *Γp.c.m2* aliae *Ψ* sunt qui *Γ* 19 extraneis *ΓH* exteris *Gp.r.* externis *cet.* sunt qui *HΨ,Na.c.m2* illae quoque *Γ*

oderunt suos et non suorum palpantur affectu, quarum inpatientia, index animi, nullam recipit excusationem et cassa inpudicitiae
3 uelamenta quasi aranearum fila disrumpit. uideas nonnullos accinctis renibus, pulla tunica, barba prolixa a mulieribus non posse discedere, sub eodem conmanere tecto, simul inire conuiuia, an- 5
cillas iuuenes habere in ministerio et praeter uocabulum nuptiarum omnia esse matrimonii. nec culpa est nominis Christiani, si simulator religionis in uitio sit, quin immo confusio gentilium, cum ea uident ecclesiis displicere, quae omnibus bonis non placent.

7. Tu uero, si monachus esse uis, non uideri, habeto curam 10
non rei familiaris, cui renuntiando hoc esse coepisti, sed animae tuae. sordes uestium candidae mentis indicio sint, uilis tunica contemptum saeculi probet ita dumtaxat, ne animus tumeat, ne habitus sermoque dissentiat. balnearum fomenta non quaeras, qui calorem corporis ieiuniorum cupis frigore extinguere. quae et ipsa 15
moderata sint, ne nimia debilitent stomachum et maiorem refectionem poscentia erumpant in cruditatem, quae parens libidinum est. modicus ac temperatus cibus et carni et animae utilis est.
2 matrem ita uide, ne per illam alias uidere cogaris, quarum uultus

1 oderint η et] ut *B* palpant Γ palpentur *B* affectū (a, e *et—m2*) Γ 2 animae η nullius *H* recepit *D* respiciet *ex* recipet *m2*η inpudentiae *G* pudicitiae (—cie *B*) *D*Ψ,*Ba.c.* 3 fila] tela (*non* telam!) *G* disrumpit (s *exp.*) *B* disrumpet *H* disrupit *N*,*tp.r.* nonnullas *PBa.c.* 4 prolixa] promissa $\eta\Psi$ 5 con(m *Nt*)manere *GNt* manere *cet.* 6 ministerium *HNt* et *om.*$\eta\Psi$ uocabula *GD* —lo η 7 omnia] nomina η matrimonia *GD* matroni Ψ nec haec *GDCNB* non ita Γ culpa est haec *t* est culpa Γ culpa esse *DC* xpiani nominis *C* nomini *Nt*,*om.G* si *s.l.B* 8 uitio] certo *H* sit] est *G* gentilium et hereticorum Γ ea] eum Γ uideant *D* 9 qui Γ hominibus *DCB* non placent] displicent (n *del.m2*)Γ 10 tu—uis] quicumque monachus esse uult Γ uis *s.l.*Ψ uis et *Nt* uideris *H*,*t a.r.* uidere η uidentes Γ habeat Γ cura Γ 11 cui—coepisti *om.*Γ cui *om.C* 12 sordidae uestes ς uestes*om.H* indicio *GNt* —cium ΓHP —c(t Ψ)ia *cet.* uilis] inutilis *H* 13 ita—14 diss. *om.*Γ tum. animus η 14 dissentiant *DCB* baln.—15 exting.] qui calorem corporis ieiuniorum frigore cupit extinguere, balnearum fomenta non quaerat Γ quaerat $\Gamma\varsigma$ 15 frigore cupit Γ cupit $\Gamma\varsigma$ rigorē *G* quae—16 sint] ieiunia moderata esse debent Γ qua *H* 16 modorata sunt *H* nimie *Nt* nimia ieiunia *G* debilitant *H* 17 poscent; *G* erumpent *D* cruditate *D* crude(i Γ)litatem (li *eras.*Γ)ΓC libidinis *B* 18 modicus] moderatus *H* *pr.* et *om.*Γ carne η 19 matrem —*p. 125, 1* haereant] religiosus inter mulieres habitare non debet, ne uultus earum cordi eius haereat Γ ita] ibi *H* cog. al. uid. Ψ cuparis *H* coneris *DC*

cordi tuo haereant et tacitum uiuat sub pectore uulnus. ancillulas, quae illi in obsequio sunt, tibi scias esse in insidiis, quia, quantum uilior earum condicio, tanto facilior ruina est. et Iohannes Baptista sanctam matrem habuit pontificisque filius erat et tamen nec matris affectu nec patris opibus uincebatur, ut in domo parentum cum periculo uiueret castitatis. uiuebat in heremo et oculis desiderantibus Christum nihil aliud dignabatur aspicere. uestis aspera, zona pellicia, cibus locustae melque siluestre, omnia uirtuti et continentiae praeparata. filii prophetarum — quos 3 monachos in ueteri legimus testamento — aedificabant sibi casulas propter fluenta Iordanis et turbis urbium derelictis polenta et herbis agrestibus uictitabant. quamdiu in patria tua es, habeto cellulam pro paradiso, uaria scripturarum poma decerpe, his utere deliciis, harum fruere conplexu. si scandalizat te oculus, pes, manus tua, proice ea. nulli parcas, ut soli parcas animae. qui uiderit 4 mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. quis gloriabitur castum se habere cor? astra non sunt munda in conspectu domini: quanto magis homines, quorum uita temptatio est! uae

1 Uergil. Aen. IV 67 4 cf. Luc. c. 1 6 cf. Luc. 1, 80 8 cf. Matth. 3, 4 etc. 9 cf. IV Reg. 6, 1—4 14 cf. Matth. 5, 29—30 etc. 15 Matth. 5, 28 17 *Prou. 20, 9 18 cf. Hiob 25, 5—6

1 cordi tuo *om.H* corde η hae(e *H*)reat ΓH habeant Ψ tacitus *H* 2 ancillas ηH illae η *alt. in s.l.G* 3 quia *om.GHDNt* quanto *DCNtB* tantum *H* est ruina $C\varsigma$ 4 iohannis *H* 5 patris *om.G* 6 ut] ne *DC* domu η periculum η 7 eremo *DC* oculi *G* desiderantium *G* lacrimantibus Ψ Christum *om.*Ψ dignabantur *G* 8 pellitia *B* lucustae *G* locusta *Nt* melque] que *H* 9 et *om.*η praeparat *DC* 10 uetere η testamento(—tum *C*) legimus $C\varsigma$ cassulas *H* prope *DCB* 11 iordannis *G* et turbis et *D* urbium] urbibus *HD* urbis *C* pulenta *H* 12 patriam tuam η tua *om.C* habeto—14 conplexu] monachus, qui x$\bar{p}$m desiderat, nihil aliud dignatur aspicere, sed est ei cellula pro paradiso, uaria scripturarum poma decerpit. his utitur deliciis, harum fruitur amplexu Γ 13 paradisso *G* —dyso ηPNt suauia (suabia *G*)*GNt* pona *H*,*om.t* 14 conplexus *D* amplexu $\Gamma\Psi$ corpus *H* quod si *H* sandalizauerit (*sic*) *H* tua *om.*$\eta C\Psi$ 15 eā *B* eam *Nt* et η a te *GH* nullis *H* solae η animae] *add.* tuae *GHDCB* uiderit] *add.* inquit(d) dominus $\eta P\Psi$ 16 eam *om.*η moech. ηHDC mec. *B* mech. *cet.* 17 eam *om.*$P\Psi B$ 18 si astra Γ 19 domini] eius *D* homine *H* est super terrā Γ

nobis, qui, quotiens concupiscimus, totiens fornicamur. inebriatus est, inquit, gladius meus in caelo: multo amplius in terra, quae spinas et tribulos generat. uas electionis, in cuius Christus ore sonabat, macerat corpus suum et subicit seruituti et tamen cernit naturalem carnis ardorem suae repugnare sententiae, ut, quod non uult, hoc agere conpellatur, et quasi uim patiens uociferatur et dicit: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? et tu te arbitraris absque lapsu et uulnere posse transire, nisi omni custodia seruaueris cor tuum et cum saluatore dixeris: mater mea et fratres mei hi sunt, qui faciunt uoluntatem patris mei? crudelitas ista pietas est; immo quid tam pium, quam sanctae matri sanctum filium custodire? optat et illa te uiuere, non uidere ad tempus, ut semper cum Christo uideat. Anna Samuhelem non sibi, sed tabernaculo genuit. filii Ionadab, qui uinum et siceram non bibebant, qui habitabant in tentoriis et, quas nox conpulerat, sedes habebant, scribuntur in psalmo, quod primi captiuitatem sustinuerint, quia exercitu Chaldaeorum uastante Iudaeam urbes introire conpulsi sunt.

8. Uiderint, quid alii sentiant — unusquisque enim suo sensu

1 *Esai. 34, 5 3 cf. Gen. 3, 18 cf. Act. 9, 15 4 cf. I Cor. 9, 27 5 cf. Rom. 7, 14—23 7 Rom. 7, 24 9 cf. Prou. 4, 23 10 Luc. 8, 21 et *Matth. 12, 50 etc. 14 cf. I Reg. c. 1 15 cf. Hier. c. 35 17 cf. Ps. 70, 1 18 cf. Hier. 35, 11

1 nobis miseris *B* qui *s.l.m2Γ,om.G* quia *B* 2 est *om.ηB* 4 $\overline{\text{xps}}$ ore *GN* $\overline{\text{xps}}$ pectore *ηPΨ* ore $\overline{\text{xps}}$ *HDCtB* sonabat *Gη* sonauit *H* resonabat *PNΨt* resonat *DCB* et subiecit *η* subicitque *Ψ* seruitute *η*; *add.* ne aliis praedicans ipse reprobus inueniatur *P* 5 et *om.H* 6 hoc *om.GH* 7 uociferat *ηa.c.* ergo *H* liberauit *GHNt,ηΨa.c.m2* 8 te *om.H* 9 et *om.H* omnia *H* tuum cor *H* 10 dixerit *G* 11 hii *ηHD* 12 mei] *add.* qui in cae(e *B*)lis est *PDC,B(del.)* crudelis *H* quam sanctae matris *GB* sanctae matri(—e *η*) quam *ηPΨ* 13 optat—uiuere *om.G* et *om.H* illi te *Ψ* te illa *H* uiuere] uidere *HP*; *add.* et *ηPCΨ* 14 uideris *H* ut] sed ut *DC* et *H* cum $\overline{\text{xpo}}$ te uideat *η* te uideat permanere cum $\overline{\text{xpo}}$ *H* samuelem *GHCB* 15 sichera *G* cicerā *B* 16 qui—17 habebant *om.G* quas] quos *t* qua *DC* quo *H* que* (*s.l.add.* eis *m2*) *N* concluserat *H* 17 scribantur *H* scribitur *η* 18 quia] qui *Ψ* qui ab *GPDC* exercitus *H* cald. *HDB* iudaea *H* 19 urbem *tB* inire *H* conp. sunt *om.H* 20 alii quid *C,B in ras.m2* quod *D,Na.r.* senserint *H*

ducitur —, mihi oppidum carcer est et solitudo paradisus. quid desideramus urbium frequentiam, qui de singularitate censemur? Moyses, ut praeesset populo Iudaeorum, quadraginta annis eruditur in heremo, pastor ouium hominum factus est pastor; apostoli de piscatione lacus Genesar ad piscationem hominum transierunt. tunc habebant patrem, rete, nauiculam: secuti dominum protinus omnia reliquerunt portantes cotidie crucem suam et ne uirgam quidem in manu habentes. hoc dico, ut, etiam si clericatus te titillat desiderium, discas, quod possis docere, et rationabilem hostiam offeras Christo, ne miles ante quam tiro, ne prius magister sis quam discipulus. non est humilitatis meae neque mensurae iudicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. habeant illi ordinem et gradum suum, quem si tenueris, quomodo tibi in eo uiuendum sit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. nunc monachi incunabula moresque discutimus et eius monachi, qui liberalibus studiis eruditus in adulescentia iugum Christi collo suo inposuit.

9. Primumque tractandum est, utrum solus an cum aliis in monasterio uiuere debeas. mihi placet, ut habeas sanctorum contuber-

2 cf. Num. 14, 33—34 etc. 3 cf. Ex. 3, 1 4 cf. Matth. 4, 18—20 etc. 7 cf. Luc. 9, 23 cf. Matth. 10, 10 9 cf. Rom. 12, 1 14 cf. epist. LII

1 dicitur *Γa.c.m2HD*; *add.* at *s.l.m2N* est et sol. paradisus *Γ* est et sol. paradysus est *η* et sol. paradisus (—dissus *G* —dysus *HPNt*) est *cet.* quid desid.] monachus non desiderit (—ret *m2*) *Γ* 2 frequentium *C* presentium *H* singo(u *m2*)laritate ci(e *m2*)nsetur *Γ* 3 moses *G* 5 gennesar *D* genessar *G* gennesareth *η* genezareth *CΨ* generareth *P* 6 habentes *ηPΨ* retem *G* rete et *H* et rete in *η* et e *D* secuti sunt *P* protinus *om.H* 7 relinquae(e *H*)runt *GH* cottidie (—ae *H*) *GH* cotidiae (a *exp.*)*P* quotidie *CB* ne] nec *GNt* 8 in manu *om.P* manu *Nt* in manibus *G* haec *P* clericatur *H,om.C* titillat te *D* te *om.GΨ* 9 titillāt *Ψ* telleat *H* tillat *η* dicas *C* dicere *C* rationabilem (—les *Np.c.*) hostias (*sic*)*HNt* rationalem *GD,Ba.c.m2* 10 $\overline{\text{xpo}}$ offeras *B* ne miles—11 disc.] caue, ne ante magister quam discipulus, ante miles uelis esse quam tyro *Γ* tyro *codd.praeter CB* prior *D,om.H* 11 quam] antequam *HDB* non est enim *H* 12 ceteris] clericis *ς* sinistro *η* aliquid *P* 13 habent *D* illi ordinem] et illi omnia *H* suum et gradum *P* 14 in eo tibi *HP* 15 potest *D* 16 adulesc. *GD* adulisc. *ηHP* adolesc. *cet.* 17 colla sua *H* 18 monasteriis *Nt* 19 mihi—*p. 128, 1* doceas *om.G* mihi—habeas *om.H* mihi quidem *ς* habeat *C* sanctorum] sacrum *η*; *seq. littera* g *non deleta H*

* nium nec ipse te doceas et absque doctore ingrediaris uiam, quam
numquam ingressus es, statimque in partem tibi alteram declinandum
sit et errori pateas plusque aut minus ambules, quam necesse est,
2 ut currens lasseris, moram faciens obdormias. in solitudine cito sub-
repit superbia et, si parumper ieiunauerit hominemque non uiderit,
putat se alicuius esse momenti oblitusque sui, unde quo uenerit,
intus corpore lingua foris uagatur. iudicat contra apostoli uolun-
tatem alienos seruos; quod gula poposcerit, porrigit manus; dormit,
quantum uoluerit, facit, quod uoluerit; nullum ueretur, omnes se
inferiores putat crebriusque in urbibus quam in cellula est et inter
3 fratres simulat uerecundiam, qui platearum turbis conliditur. quid
igitur? solitariam uitam reprehendimus? minime, quippe quam
saepe laudauimus. sed de ludo monasteriorum huiusce modi uolu-
mus egredi milites, quos rudimenta non terreant, qui specimen con-
uersationis suae multo tempore dederint, qui omnium fuerunt mi-
nimi, ut primi omnium fierent, quos nec esuries nec saturitas ali-
quando superauit, qui paupertate laetantur, quorum habitus, sermo,
uultus, incessus doctrina uirtutum est, qui nesciunt secundum

7 cf. Rom. 14, 4 15 cf. Matth. 19, 30 etc.

1 doceat *C* et] ut *B* absque] caue ne sine *Γ* ductore *CB* ductorem *G* 2 numquam — statimque] et *Γ* in part. tibi alt. *GDB* tibi in alt. part. *η* in part. alt. *ΓP* tibi in part. alt. *cet.* alteram (m *exp.*) *D* decl.—pateas] declinans errorem patiaris *Γ* 3 errore *Hη* plusquae *Γa.c.m2H* plus *P* non plus *DC* ne plus *B* ambulans *ηΨ* est *om.H* 4 ut *GH* et *ΓB* aut *Nt* ne *DC*, *om.ηPΨ* ne aut *ς* moramque *ηPDCB* aut moram *Γς* faciendo *η* dormias *G* subripit *H*,*Pp.c.Ba.c.* 5 ieiunaueris *H* que om.*H* 6 alic. esse mom. se putat *Nt* unde et quo *Cς* 7 corpore] corde *DC* (*post* corpore *suppl.* manens) foris lingua *DB* lingua] mente *H* foras *Ψ* uoluntatem (*add.s.l.* apostoli) *G* 8 quod] si ad quod *C* quo *ς* poposcit *η* uoluerit *ς* porriget *ηH* porrigat *C*,*Ba.c.* manu si *Ga.c.* manum *Gp.c.ηCΨB* 9 null. uer., facit quod uol. *ς* faciunt quod uoluerint *ηa.c. in mg. inf.*, *om.GHP* inferiores se *ς* se *om.H* 10 orbibus *η* cellulam *H* cellulis *Ψ* cella *DCB* est] demoratur *H* et *om.HP* 11 uerecundia *Gt* turbis] turpi circuitu *G* colluditur *C* circumluditur *G* 12 quippe *post* laud. *ponit Ba.c.*,*om.P* 13 laudabimus *DB* laudamus *ηNΨt*,*Pa.c.* 13 huiusmodi *H* 14 rudimenta] h(*om.C*)eremi dura rudimenta *DCB* qui] illi aliorum debent esse doctores, qui *Γ* spec(t *C*)iem *ΓDC* 15 tempore] *desinit P* dederint] de(di *m2*)dicerent *Γ* dedicerent *η* dederit *t* qui] et *H* min. fuerint *Ψ* fuerint *DCΨt* 16 fierint *Γa.c.m2HD* aliq. nec sat. *ηCΨ* 17 superauerit *Nt* superant *C* qui in *G* quia *B* laetatur *NΨa.c.* 18 uirtutis *ex* uirtus *m2Γ* non sciunt *H*

quosdam ineptos homines daemonum obpugnantium contra se portenta confingere, ut apud inperitos et uulgi homines miraculum sui faciant et exinde sectentur lucra.

10. Uidimus nuper et planximus Croesi opes unius morte deprehensas urbisque stipes quasi in usus pauperum congregatas stirpi et posteris derelictas. tunc ferrum, quod latebat in profundo, supernatauit aquae et inter palmarum arbores Merrae amaritudo monstrata est. nec mirum: talem et socium habuit et magistrum, qui 2 egentium famem suas fecit esse diuitias et miseris derelicta in suam miseriam tenuit. quorum clamor tandem peruenit ad caelum et patientissimas dei uicit aures, ut missus angelus pessimo Nabal Carmelio diceret: stulte, hac nocte auferent animam tuam a te; quae autem praeparasti, cuius erunt?

11. Uolo ergo te et propter causas, quas supra exposui, non habitare cum matre et praecipue, ne aut offerentem delicatos cibos rennuendo contristes aut, si acceperis, oleum igni adicias et inter frequentiam puellarum per diem uideas, quod noctibus cogites. numquam de manu et oculis tuis recedat liber, psalterium discatur ad

6 cf. IV Reg. 6, 5—7 7 cf. Ex. 15, 23. 27 11 cf. I Reg. c. 25 12 *Luc. 12,20

1 quasdam η,*om.HNt* ob(p *B*)pugnantium $\eta\Psi B$ expurgationum *G* pugnantium *cet.* 2 confligere *G* ut] nec η et *eras.B* uulgi] uiles $\eta\Psi$ faciant sui *Nt* 3 faciunt *H,Da.c.* et] ut *DCB* lucra sect. $\eta\Psi$ 4 chroesi *Nt* crisi η *a.c.m2* crisy Ψ crisici *H* opus *H* unus *C* 5 orbisque *NtB* quas ηH, *om.G* usum $\eta\Psi$ styrpi *H* 6 iacebat η profundum $H\Psi$ fundo *G* 7 aqua η inter palmarum] ex myrrarum aquas *H* arboris *H* merrae *G* mirrae Ψ, *B* (*ex* mirae) murrae η myrrae(—e) *cet.* 8 nec mirum] nimirum η *pr.* et *s.l.N,om.H* et mag. habuit *C* qui *in ras. m2 B* atque *DC* 9 fames *D*, Ψ (*ex* fame *m2*) facit *H* et diuitias Ψ miseris] que miseris essent *B* del(l *eras.*)relictas *H* sua *t* 10 ten. mis. *C* reseruauit mis. ς uenit *Nt* 11 pessimo (*cf. I Reg. 25, 3*) $\eta p.c.m2HNt$ pessimus *cet.* 12 carmelo *G* carmelis (s *eras.*)*B* cornelo *C* auferetur a te anima tua *G* animam tuam auferant a te *H* 13 praeparastis *C* parasti *GNt* 15 uolo—18 cogites] religiosus inter mulieres habitare non debet, ne die uideat, quod nocte cogitet *I'* uolo] ut *H* exposuimus *DB* 16 et] aut *H* aut ne *C* ne *G,om.H* offerente *DCNt* rennuente *t* renuntiando η rennuendo ς 17 accipias *H* oleum *om.t* adicias] accipias *H* frequentia *Ht* 18 die *G* nocte η in nocte *Nt* 19 manu tua η tuis *om.*η recedat—*p. 130, 1* uerbum] discedat liber psalterii ad uerbum *C* liber psalterii discedat ad uerbum *D* recedat liber psalterium ad uerbum discatur ad uerbum *H* disc. psalt. ς psalterium *ex* psalmorum η

uerbum, oratio sine intermissione, uigil sensus nec uanis cogitationi-
2 bus patens. corpus pariter animusque tendatur ad dominum.
iram uince patientia; ama scientiam scripturarum et carnis uitia
non amabis. nec uacet mens tua uariis perturbationibus, quae, si
pectori insederint, dominabuntur tui et te deducent ad delictum ma- 5
ximum. fac et aliquid operis, ut semper te diabolus inueniat occu-
patum. si apostoli habentes potestatem de euangelio uiuere labora-
bant manibus suis, ne quem grauarent, et aliis tribuebant refrigeria,
quorum pro spiritalibus debebant metere carnalia, cur tu in usus
3 tuos cessura non praepares? uel fiscellam texe iunco uel canistrum 10
lentis plecte uiminibus, sariatur humus, areolae aequo limite diui-
dantur; in quibus cum holerum iacta fuerint semina uel plantae per
ordinem positae, aquae ducantur inriguae, ut pulcherrimorum uer-
suum spectator adsistas:

ecce supercilio cliuosi tramitis undam 15
elicit, illa cadens raucum per leuia murmur
saxa ciet scatebrisque arentia temperat arua.

4 inserantur infructuosae arbores uel gemmis uel surculis, ut paruo
post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. apum fabricare al-
uearia, ad quas te mittunt Prouerbia, et monasteriorum ordinem 20

5 cf. Ps. 18, 14 7 cf. I Thess. 2, 9; II Thess. 3, 8—9 9 cf. I Cor. 9, 11
15 Uergil. Georg. I 108—110 20 cf. *Prou. 6, 8

1 uigil] monachi sit uigel (—il *m2*) *Γ* uigel sit *η* uigilet *GNt* uagis *DC*
2 pateat *Γ* ___ corpus—3 pat. *om.Γ* pariter] tamen *η,om.B* et animus *η*
tendat *H* dm *G,ηa.c.m2* 3 patientiam *Gt,Na.r.* patientiam sectare *Ψ* amet *Γ*
scientia *C* 4 amabit *Γ* conturbationibus *G* quae] quia *G* 5 pectori tuo *H*
insiderint *ηHD* deducent te *H* te *om.Nt,Ψa.c.* 6 facito et *H* facito *ΨB*
boni operis *Ψ* te semper *C* occ. inu. *Nt* 8 alii *Ψ* tribuerent *Nt*
9 spiritualibus *B* usum tuum *H* 10 cessura (censura *p.c.m2*) *η* caessura *Ψ*
cessari (necessaria *p.c.*) *G* cybos *H* successura *cet.* phiscellas *G* fiscilla *η*
texere *HC* texero *D* canistrom *Gp.c.m2* 11 plecte *DC,Ba.c.* flecte *GηNΨt*
flecti *H* sarriatur *C* sereatur *H* seratur *GNt* ariolae *Gη* dirigantur *G*
12 in quibus *s.l.m2N* hol. *Gp.c.ηNt* ol. *cet.* iactata *HB* fuerint (i *in ras.*)*N*
13 ut] et *η* pulcerrimorum *GNt* pulcherimus *H* 14 expectator *GηH*
15 ecce *om.η* unda *GtB* 16 elicit illa *om.H* currens *H* raucum (a *eras.*)*H*
a(*eras.*)leuia *H* murmur (*alt.* mur *eras.*) *D* 17 scatebris *DCΨ,Ba.c.m2* stre-
pituque *H* ardentia *H* temperet *t* 18 infr.] ergo fructuosae *η* et fructuo-
sae *H* fructuosae *G* 19 apium *ηp.c.* aluearica *H* 20 salomonis prou. *DC*
prou. sa(*ex* so *B*)lomonis *HB* et *om.H* ordine *t*

ac regiam disciplinam in paruis disce corporibus. texantur et lina capiendis piscibus, scribantur libri, ut et manus operetur cibos et anima lectione saturetur. in desideriis est omnis otiosus. Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque opere ac labore suscipiant, non tam propter uictus necessaria quam propter animae salutem, ne uagetur perniciosis cogitationibus et instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricet pedes suos.

12. Dum essem iuuenis et solitudinis me deserta uallarent, incentiua uitiorum ardoremque naturae ferre non poteram; quae cum crebris ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationibus aestuabat. ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebraeis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina Ciceronisque fluuios grauitatemque Frontonis et lenitatem Plinii alphabetum discerem, stridentia anhelantiaque uerba meditarer. quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quotiens desperauerim quotiensque cessauerim et contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia tam mea, qui passus sum, quam eorum, qui mecum duxere uitam. et gratias ago domino, quod de amaro semine litterarum dulces fructus capio.

3 *Prou. 13, 4 7 cf. Ezech. 16, 25 19 cf. Otto, Sprichwoerter p. 195

1 ac regiam] e(ae *C*)gregiam *DC* ac(*super ras.*, *fuisse uidetur* et) egregiam *B* et *om.G* 2 piscibus ut (ut *eras.*)*N* et libri *HDB* operentur *Gη* ci(y)*Ψ*-bum *ηΨ* 3 animus *ηΨ* satietur *N*; *add.* quia *Nt* omnis anima otiosi *Nt* 4 aegipt. *Ψ* egypt. *H* egipt. *B* hanc *η* morem] modum *Ψ* 5 opere ac] operis *ς*; *add.* cibo *C* cibū (*s.l.m2*)*N* necessariam *Ψ* necessitatem *ς* 6 anime (e *in ras. m2*)*B* animae suae *H* uag(*ex* c *B*)entur (n *exp.B*) *DCB* quis *H* cogit. mens *ς* 7 et in instar *G* fornicariae *H* diu. omni tr. *Nt* 9 Dum ess. iuu.] cumque essem in heremo *G* 10 ferre] refrenare *B* quem *ηC* 11 frang.] fatigarer *H* cogit. *s.l.N* his cogit. *DC* 12 ad] ob *H* domandam *H* ebreis t *B* 13 in disc. dedi] tradidi disciplinae *H* in *s.l.B* quintilliani *HNΨB* cacumina *Ψ* flumina *η* cyceronisque *DC* ciceronis *GNt* fluuiū *H* 14 et *om.H* leuitatem *ηB* plini *G* pleni *H* plenii *D* polemii *B* alph. *ηCB* alf. (alfauetum *G* alfabetumque *H*) *cet.* 15 et stridentia *C* anel. *NtB* hanel. *C* hanil. *H* que *s.l.m2Ψ* meditarer] resonarem *Nt* insumserim *G* sumpserim *t* insumitur *H* 16 dispensauerim *D* quot. cess. *om.Ht* 17 que *om.η* et]ex *G* contentionem *ηNt* intentione *H* rursum *ηNt* inciperim *ηHC* inciperem *DNtB* incipere *G* 18 tam *om.Nt* 19 duxerunt *ηCΨ* et gratias—20 capio] qui assidue insistit (*ex* adsistit *m2*) lectioni, in praesenti quidem laborat, sed postea gratulatur, cum ceperit de amaris seminibus litterarum dulces capere *Γ* do *H* amoro *H* amore et *Ψ* amarissimo *DNt* 20 fructos capio *η* capio fructos *H* carpo *ς*

13. Dicam et aliud, quid in Aegypto uiderim. Graecus adulescens erat in coenobio, qui nulla continentiae, nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere. hunc periclitantem pater monasterii hac arte seruauit. imperat cuidam uiro graui, ut iurgiis atque conuiciis insectaretur hominem et post inrogatam iniuriam primus ueniret ad querimonias. uocati testes pro eo loquebantur, qui contumeliam fecerat. flere ille contra mendacium; nullus alius credere ueritati, solus pater defensionem suam callide opponere, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. quid multa? ita annus ductus est, quo expleto interrogatus adulescens super cogitationibus pristinis, an adhuc molestiae aliquid sustineret: 'papae', inquit, 'uiuere mihi non licet, et fornicari libet?' hic si solus fuisset, quo adiutore superasset?

14. Philosophi saeculi solent amorem ueterem amore nouo quasi clauum clauo expellere. quod et Asuero septem principes fecere Persarum, ut Uasti reginae desiderium aliarum puellarum amore conpescerent. illi uitium uitio peccatumque peccato remediantur, nos amore uirtutum uitia superemus. d e c l i n a, ait, a m a l o e t f a c b o n u m; q u a e r e p a c e m e t p e r s e q u e r e e a m. nisi oderimus malum, bonum amare non possumus.

9 cf. II Cor. 2, 7 14 cf. Cicero, Tusc. disp. IV 75 15 cf. Esth. 2, 1—4 18 *Ps. 33, 15; cf. Ps. 36, 27

1 illud *B* quod *ΨB* egypto *t* egipto *HB* prouiderim *Ψ* Graecus *om.H* adulesc. *GD* adulisc. *ηH* adolisc. *C* adolesc. *cet.* 2 caenob(*ex* u)io *N* cenob(*ex* u *t*)io *GDtB* cenubio *H* continentia *N* (a *in ras. m2*),*B* (*ex* —ta) abstinentia *DC* 4 seruabit *GDt* superabat *H* imperauit *C* indicat *H* 5 insectaret *D* inlatam *H* 6 at *t* querimoniam *H* 7 faceret *Ψ* mendatium *ηB*; *add.* cepit *D*, quod *ς* 8 alius *om.Ψ* crederet *HΨ* ueritatem *η* calide *H*,*Ba.c.* obp. *ηΨ*; *add.* studuit *DC*,*Bs.l.m2* 9 abundantiore *Ga.c.Nt* habundantiori *D* habundanti *η*,*H* (*ex* —tis) obsorb. *B* 10 ita *om.Nt* deductus *G* quod (d *eras.*)*G* interrogatur *Gη* adulesc. *G* adulisc. *ηH* adolesc. *cet.* 11 aliquid *om.Nt* 12 papae *HC* pape *NtB* papa *Gη*Ψ pene *ex* pane *m2D* mihi] me *η* libeat *ς* licet *H* hoc *ηHNt* o *DC* 13 quo *ex* qui *B* quod *D* 14 phylosofi *Γ* phylosopi *C* philosophy *G* saeculi *om.ΓG* 15 quod—17 conp. *om.Γ* et *om.ηH* Asuero—princ.] ad septem reges *H* asuero *η in mg.ΨtB* assero *G* (*del.m2*) assuero *DCN*; *add.* regi *Ψ* sēptē *N* 16 uasthi *Ga.c.m2C* uastin *Gp.c.m2* uastis *ηΨ* uastes *H* 17 illi—remed.] et uitium uitio curare *Γ* uitio uitium *η* que *om.DB* qui *H* medicantur *ς* 18 nos uero *Γ* superamus *NΨt* ait *s.l.B*,*om.H* 19 inquere *H* inquire *DC* consequere *G* sequere *Np.r.B* 20 odiremus *H*

quin potius faciendum est bonum, ut declinemus a malo; pax 2
quaerenda, ut bella fugiamus. nec sufficit eam quaerere, nisi inuentam fugientemque omni studio persequamur, q u a e e x s u p e r a t o m n e m s e n s u m, in qua habitatio dei est dicente propheta: e t f a c t u s e s t i n p a c e l o c u s e i u s. pulchreque persecutio pacis dicitur iuxta illud apostoli: h o s p i t a l i t a t e m p e r s e q u e n t e s, ut non leui citatoque sermone et — ut ita loquar — summis labiis hospites inuitemus, sed toto mentis ardore teneamus quasi auferentes secum de lucro nostro atque conpendio.

15. Nulla ars absque magistro discitur. etiam muta animalia et ferarum greges ductores sequuntur suos. in apibus principes sunt; grues unam sequuntur ordine litterato. imperator unus, iudex unus prouinciae. Roma, ut condita est, duos fratres simul habere reges non potuit et parricidio dedicatur. in Rebeccae utero Esau et Iacob bella gesserunt. singuli ecclesiarum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi et omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur. in naui unus gubernator, in domo unus dominus; in quamuis grandi exercitu unius signum expectatur. et ne plura 2
replicando fastidium legenti faciam, per haec omnia ad illud tendit oratio, ut doceam te non tuo arbitrio dimittendum, sed uiuere debere in monasterio sub unius disciplina patris consortioque multorum, ut

3 Phil. 4, 7 5 Ps. 75, 3 6 *Rom. 12, 13 14 cf. Gen. 25, 22

1 ut declinamus *D* et declinandum *Γ* 2 quae(e *H*)renda est *GH* ut] et *Nt* sufficiat (a *exp.*)*Ψ* suffecit *η* querere eam *Ψ* eam] illam *DB* 3 studio omni *B* 4 omne sensu *t* quo *D* habitaculum *H* dei *s.l.DN* 5 pulcreque *DN,Ψa.c.* 6 pac. pers. *DCB* pacis] legis *Ψ* 7 sequentes *Np.r.* sectantes *H* leuius *GNt* scitatoque *B* uisitatoqui (*sic*)*H* usitatoque *GDC* ut ita] ut it *C* uita *Ψ* ita *η* 8 ten. ard. *B* 9 afferentes *B* 10 maiesterio *H* etiam — 13 prouinciae] si enim animalia et ferae, aues et apes duces habent et principes suos secuntur, quanto magis homines sine rectore et doctore esse non possunt *Γ* etiam in *ηC* et *om.Ψ* 11 greges] reges et *Ψ* suos duct. seq. *η* secuntur *ΓGHCNt* in *om.H* 12 secuntur *HΨB* ordine litterato (to *in ras.m2*) *B* ordinem litterarum *C,om.H* unus iudex *G* 13 conderetur *H* habere reges *GηΨ* reges habere *cet.* 14 par(ri *s.l.m2*)cidium *H* rebeche *B* isau *H* 15 gerunt *Nt* sing. archipr. *om.G* 16 arcidiaconi *G* diaconi *B* 17 utitur *D* naue *η* *pr.* unus] *add.* est *GNt* in domo] domi *H* in naui *Ψ* *alt.* unus] *add.* est *Nt* 18 quemuis *G* quouis *DB,Np.r.* uis *C* grande *ηD* spectatur *NtB* 19 illum *η* tenditur *η* tendat *H* 20 uiuere deuere (deberi *η*) in mon. *Gη* uiuere in mon. *D,Ba.c.m2* monachus uiuat in mon. *Γ*

ab alio discas humilitatem, ab alio patientiam, hic te silentium, ille doceat mansuetudinem, non facias, quod uis, comedas, quod iuberis, habeas, quantum acceperis, uestiaris, quod acceperis, operis tui pensa persoluas, subiciaris, cui non uis, lassus ad stratum uenias ambulansque dormites, necdum expleto somno surgere conpellaris, dicas psalmum in ordine tuo — in quo non dulcedo uocis sed mentis affectus quaeritur scribente apostolo: psallam spiritu, psallam et mente et: cantantes in cordibus uestris; legerat enim esse praeceptum: psallite sapienter —, seruias fratribus, hospitum laues pedes, passus iniuriam taceas, praepositum monasterii timeas ut dominum, diligas ut parentem, credas tibi salutare, quidquid ille praeceperit, nec de maioris sententia iudices, cuius officii est oboedire et inplere, quae iussa sunt, dicente Moyse: audi, Israhel, et tace. tantis negotiis occupatus nullis uacabis cogitationibus et, dum ab alio transis ad aliud opusque succedit operi, illud solum mente retinebis, quod agere conpelleris.

16. Uidi ego quosdam, qui, postquam renuntiauere saeculo — uestimentis dumtaxat et uocis professione, non rebus — nihil de

7 I Cor. 14, 15 8 Eph. 5, 19 et Col. 3, 16 9 Ps. 46, 8 14 *Deut. 27, 9

1 discat Γ hic te] hic G unus eum Γ ille] alter Γ; *add.* te *s.l.m2* B 2 faciat Γ uult Γ comedat Γ iuberis (*add. in mg. m2* habeas quod acceperis quantū acceperis) B iuueris G,*Dta.c.* iobetur Γ habueris H 3 habeat quantum acceperit Γ habeas quod acceperis quantum acceperis DC,B *post* 2 iuberis *in mg. m2* (*cf. supra*) uest. quod acc. *om.* $\Gamma\Psi$ quod acc. uest. B uestiare ς quod] quo D *alt.* acceperis *exp.* (*in mg.* datum) η datum fuerit H operis] sed (t N) et operis Nt tui] suis Γ pensam $\Gamma\eta$ pensum C 4 persoluat Γ subiciatur Γ uult Γ laxus D ueniat Γ 5 dormitet Γ; *add.* et ηC 6 dicas —10 pedes *om.* Γ psalmum *om.* H 7 queratur (a *in ras. m2*) B dicente $C\Psi$ spiritui G 8 mentem η canentes $N\Psi t$ 9 uestris ηHB nostris *cet.*; *add.* domino ς esse] *add.* in H praec.] scribtum G 10 seruies H pedes laues D taceat Γ 11 timeat Γ $\overline{\text{dm}}$ $\Gamma G\eta$ diligat Γ 12 credat sibi Γ sal. esse H hoc esse sal. Γ maiorum H 13 iudicit Γ cui $\eta a.c.m2C$ officium H obaudire Ψ oboedire maioribus H 14 moyses *Da.c.* mose *Gp.r.* osee Ψ occ. neg. $\eta\Psi$ 15 nullus C et] sed B 16 non succędit Ψ suscedit H tenebis H (retenebis *m2*) ς 17 conpellaris G 18 uidi—saec.] quidam profitentur se renuntiare saeculū Γ ego *s.l.*η,*om.* H ergo C qui *om.* η (*non etiam* ΨB, *cf. ad p. 135, 1*) posteaquam H renuntiau(b G)erunt GH seculo mutatos (*sic*) uestimentis H 19 dum solummodo taxat (solummodo *del.m2*) B uoces professionis Γ non rebus *om.* G (*sed exstant haec uerba etiam in* Γ) qui nihil Γ

pristina conuersatione mutarunt. res familiaris magis aucta quam inminuta est; eadem ministeria seruulorum, idem apparatus conuiuii; in uitro et patella fictili aurum comeditur et inter turbas et examina ministrorum nomen sibi uindicant solitarii. qui uero 2
pauperes sunt et tenui substantiola uidenturque sibi scioli, pomparum ferculis similes procedunt ad publicum, ut caninam exerceant facundiam. alii sublatis in altum humeris et intra se nescio quid cornicantes stupentibus in terram oculis tumentia uerba * trutinantur, ut, si praeconem addideris, putes incedere praefecturam. sunt, qui humore cellularum inmoderatisque ieiuniis, taedio 3 solitudinis ac nimia lectione, dum diebus ac noctibus auribus suis personant, uertuntur in *μελαγχολίαν* et Hippocratis magis fomentis quam nostris monitis indigent. plerique artibus et negotiationibus pristinis carere non possunt mutatisque nominibus institorum eadem exercent conmercia non uictum et uestitum, quod apostolus praecipit, sed maiora quam saeculi homines emolumenta sectantes. et prius quidem ab aedilibus, quos *ἀγορανόμους* Graeci appellant, 4

5 cf. Cicero, de off. I 131 6 cf. Sallust. Hist. II 37 D. Quintil. i. o. XII 9, 9. Lactant. Diuin. Inst. VI 18, 26 7 cf. Persius V 12 8 cf. Persius III 80 et 82 15 cf. *I Tim. 6, 8

1 conuersione *G* sanitate (*uoluit* uanitate) *Ψ* mutasse *ηΨB* mutantis *Γ* familiares *η* (*non etiam B*) magis *om.H* auctas (s *in ras.η,s.l.B*) *ηB* augmentata *H* augent *Γ* 2 inminuta est *H* inminutast (in *et pr.* t *s.l.,alt.* t *eras.*) *η* imminuta et *GNt* imminutas (s *s.l.*) *B* im(n *D*)minuta *DCΨ* minuant *Γ* 3 in uitro—comed. *om.Γ* uitreo *G* aurum—9 trut. *om.H* auro (o *in ras.*) *B* commeditur *CB* turba *Γ* 4 et] atque *η* nomina *Γ* sibi *ex* si *N* uendicant *NB* 6 similes] milites *B* ad] in *C* 7 fecundiam *Da.c.* aliis *GB* in altum sublatis *G* sublatum *t* umeris *GN* 8 conicientes *DC* stupentibusque *ηDCΨ,Bp.c.* terra *D* n̄rā *Na.c.m2* 9 trutinant *Nt* rutinantur *Ψ* precedere *H* praefectura *G* 10 umore *Ga.c.N* amore *η* numero *C* uoluerunt *H* cellul. *G* cellol. *η* cell. *cet.* inmoderatique ieiunii *G* 11 lectionis *t* *alt.* ac] et *ηΨ* 12 uert. in *om.H* *μελαγχολίαν scripsi* *ΚΕΛΛΑΝΛΟΝΑΝ H* me(ę *Ψ*)lanch(c *GΨa.c.B*)ol(n *Ψ*)ian(m *GCtB*) *cet.* yppocr. *Gη* hipocr. *H* ypocr. *cet.* fomentis magis *Ψ* 13 plerumque *G* plaerique monachi *Γ* 14 mut.—15 conmercia *om.Γ* institutorum *HtB,Da.c.* stitutorum *G* 15 eadem *om.H* commertia *CΨ* comercia *B* uictuum *Nt* uestium *Np.c.* bestium *Na.c.t* quod] sicut *Ψ* precipit apost. *Ψ* 16 praecepit *ΓHD* aemulom. *η* emulam. *H* 17 et prius—*p. 136, 1* nunc autem *om.Γ* et *om.ηΨ* quidem *om.H* aed. quos *om.H* *ΑΓΟΡΑΝΟΜΟC D AGAROMOMOC* (*pr. MO s.l.*) *Ψ* *ΑΤΟΡΑΝΟΜΤC B* arropu*NO*m*OS C YOPANOMOYE G* agoranomos *ηNt* agionanumos *H*; *add.* quos *G* quod *H*

uendentium cohercebatur rabies nec erat inpune peccatum, nunc autem sub religionis titulo exercentur iniusta conpendia et honor nominis Christiani fraudem magis facit quam patitur. quodque pudet dicere, sed necesse est, ut saltim sic ad nostrum erubescamus dedecus, publice extendentes manus pannis aurum tegimus et contra omnium opinionem plenis sacculis morimur diuites, qui quasi pauperes uiximus. tibi, cum in monasterio fueris, haec facere non licebit et inolescente paulatim consuetudine, quod primum cogebaris, uelle incipies et delectabit te labor tuus oblitusque praeteritorum semper priora sectaberis nequaquam considerans, quid alii mali faciant, sed quid boni tu facere debeas.

17. Neque uero peccantium ducaris multitudine et te pereuntium turba sollicitet, ut tacitus cogites: quid? ergo omnes peribunt, qui in urbibus habitant? ecce illi fruuntur suis rebus, ministrant ecclesiis, adeunt balneas, unguenta non spernunt et tamen in omnium flore uersantur. ad quod et ante respondi et nunc breuiter respondebo: me in praesenti opusculo non de clericis disputare, sed monachum instituere. sancti sunt clerici et omnium uita laudabilis. ita ergo age et uiue in monasterio, ut clericus esse merearis, ut adulescentiam tuam nulla sorde conmacules, ut ad altare Christi

9 cf. Phil. 3, 13

1 uendentes *H* cohercebantur *GH* coercebatur *D* coercebant *C* cohercetur *Na.c.m2* nunc] in hanc *D* 2 autem] enim *H* exercent *ΓHNt* conmercia *ΓGη* honor—6 opin. *om.Γ* 3 hominis *G* fraudem—pat.] fecit fraudulentum magis quam absolutum *H* facit] fe**t *Ψ* quodque] quod *ηa.c.ΨB* 4 est *om.Ψ* saltim *ηHDΨ* saltem *cet.* 5 puplice *HD*; *add.* et *N* manum *H* manu *G* aurum pannis *GH* teximus *ηΨ* tegitur *DC* 6 omnem *G*,*Ψa.c.* hominum *B* saculis *Ga.c.B* saeculis *H* moriuntur *Γ* qui *om.H* 7 pauperis uixerant *Γ* monast.] *folio amisso desinit Ψ* 8 licebis *t* licet *G* inoliscente *η* inbellent te *H* paulisper *H* prius *Nt* 10 sectaueris *GH*,*Da.c.m2* nequaq. consid.] qui profecere studet, non consideret *Γ* 11 mali alii *Γ* male *Gη* faciunt *G* tu boni *H* tu bene *η* boni ille *Γ* debeat *Γ* 12 te *om.C* 13 ut] et *ηH* 14 illi] ipsi *H* rebus] *add.* et de ipsis *H* 15 adeunt *om.H* balnea *Nt* balnearum *H* fomenta *H* 16 flores *Nt* ore *H*,*Bp.r.* uersantes *D* *pr.* et *om.HD* respondi] R *t* 17 respondeo *ς* praesente opuscolo *η* 18 instruere *ηp.c.m2H* omni *D* laudabiles *GB*,*Dp.c.m2* 19 ergo] *add.* et *B* uiue—mer.] si in mon. uiuens cl. esse desideras, ita te exhibe, ut hoc uitae meritis consequaris, id est *Γ* ut cler. esse mer. *om.η* 20 *pr.* ut] et *G* adulesc. *GD* adulisc. *ΓηH* adolesc. *cet.* nulla—conmac.] nullam libidinis sorde maculis *Γ*

quasi de thalamo uirgo procedas et habeas de foris bonum testimonium feminaeque nomen tuum nouerint, uultum nesciant. cum ad perfectam aetatem ueneris, si tamen uita comes fuerit, et te uel populus uel pontifex ciuitatis in clerum adlegerit, agito, quae clerici sunt, et inter ipsos sectare meliores, quia in omni condicione et gradu optimis mixta sunt pessima.

18. Ne ad scribendum cito prosilias et leui ducaris insania. multo tempore disce, quod doceas. ne credas laudatoribus tuis, immo inrisoribus aurem ne libenter adcommodes, qui cum te adulationibus fouerint et quodam modo inpotem mentis effecerint, si subito respexeris, aut ciconiarum deprehendas post te colla curuari aut manu auriculas agitari asini aut aestuantem canis protendi linguam. nulli detrahas nec in eo te sanctum putes, si ceteros laceres. accusamus saepe, quod facimus, et contra nosmet ipsos diserti in nostra uitia inuehimur muti de eloquentibus iudicantes. testu- 2
dineo Grunnius incedebat ad loquendum gradu et per interualla quaedam uix pauca uerba capiebat, ut eum putares singultire, non proloqui. et tamen, cum mensa posita librorum exposuisset struem, adducto supercilio contractisque naribus ac fronte rugata

1 cf. I Tim. 3, 7 3 cf. IV Reg. 4, 16 11 cf. Persius I 58—60
16 Grunnius] *scil.* Rufinus

1 talamo *Ga.c.B* foras *H* 2 fe(fae η)minaequae (—nae quae η) ηHD nouerunt *B* nouerit $\Gamma a.c.$ et uultum *GHNt* et uultum tuum ς nesciunt *t* cum—4 adlegerit] si clericus ordinatus fueris Γ 4 populi *G* ciuitatis *om.G* clerum $G\eta B$ clero *HNt* clericum *DC* adlegerit (it *in ras.m2 B*) *GB* allegerit η adlegerint *D* allegerint *C* alligauerint *H* elegerit *N* elegerint *t* age Γ 5 condictione η 7 nec ηB caue ne Γ prosilias $\Gamma p.c.m2 GNB$ prosileas *cet.* leue $\Gamma a.c.m2\eta$ 8 nec $\Gamma\eta NtB$ 9 inrisoribus tuis Γ derisoribus tuis *H* ne] non *G*, *om.H* qui—13 linguam *om.*Γ qui cum] quicumque *HB* adol. ηHN, *Ba.c.m2* 10 fouerit *H* et quodam *in ras.m2 B* et eodem *H* effecerint (ecerint *in ras.m2*) *B* efficerint ηHD fecerint *G* 11 cyconiorum *D* coniarum *H* depraehendis *DB* deprehendes ς pos te *HNt* postea *D* 12 auricula *H* aures $G\eta Nt$ asini *om.H* aestuantis *Nt* cani *t* 13 nulli] numquam ulli Γ te sanctum] $\overline{\text{sp}}$m te *H* sanctiorem Γ 14 quae *H* nosmed *NtB* disserti *DB* deserti ηHN, *ta.c.* desertores Γ 15 multi *GH* loquentibus *G* testud.—*p. 138, 11* adplic. *om.Nt* testudinis *H* testugine *G* 16 grunnios *H* grunius η agrunnius *G* incedebant *H* ad] et ad *H* gradum *H* et *om.H* 17 quaedam] *seq. in mg. m2* murmor (*in mg. inf. scripsit m2:* et per interualla quaedam murmor) η parua *B* carpebat *DC* singultare *G* 18 non proloqui *om.H* praeloqui *B* 19 struem *om.H* in struem *G* **struem *B*

duobus digitulis concrepabat hoc signo ad audiendum discipulos prouocans. tunc nugas meras fundere et aduersum singulos declamare: criticum diceres esse Longinum censoremque Romanae facundiae notare, quem uellet, et de senatu doctorum excludere.
3 hic bene nummatus plus placebat in prandiis. nec mirum, qui multos inescare solitus erat factoque cuneo circumstrepentium garrulorum procedebat in publicum intus Nero, foris Cato, totus
* ambiguus, ut ex contrariis diuersisque naturis unum monstrum nouamque bestiam diceres esse conpactam iuxta illud poeticum:

prima leo, postrema draco, media ipsa chimaera.

19. Numquam ergo tales uideas nec huiusce modi hominibus adpliceris, ne declines cor tuum in uerba malitiae et audias: s e d e n s a d u e r s u s f r a t r e m t u u m d e t r a h e b a s et a d u e r s u s f i l i u m m a t r i s t u a e p o n e b a s s c a n d a l u m et iterum: f i l i i h o m i n u m d e n t e s e o r u m a r m a et s a g i t t a e et alibi: m o l l i t i s u n t s e r m o n e s e i u s s u p e r o l e u m et i p s i s u n t i a c u l a et apertius in Ecclesiaste: s i m o r d e a t s e r p e n s i n s i l e n t i o, s i c,
2 q u i f r a t r i s u o o c c u l t e d e t r a h i t. sed dicis: 'ipse non

10 cf. Homer. Il. VI 181 12 cf. Ps. 140, 4 *Ps. 49, 20 15 Ps. 56, 5 16 Ps. 54, 22 18 *Eccle. 10, 11

1 digitis *B* concinnabat *H* hoc] quo *H* signum ς 'disc. suos *G* 2 tunc—fundere *om.H* thunc *Gp.c.* tum *C* meras] suas *G* aduersos *H* 3 criticum *G* triticum *H* creticum *ηDB* crelicum *C* dicere *ηH* disceres *B* censoresque *G* censorinumque *DCB* rome *H* 4 facundiae *om.H* uellit *H* doctorem *DB* 5 numeratus *H* praediis *G* quis *H* si qui *C* 6 multas *B* increpare *GD* solutos *ηH* solutus *Bp.c.* fuerat *η* que *om.*ς 7 et procedebat *C* procedit *ηa.c.m2* intro *H* cathon *H* gotus (*in mg.m2* ł totus) *B* 9 nouam *H* conpactum *H* 10 primo *G* dracco *G* cymera *GηDC* cimera *HB* 11 ne *η* huiusmodi *C* 12 nec *ηDCB* et] ne *s.l.m2N* 13 *pr.* aduersum *Nt* detrah.] loquibaris *η* loquebaris ς *alt.* aduersu(*add.* s *s.l.*) *H* aduersum *Nt* 15 fili *GH* 16 eius] eorum *NtB* 17 et ipsa *H* ipsi autem *GDCB* apertius] iterum *H* 18 ecc(c *η*)lesiaste *ηC* ae(e *tB*)cc(c *H*)lesiasten *HDNtB* a(*eras.*)eclesiastes *G* si] sicut *η* sicut (*s.l.m2*) si *N* mordet *η* serpens] semper *H* 19 occulte] in occulto *ηH* detrahet *GηD* detraet *C* sed dicis—*p. 139, 14* siccatur] non dicas: ego non detraho, alios loquentes (*seq. ras. 2 litt.*) uitare non possum. quia, si detractator tristem faciem uiderit audientes (*ex* —tis), ilico conticescit, pallet uultus, haerent labia, saliua siccatur *Γ* dices *DC* dicit *t* ipse] ego *Γ*

detraho, aliis loquentibus facere quid possum?' ad excusandas excusationes in peccatis ista praetendimus. Christus arte non luditur. nequaquam mea, sed apostoli sententia est: nolite errare; deus non inridetur. ille in corde, nos uidemus in facie. Salomon loquitur in Prouerbiis: uentus aquilo dissipat nubes et uultus tristis linguas detrahentium. sicut enim sagitta, si mittatur 3 contra duram materiam, nonnumquam in mittentem reuertitur et uulnerat uulnerantem illudque conpletur: facti sunt mihi in arcum prauum et alibi: qui mittit in altum lapidem, recidet in caput eius, ita detractator, cum tristem faciem uiderit audientis, immo ne audientis quidem, sed obturantis aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, ilico conticescit, pallet uultus, haerent labia, saliua siccatur. unde idem 4 uir sapiens: cum detractatoribus, inquit, non conmiscearis, quoniam repente ueniet perditio eorum; et ruinam utriusque quis nouit? tam scilicet eius, qui loquitur, quam illius, qui audit loquentem. ueritas angulos non amat nec quaerit susurrones. Timotheo dicitur: aduersus presbyterum accusationem cito ne receperis. peccantem autem coram omnibus argue, ut et ceteri metum habeant.

1 Ps. 140, 4 4 Gal. 6, 7 5 cf. I Reg. 16, 7 6 *Prou. 25, 23 9 *Ps. 77, 57 10 *Eccli. 27, 28 13 cf. *Esai. 33, 15 15 *Prou. 24, 21—22 20 *I Tim. 5, 19—20

1 traho *H* quid facere *C* quid facere quid *D* possumus *N* 2 excusationis *C* —ne *t* 3 ludit *H* inluditur *η*,*Np.c.m2* deluditur *DCB*; *add.* nec ueritas angulos habet *B* (*cf. 19*) 4 est] *add.* frs *H* noli *N* dns enim *B* 5 uidemus] cum *H* faciae *ηa.r.N* salamon *H* 7 linguam detrahentem *H* 8 matheriam *B* materiem *ηHD* in] ad *Np.c.m2t* in in *η* reuertetur *C* 10 peruersum *H* mittet *D* 11 recidit *Nt*,*Bp.c.* residet *G* recadit *H* in] super *H* detractator (*ex* —tur *m2Γ*) *Γη* detractatio *G* detractor *cet.* 12 nec *H*,*Bp.c. alt.* audientes *η* 13 opturantis *H* obturantes *η* obdurantis *Gp.c.DB* ne] nec *H* ut non *Nt* conticiscit *H* conticiscet *Gη* 14 palleat *H* pallent *D* pallente *C* idem *om.Nt* 15 detractat. *Gη* detract. *cet.* non] ne *ηDC*,*B in ras.m2* con(cō *B in ras.m2*)misc. *GηB* misc. *cet.* 16 uenit *HNt* 17 ruina *H* utrisque *G* quis nouit *om.H* 18 quam] *seq. ras. 3 litt.D* 19 amas (s *eras.*)*t* habet *B* nec quaerit sus. *om.H* quaeret *G* susurros *G* (*ex* surros) *ηNt* 20 aduersum *ηC* cito acc. *G* 21 cito *om.H* ne] non *η* reciperis *H* recipiris *ex* recipias *m2η* peccantes *Gt* 22 et *om.ηHDC* timorem *G*

non est facile de perfecta aetate credendum, quam et uita praeterita defendit et honorat uocabulum dignitatis, uerum, quia homines sumus et interdum contra annorum maturitatem puerorum uitiis labimur, si me uis corrigi delinquentem, aperte increpa, tantum ne occulte mordeas; corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, oleum autem peccatoris non inpinguet caput meum. quem enim diligit dominus, corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit. et per Esaiam clamat deus: populus meus, qui beatos uos dicunt, seducunt uos et semitas pedum uestrorum supplantant. quid enim mihi prode est, si aliis mala mea referas, si me nesciente peccatis meis, immo detractationibus tuis alium uulneres et, cum certatim omnibus narres, sic singulis loquaris, quasi nulli alteri dixeris? hoc est non me emendare, sed uitio tuo satisfacere. praecepit dominus peccantes in nos argui debere secreto uel adhibito teste et, si audire noluerint, referri ad ecclesiam habendosque in malo pertinaces quasi ethnicos et publicanos.

20. Haec expressius loquor, ut adulescentem meum et linguae et aurium prurigine liberem, ut renatum in Christo sine ruga et

5 Ps. 140, 5 7 *Prou. 3, 12 et *Hebr. 12, 6 10 *Esai. 3, 12 15 cf. Matth. 18, 15—17 20 cf. Eph. 5, 27

1 facile] *add.* aliquod crimen Γ prouecta ς cred.—2 uocab. *om.G* quem η 2 honorat] honor et Γ ornat *Nt* dignit.] *add.* aliquid credere *G* 4 corregire $\Gamma a.c.m2$ corrigere $\Gamma lp.c.m2$,*CB* corregere η increpat *H* 5 me mordeas η,*Bp.c.* corripiet—11 suppl. *om.*Γ 6 increpabit *CNB* —uit *cet.* me *om.C* 8 deus η flagellat (μαστιγοῖ) *G* castigat *cet.* 9 recepit *C* et—deus *om.DC* esayam *tB* isaiam *H* dominus ς 10 dicant *D* seducunt *om.*η 11 semitas *om.H* peduum ηD subuertunt *DCB* 12 prode est *G* prodest *cet.* si] *add.* me nesciente Γ referas mea ς proferas *H* 13 si—15 dixeris *om.*Γ nescientem *D* sciente *N* peccatis] malis *H* detractat. *G*η detract. *cet.* alterum η 14 cum *ex* non η,*om.GDC* hominibus *B* narrans η sic *ex* sin *D* nec *H* 15 dix. alteri ς alteri] alii *H*,*om.G* non est $\Gamma\eta$ suo *G* 16 praecipit *CNt*, *Bp.c.* os *D* arguit (t *exp.*) *B* arguere η 17 uel] uel si *G* habito *C* et si *om.G* et] ut *N*,*om.*η audiere *C* ausscultare (*sic*) *H* noluerit *HD*,*Na.c.* ad eclesiam referri *G* referre η ad *om.D* 18 habendosque (osque *in ras.m2*) *B* habendique *D* malum η quasi] sicut ς et publ. *om.H* 19 hec *in ras.m2 B* prae(e *t*)ssius ηNt,*Ba.c.m2* presidia *H* loquar ηDB adulesc. *GD* adulisc. *H* adolisc. η adolesc. *cet.* lingua *H*,*Da.c.m2* 20 ut] et *B*

macula quasi pudicam uirginem exhibeam sanctamque tam mente quam corpore, ne solo nomine glorietur et absque oleo bonorum operum extincta lampade excludatur ab sponso. habes ibi sanctum 2
doctissimumque pontificem Proculum, qui uiua et praesenti uoce nostras scidulas superet cotidianisque tractatibus iter tuum dirigat nec patiatur te in partem alteram declinando uiam relinquere regiam, per quam Israhel ad terram repromissionis properans se transiturum esse promittit. atque utinam exaudiatur uox ecclesiae conplorantis: d o m i n e, p a c e m d a n o b i s; o m n i a e n i m r e d d i d i s t i n o b i s. utinam, quod renuntiamus saeculo, uoluntas sit, non necessitas, et paupertas habeat expetita gloriam, non inlata cruciatum. ceterum iuxta miserias huius temporis et ubique gladios saeuientes satis diues est, qui pane non indiget, nimium potens, qui seruire non cogitur. sanctus Exuperius, Tolosae episcopus, uiduae Saraptensis imitator, esuriens pascit alios et ore pallente ieiuniis fame torquetur aliena omnemque substantiam Christi uisceribus erogauit. nihil illo ditius, qui corpus domini ca- 4
nistro uimineo, sanguinem portat uitro, qui auaritiam proiecit e templo, qui absque funiculo et increpatione uendentium columbas,

2 cf. Matth. 25, 1—13 6 cf. Num. 21, 22 9 *Esai. 26, 12 15 cf. III Reg. 17, 8—24 19 cf. Matth. 21, 12—13 ete.

1 quasi in pudicam *C* sanctamque] castam *ηC,B in ras.m2* 2 nec *H* 3 lampada *DC,B* (—ae *p.c.*) abs (s *eras.*) *N* a *C* ibi] istic *ς* 5 scidolas *η* scedulas *HCB* sedulas *D* schedulas *ς* superat *H* cott. *GH* quot. *CB* que *om.ηNt* 6 ne *η* patietur *G,N* (*super ras.m2*) te *om.D* partem aliam *DB* partem aliquam *η* parte alia *H* declin.—7 terram *in mg. inf. η* 7 ysrahel *B* promissionis *G* 8 promittat *HC* conprob. *H* compar. *t* implor. *C* 9 pacem tuam *η* omnia —10 nobis *om.H* 10 dedisti *Ga.c.DC* renuntiauimus *H* uoluntas (n *in ras. m2*) *B* 11 expetitam *D* expeditam *Nt* expectata *H* gloria *η* 12 inlatam *G* lata *C* ceterum *om.Γ* iusta *t* miseriam *DB* ibique *D* 13 gladius *Γa.c.m2ηH* saeuientis *η* est *in mg.η* panem *Γa.c.Gη* indigit *Γa.c.m2*; *add.* milio (*del.*)*B* et nimium *H* 14 potens] *add.* est *codd.praeterΓG* sanctus—15 imit.] qui dei praecepta custo(*ex* u *m2*)dit *Γ* exsuperius *ηN B* exsuperantius *H* tolosa *Ga.c.m2* to(*ex* tu)lose *B* 15 saraptenis *D* sareptensis *C* saraptene *H* sareptenę *Nt* imitatur *ηH* immitato(*s.l.* u)r *B* esuriem *Bp.c.m2* exemplo qui esuriens *H* 16 que *om.H* 17 uisc.] pauperibus *in ras.m2 B* erogat *Γ* erogabit *D* nihil —*p. 142, 3* uicino] si ad clericatum perueneris, eorum *Γ* illi *C,Ba.c.* corp. dom. *om.G* 18 portauit *ηHNt* in uitro *DCB* qui] q; *H* proicit *B* eiecit *ηH* e] de *GDC,tBa.r.* 19 qui *om.Nt* increp.] *add.* cathedras *ς*

id est dona spiritus sancti, mensas subuertit mammonae et nummulariorum aera dispersit, ut domus dei domus uocaretur orationis et non latronum spelunca. huius e uicino sectare uestigia et ceterorum, qui uirtutum illius similes sunt, quos sacerdotium et humiliores facit et pauperiores, aut, si perfecta desideras, exi cum Abraham de patria et de cognatione tua et perge, quo nescis. si habes substantiam, uende et da pauperibus, si non habes, grandi onere liberatus es; nudum Christum nudus sequere. durum, grande, difficile, sed magna sunt praemia.

CXXVI.

AD MARCELLINUM ET ANAPSYCHIAM.

Dominis uere sanctis atque omni officiorum caritate uenerandis filiis Marcellino et Anapsychiae Hieronymus in Christo salutem.

5 cf. Gen. 12, 1 7 cf. Matth. 19, 21 etc.

1 sancti spir. *ηC* mensasque *CB* mamonae(e) *GCN* 2 disperdit *G* dom. uocaretur orat. *GCl* uocaretur dom. orat. *B* dom. uocetur orat. *HDN* dom. orat. uocetur *η* 3 huius te uicini *D* huiuscemodi uicini *B* et ceterorum—4 sunt *om.Γ* 4 similis *H* quos *ex* qui *B* sacerdotum *D* pauperes fecit et humilioris *Γ* 5 fecit *Γη* pauperes *ΓDCB,ηa.c.* aut si—6 nescis *om.Γ* desideres *D* 6 patria tua *η* et de cogn. tua *s.l.η* *alt.* de *om.CN* 7 uinde *ΓηH* grande *Γη* 8 oneri *H* honere *G* (h *s.l.,eras.*) *tB* honore *Γ* est *H* nudum—sequere *om.H* x̄pm nudam crucem x̄pi *Γ* nudus] nudum *C* 9 set *t* praemia] *add.* explicit epistula s̄ci hieronimi presbiteri ad rusticum *H*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ȝ = *Parisinus 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
l = *Vaticanus lat. 341 s. X—XI.*
ƿ = *Parisinus nouv. acq. lat. 1444 s. XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

haec epistula est inter Augustini epistulas CLXV (pars III p. 541 Goldbacher). in codicibus ADMB salutationi hi tituli praemittuntur: hieronimus marcello et anapsichię *A* hieronimus marcellino et anabsychię *D* incip epīs sc̄i hier̄ ad marcellinū et anapsychię (*s.l.* ā) *M* marcello et anapsyę *B*

12 ueris *A* 13 marcello *Al* anapsycie ȝ anapsiciciae ƿ anapsie *B* ieronimus *B*

1. Tandem ex Africa uestrae litteras unanimitatis accepi et non paenitet inpudentiae, qua tacentibus uobis epistulas meas frequenter ingessi, ut rescriptum mererer et uos esse sospites non aliis nuntiantibus sed uestro potissimum sermone cognoscerem. super 2 animae statu memini uestrae quaestiunculae, immo maximae ecclesiasticae quaestionis, utrum lapsa de caelo sit, ut Pythagoras philosophus omnesque Platonici et Origenes putant, an ἀπόῤῥοια dei substantiae, ut Stoici, Manicheus et Hispana Priscilliani heresis suspicantur, an in thesauro habeantur dei olim conditae, ut quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt, an cotidie a deo fiant et mittantur in corpora secundum illud, quod in euangelio scriptum est: pater meus usque modo operatur et ego operor, an certe ex traduce, ut Tertullianus, Apollinaris et maxima pars occidentalium autumat, ut, quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex anima et simili cum brutis animantibus condicione subsistat. super quo quid mihi uideretur, in opusculis 3 contra Rufinum olim scripsisse me noui aduersus eum libellum, quem sanctae memoriae Anastasio, episcopo Romanae ecclesiae, dedit, in quo lubrica et subdola, immo stulta confessione, dum auditorum simplicitati inludere nititur, suae fidei, immo perfidiae, inlusit; quos libros reor sanctum parentem uestrum habere Oceanum. olim enim editi sunt multis Rufini libri aduersus nos calumnias respuentes. certe habes ibi uirum sanctum et eruditum Augustinum epi-

12 Ioh. 5, 17

1 affrica *A* un(i *eras.*)animitatis *M* non me *B* non meae ῃ 2 paenitet *om.*ῃ 3 ingressi ʒ,*ABa.c.,Ma.r.* sospites (it *s.l.m2A*) esse *Al* sospes *AM a.c.m2*,ʒ*D* 4 potissimo *AMBa.c.*,ʒ*D* 5 statum *A*ʒ*DM* 6 caelis *A* sit *s.l.B* philos.] philo *A*ʒ*Dl* 7 origenis *Aa.c.m2* an *ἀπόῤῥοια Goldb.* anaporria ῃ an aponoea (*in* n *altera linea speciem litterae* r *praebet*) *B* anima porro ea (porro ea *exp.et s.l.* alia pars *m2M*) *A*ʒ*DM* an illapsa ex *l* an a propria ς 8 substantia *Ap.c.m2l* hispana *duo codd. Goldb.* hyspania *B* hispaniae (—e) *Al,Mp.c.m2* hispanus ac ῃ spaniae (—e) ʒ*D,Ma.c.m2* hereses *Ma.c.m2l*ῃ 9 suspicantur (n *exp.*) *M* reconditae *l* quidem ʒ 10 ecclesiasticae *D* 12 ego] eo ʒ 13 tertulianus *A* tullianus ʒ 14 autumant *B* 16 uideretur ῃ uidetur (uideatur *Mp.c.m2*) *cet.* 17 olim ῃ*B,om.cet.* aduersum ʒ eum *ex* cum *m2A* quem *ex* quae *A* 18 dedit ῃ*B* edidit *cet.* 20 nit. illudere *B* 22 multis (*sc.* uerbis = *ausführlich*)] multi *A* multas *l* rufinis *D* libri ῃ,*Bp.r.* libris *cet.* aduersas *Al,Mp.c.m2* nos ῃ*B,om.cet.* respondentes ς

scopum, qui uiua, ut aiunt, uoce docere te poterit et suam, immo per se nostram, explicare sententiam.

2. Ezechielis uolumen olim adgredi uolui et sponsionem creberrimam studiosis lectoribus reddere, sed in ipso dictandi exordio ita animus meus occidentalium prouinciarum et maxime urbis Romae uastatione confusus est, ut iuxta uulgare prouerbium proprium quoque ignorarem uocabulum, diuque tacui sciens tempus esse lacri-
2 marum. hoc autem anno, cum tres explicassem libros, subitus impetus barbarorum, de quibus tuus dicit Uergilius: lateque uagantes Barcaei et sancta scriptura de Ismahel: contra faciem omnium fratrum suorum habitabit, sic Aegypti limitem, Palaestinae, Phoenices, Syriae percucurrit ad instar torrentis cuncta secum trahens, ut uix manus eorum misericordia Christi potuerimus euadere. quodsi iuxta inclitum oratorem silent inter arma leges, quanto magis studia scriptu-
rarum, quae et librorum multitudine et silentio ac librariorum sedulitate, quodque uel proprium est, securitate et otio dictantium
3 indigent! duos itaque libros misi sanctae filiae meae Fabiolae, quorum exempla, si uolueris, ab ipsa poteris mutuari; pro angustia quippe temporis alios describere non potui. quos cum legeris et uestibula uideris, facilis coniectura erit, qualis ipsa futura sit domus. sed credo in dei misericordia, qui nos adiuuit in difficillimo principio supra dicti operis, quod ipse adiuuet et in paene ultimis prophetae partibus, in quibus Gog et Magog bella narrantur, et in extremis, in quibus sacratissimi et inexplicabilis templi aedificatio, uarietas mensuraque describitur.

9 Uergil. Aen. IV 42 sq. 10 *Gen. 16, 12 15 cf. Cicero pro Milone 10 (11) 24 cf. Ezech. c. 38 et 39 25 cf. Ezech. c. 40—48

2 per se nostram] pseũam (= perseueram) *B* 5 maximae ŋ 7 ignorare *D* ignorem *B* 8 subito *A* 9 tuis ʒ uirgilius *Al*ŋ*B*,*Mp.c.m2* longe lateque ŋ 10 barchaei *DM* barchei *l*ŋ brachei ʒ barthei *A* bacchei *B* sancta inquid ŋ 11 tuorum ŋ*B* habitauit *D* —bis ŋ 12 Phoenices ς phoenicis ŋ foenicis *D* phenicis *AMlB* fenicis ʒ percurrit ŋ 14 potuerī ŋ oratore ʒ 15 silet *A* legis ʒ lex *ex* lis *m2A* annales *l* quanta *B* litterarum *l* 16 quae *om.*ŋ multitudo ŋ *alt.* et *s.l.B* silentium ŋ ac *om.*ŋ 17 sed utilitatis ŋ quoque ŋ quod *ex* que *B* uel ŋ*B*,*om.cet.* securitatis ŋ 18 libro ʒ 19 exemplaria *Mp.c.m2* mutuare *B* 20 describe ʒ legeris] geris *A* 21 sit fut. ς 22 misericordiam *A*ʒ*D*,*Ma.r.* 23 operis *ex* opera *m2A* quo ʒ penultimis *Mp.r.l*ŋ*B* 24 gog *ex* cog *A* in *s.l.M* 25 sacratissima *M*

3. Sanctus frater noster Oceanus, cui uos cupitis commendari, tantus ac talis est et sic eruditus in lege domini, ut absque nostro rogatu instruere uos possit et nostram super cunctis quaestionibus scripturarum pro modulo communis ingenii explicare sententiam. incolumes uos et prolixa aetate florentes Christus deus noster tueatur omnipotens, domini uere sancti.

CXXVII.

AD PRINCIPIAM UIRGINEM DE UITA SANCTAE MARCELLAE.

1. Saepe et multum flagitas, uirgo Christi Principia, ut memoriam sanctae feminae Marcellae litteris recolam et bonum, quo diu fruiti sumus, etiam ceteris noscendum imitandumque describam. satisque doleo, quod hortaris sponte currentem et me arbitraris indigere precibus, qui ne tibi quidem in eius dilectione concedam multoque plus accipiam quam tribuam beneficii tantarum recordatione uirtutum. nam ut hucusque reticerem et biennium praeterirem silentio, non fuit dissimulationis, ut male aestimas, sed tristitiae incredibilis, quae ita meum obpressit animum, ut melius iudicarem tacere inpraesentiarum, quam nihil dignum illius laudibus dicere. neque uero Marcellam tuam, immo meam et, ut uerius loquar, nostram, omniumque sanctorum et proprie Romanae urbis inclitum decus, institutis rhetorum praedicabo, ut exponam inlustrem familiam, alti sanguinis decus et stemmata per consules

2 tantos ȝ ac] et ς 3 instruere] docere *B* nostra ȝ uestram *B* 5 incolomes *A*,*Ma.c.m2* et *s.l.B* dn̄s ȝ*B* 6 domine ȝ ueri *A* sancti] *add.* explicit ep̄is sc̄i hieron ad marcellinū et anapsych̄ *M*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad principiam (de *eras.D*) uirginem (*om.B*) de uita sanctae(—e *D*) marcellae (—e . hieronimus *D*) *ADB*; *Hieronymi nomen exhibet titulus in D*

12 sumus] fuimus *B* 13 or*taris *A* 14 concedā (ā *in ras.m2*) *B* 16 sil. praet. *B* 17 existimas ς tristicia *B* 19 dignum] *add.* in *m2B* 21 proprię *DB* 22 inditum *D* rethorum *codd.* 23 familiam] rotiliam *B* decus] genus *B* stemmata (ta *del.m2*) *A* per consules *B* proconsules *D* proconsulis *A* (i *ex* e *m2*)

et praefectos praetorio decurrentia. nihil in illa laudabo, nisi quod proprium est et in eo nobilius, quod opibus et nobilitate contempta facta est paupertate et humilitate nobilior.

2. Orbata patris morte uiro quoque post nuptias septimo mense priuata est. cumque eam Cerealis, cuius clarum inter consules nomen est, propter aetatem et antiquitatem familiae et insignem — quod maxime uiris placere consueuit — decorem corporis ac morum temperantiam ambitiosius peteret suasque longaeuus polliceretur diuitias et non quasi in uxorem sed quasi in filiam uellet donationem transfundere Albinaque mater tam clarum praesidium uiduitati domus ultro appeteret, illa respondit: 'si uellem nubere et non aeternae me cuperem pudicitiae dedicare, utique maritum quaererem, 2 non hereditatem'. illoque mandante posse et senes diu uiuere et iuuenes cito mori eleganter lusit: 'iuuenis quidem potest cito mori, sed senex diu uiuere non potest'. qua sententia repudiatus exemplo ceteris fuit, ut eius nuptias desperarent. legimus in euangelio secundum Lucam: et erat Anna prophetissa, filia Phanuhelis, de tribu Aser et haec prouectae aetatis in diebus plurimis. uixeratque cum uiro annis septem a uirginitate sua et erat uidua annis octoginta quattuor nec recedebat de templo ieiuniis et obsecrationibus seruiens nocte ac die. nec mirum, si uidere meruit saluatorem, 3 quem tanto labore quaerebat. conferamus septem annos septem mensibus, sperare Christum et tenere, natum confiteri et in crucifixum credere, paruulum non negare et uirum gaudere regnantem: non facio ullam inter sanctas feminas differentiam, quod nonnulli inter sanctos uiros et ecclesiarum principes stulte facere consue-

17 *Luc. 2, 36—37

1 perfectos *A* praetorii *Bp.c.m2* pretoria *Ap.c.m2* decurrentium *B* 2 in *om.*ς quo *B* 4 orba ς pre nuptias *Aa.c.m2* praenuntias *D* 5 cęrealis *D* cerȩali(*add.* s *m2*) *A* 6 *alt.* et *del.m2A* 7 ob(*s.l.m2*)decorem *A* 8 longiuus (*alt.* u *eras.*) *A*,*om.B* 9 filio (*add.* s *s.l.m2*) *B* 10 uiduitati *scripsi* uiduitate *codd.* uiduatae ς 11 me cup. aet. ς 12 ded. pud. *B* 14 iuuenes] iuuenis *Ap.c.m2* iuuenis] iuuenes *Aa.c.m2*;*add.* et *s.l.m2A* 17 lucan *D* 18 fanuhelis *A* phanuel *B* 19 quae (a *exp.*) *A* 20 uiro suo *B* era(*add.* t *s.l.m2*) *A* 22 seruiens domino *B* domino seruiens ς 23 die ac nocte *B* ac] et *D* meruerit *A* 27 fem. sanctas *B* 28 consueuerunt *D*

runt, sed illo tendit adsertio, ut, quarum unus labor, unum et praemium sit.

3. Difficile est in maledica ciuitate et in urbe, in qua orbis * quondam populus fuit palmaque uitiorum, si honestis detraherent et pura ac munda macularent, non aliquam sinistri rumoris fabulam trahere. unde quasi rem difficillimam ac paene inpossibilem optat propheta potius quam praesumit dicens: beati inmaculati in uia, qui ambulant in lege domini, inmaculatos in uia huius appellans saeculi, quos nulla obsceni rumoris aura macularit, qui obprobrium non acceperint aduersus proximos suos. de 2 quibus et saluator in euangelio: esto, inquit, beniuolus — siue bene sentiens — de aduersario tuo, dum es cum illo in uia. quis umquam de hac muliere, quod displiceret, audiuit, ut crederet? quis credidit, ut non magis se ipsum malignitatis et infamiae condemnaret? ab hac primum confusa gentilitas est, dum omnibus patuit, quae esset uiduitas Christiana, quam et conscientia et habitu promittebat. illae enim solent purpurisso 3 et cerussa ora depingere, sericis nitere uestibus, splendere gemmis, aurum portare ceruicibus et auribus perforatis Rubri Maris pretiosissima grana suspendere, flagrare mure, ut tandem dominatu uirorum se caruisse laetentur quaerantque alios, non quibus iuxta dei sententiam seruiant, sed quibus imperent. unde et pauperes eligunt, ut nomen tantum uirorum habere uideantur, qui patienter riuales sustineant, si musitauerint, ilico proiciendi. nostra uidua 4 talibus usa est uestibus, quibus obstaret frigus, non membra nudaret, aurum usque ad anuli signaculum repudians et magis in

7 Ps. 118, 1 10 cf. Ps. 14, 3 11 *Matth. 5, 25 22 cf. Gen. 3, 16

1 unus est *DB* unum *ex* unus m^2A sit et praemium *B* 3 maledicta (t *exp.*) *B* maledico *D* orbis] *add.* heu *B* 4 populis *A* 6 contrahere ς ac] et ς 9 huius saec. in uia app. *B* appellant saeculi *A* saeculi appellat ς obsceno *A* maculauerit *B* 10 acceperit *ABa.c.m2* 11 et *om.* ς 13 in uia cum illo ς 14 audiuit] *add.* quis audiuit *B* credidit] credit *A* *alt.* ut] aut *AD* 17 habitus *A* illae] aliae *B* 18 si(*s.l.* e m^2)rycis (y *in ras.* m^2)*A* 20 grana] gratia *A* flagare *D* fraglare *Bp.c.m2* fragrare ς mure] *add.* et sic maritos plangere *B* maritos ita plangere ς 21 uirorum *scripsi* eorum *codd.* 23 nomen *om.B* uiros *B* 24 riuales] omnia *B* muss. ς nostram *D* nostrum *Aa.c.m2* uiduam *Aa.c.m2D* 25 uestibus est *B* ostaret *A* optaret *Ba.c.m2* arceret ς

uentribus egenorum quam in marsuppiis recondens. nusquam sine matre, nullum clericorum et monachorum — quod amplae domus interdum exigebat necessitas — uidit absque arbitris. semper in comitatu suo uirgines ac uiduas et ipsas graues feminas habuit sciens ex lasciuia puellarum saepe de dominarum moribus iudicari et, qualis quaeque sit, talium consortio delectari.

4. Diuinarum scripturarum ardor incredibilis, semperque cantabat: in corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi, et illud de perfecto uiro: et in lege domini uoluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte meditationem legis non replicando, quae scripta sunt, ut Iudaeorum aestimant pharisaei, sed in opere intellegens iuxta illud apostolicum: siue comeditis siue bibitis siue quid agitis, omnia in gloriam domini facientes et prophetae uerba dicentis: a mandatis tuis intellexi, ut, postquam mandata conplesset,
2 tunc se sciret mereri intellegentiam scripturarum. quod et alibi legimus: quia coepit Iesus facere et docere. erubescit enim quamuis praeclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia, frustraque lingua praedicat paupertatem et docet elemosynas, qui Croesi diuitiis tumet uilique opertus palliolo pugnat contra tineas uestium sericarum. moderata iciunia, carnium abstinentia, uini odor magis quam gustus propter stomachum et frequentes infirmitates. raro procedebat ad publicum et maxime nobilium matronarum uitabat domus, ne cogeretur uidere, quod contemperat,
3 apostolorum et martyrum basilicas secretis celebrans orationibus et quae populorum frequentiam declinarent. matri in tantum oboediens, ut interdum faceret, quod nolebat. nam cum illa suum diligeret sanguinem et absque filiis ac nepotibus uellet in fratris

8 Ps. 118, 11 9 *Ps. 1, 2 13 *I Cor. 10, 31 15 Ps. 118, 104 18 *Act. 1, 1 23 cf. I Tim. 5, 23

1 marsupiis *B* 2 et] aut ς 4 uid. ac uirg. *B* 5 ex] et *A* 7 ardor erat ς 9 p̄fecto *D* 11 legit *AD* non in repl. *B* 12 ut *s.l.A* existimant ς 13 comedetis *Aa.c.m2* 14 bib. siue quid] aliquid *B* omnia] a misericordia *A* gloria *B* 18 quia] quae *B* cepit *codd.* 19 et erubescit (*om.* enim) *B* 20 eius lingua ς (*sed* lingua *est ablatiuus*) 21 elemosinas *B* elymosinas *A* eleemosynas ς pallio *AD* 22 siricarum *Aa.c.m2*;*add.* illi erant ς 25 domos *B* 26 secretas *AD* 28 negligeret ς 29 ac] et ς 29 uelit *Aa.c.m2*

liberos uniuersa conferrei, ista pauperes eligebat et tamen matri contraire non poterat monilia et, quicquid supellectilis fuit, diuitibus peritura concedens magisque uolens pecuniam perdere quam parentis animum contristare.

5. Nulla eo tempore nobilium feminarum nouerat Romae propositum monachorum nec audebat propter rei nouitatem ignominiosum, ut tunc putabatur, et uile in populis nomen adsumere. haec ab Alexandrinis sacerdotibus papaque Athanasio et postea Petro, qui persecutionem Arrianae hereseos declinantes quasi ad tutissimum communionis suae portum Romam confugerant, uitam beati Antonii adhuc tunc uiuentis monasteriaque in Thebaide Pachumii et uirginum ac uiduarum didicit disciplinam nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. hanc multos post annos imitata est 2 Sophronia et aliae, quibus rectissime illud Ennianum aptari potest: utinam ne in nemore Pelio. huius amicitiis fruita est Paula uenerabilis, in huius nutrita cubiculo Eustochium, uirginitatis decus, ut facilis aestimatio sit, qualis magistra, ubi tales discipulae. rideat forsitan infidelis lector me in mulierciarum laudibus inmo- 3 rari: qui, si recordetur sanctas feminas, comites domini saluatoris, quae ministrabant ei de sua substantia, et tres Marias stantes ante crucem Mariamque proprie Magdalenen, quae ob sedulitatem et ardorem fidei 'turritae' nomen accepit et prima ante apostolos Christum uidere meruit resurgentem, se potius superbiae quam nos condemnabit ineptiarum, qui uirtutes non sexu sed animo iudicamus. unde et Iesus Iohannem euangelistam amabat plurimum, qui propter 4 generis nobilitatem erat notus pontifici et Iudaeorum insidias non

15 Ennius, Medea exul fr. 1, 1 R. 19 cf. Matth. 27, 55 etc. 20 cf. Ioh. 19, 25 22 cf. Onom. s. p. 62, 21 cf. Marc. 16, 9 etc. 25 cf. Ioh. 13, 23; 19, 26; 20, 2 26 cf. Ioh. 18, 15

2 suppelectilis *D* suppellettiles (—lis *m2*) *A* 3 perd. pec. *B* 6 gaudebat *B* 7 in *om.B* 10 uita *D* 11 monasteriaque *Ap.c.m2* monasteria quae *cet.* monasteriorumque ς pachomii *B* 12 confiteri *B* 13 quod Christo plac.] ut xp̄m *B* 14 dennianum *D* 15 utinā (*s.l.m2* ł uineam) *B* cuius *B* 16 cub. nutr. ς 17 facilius *A* talis discipula *B* 18 forsan ς 20 subst. sua *B* 21 Magdalenen *scripsi* magdalenem (*alt.* m *exp.A*) *A*ς magdalenam (*ex* —ne *m2B*) *DB* 24 iudicamus] *add.* contemptaeque nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus *B*ς (*de lacuna ne quis cogitet, animaduertendum* unde, *quod sequitur, esse* '*uirtutes animo iudicans*') 25 amat *A*

timebat, in tantum, ut Petrum introduceret in atrium et staret solus apostolorum ante crucem matremque saluatoris in sua reciperet, ut hereditatem uirginis domini uirginem matrem filius uirgo susciperet.

6. Annis igitur plurimis sic suam transegit aetatem, ut ante se uetulam cerneret, quam adulescentulam fuisse meminisset, laudans illud Platonicum, qui philosophiam meditationem mortis
2 esse dixisset. unde et noster apostolus: cotidie morior per uestram salutem et dominus iuxta antiqua exemplaria: nisi quis tulerit crucem suam cotidie et secutus fuerit me, non potest meus esse discipulus multoque ante per prophetam spiritus sanctus: propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis et post multas aetates illa sententia: memento semper diem mortis et numquam peccabis disertissimeque praeceptum satirici: uiue memor leti, fugit hora, hoc, quod loquor, inde est.
3 sic ergo — ut dicere coeperamus — aetatem duxit et uixit, ut semper se crederet esse morituram. sic induta est uestibus, ut meminisset sepulchri, offerens hostiam rationabilem, uiuam, placentem deo.

7. Denique, cum et me Romam cum sanctis pontificibus Paulino et Epiphanio ecclesiastica traxisset necessitas — quorum alter Antiochenam Syriae, alter Salaminiam Cypri rexit ecclesiam — et uerecunde nobilium feminarum oculos declinarem, ita egit secun-

1 cf. Ioh. 18, 16 cf. Ioh. 19, 26—27 7 cf. Plato, Phaedo p. 64 A 8 *I Cor. 15, 31 10 *Luc. 14, 27 13 *Ps. 43, 23 (22); Rom. 8, 36 15 *Eccli. 7, 40 17 Persius V 153 21 cf. Rom. 12, 1

2 sua ς suam *codd.* acciperet *B* 3 ut] et ς 6 adol. *Ap.c.m2B* 8 dixit ς quotidie inquit ς 9 per] propter ς salutem] gloriam *B* 12 sanctus spir. *B* 13 te inquit *B* 14 sumus *om.*ς ouis *AD* illā sententiā *Ap.c.m2* 15 die *D* diei *B* 16 dissertissimeque (—ae *A*) *Aa.c.m2D* dis(ss *A*)ertissimique *ABp.c.m2* di*e*tissimique (dilectissimique?) *Ba.c.m2* satyrici *AD* 17 memor] *seq.ras.1 litt.B* laeti *DB* ora *A* gła (= gloria) *D* 18 inde] idē *Ap.c.m2* 19 sic *ex* si *m2A* 20 crederet se *B* esse *om.D* moritura *Aa.c.m2D* 21 differens *Aa.c.m2D*; *add.* se ς deo placentem *B* 22 et *om.A* me *ex* e *m2A* roma *D* 23 eph(h *exp.*)iphanio *A* epyphanio *D* transisset *D* 24 anthiocenam *D* salaminiam (*alt.* i *eras.*) *A* salaminia *D* 25 egit] erat *ex* erit *m2A*

dum apostolum inportune, oportune, ut pudorem meum sua superaret industria. et quia alicuius tunc nominis aestimabar super studio scripturarum, numquam conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret nec statim adquiesceret, sed moueret e contrario quaestiones, non ut contenderet, sed ut quaerendo disceret earum solutiones, quas opponi posse intellegebat. quid in illa uirtu- 2
tum, quid ingenii, quid sanctitatis, quid puritatis inuenerim, uereor dicere, ne fidem credulitatis excedam et tibi maiorem dolorem incutiam recordanti, quanto bono carueris. hoc solum dicam, quod, quicquid in nobis longo fuit studio congregatum et meditatione diuturna quasi in naturam uersum, hoc illa libauit, hoc didicit atque possedit, ita ut post profectionem nostram, si aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur. et quia ualde prudens erat et nouerat illud, quod appellant philo- 3
sophi τὸ πρέπον, id est decere, quod facias, sic interrogata respondebat, ut etiam sua non sua diceret, sed uel mea uel cuiuslibet alterius, ut et in ipso, quod docebat, se discipulam fateretur — sciebat enim dictum ab apostolo: docere autem mulieri non permitto —, ne uirili sexui et interdum sacerdotibus de obscuris et ambiguis sciscitantibus facere uideretur iniuriam.

8. In nostrum locum statim audiuimus te illius adhaesisse consortio et numquam ab illa ne transuersum quidem unguis, ut dicitur, recessisse eadem domo, eodem cubiculo, uno usam cubili, ut omnibus in urbe clarissima notum fieret et te matrem et illam filiam repperisse. suburbanus ager uobis pro monasterio fuit et rus electum propter solitudinem. multoque ita uixistis tempore, ut imitatione uestri et conuersatione multarum gauderemus Romam

1 *II Tim. 4, 2 18 I Tim. 2, 12

1 inportuna *Ap.c.m2* oportune *om.A* 2 quia ς qui *codd.* tunc *om.B* nominis esse ς existimabar ς 3 quin (uin *in ras.m2*) *B* qui *Ap.c.* 4 nec ut ς e] et *D* 5 ut non *A* conderet *A* 6 opponere *Ap.c.m2* posset *A* 7 *pr.* quid] quod *A* 8 fide *D* 10 longe *D* 11 libauit *B* liba ul *D* liba (*s.l.* ens *m2*) uel *A* 12 si de *Ap.c.m2B* 15 *TO TIPETIONC A* to *TIPETION D* troiepon *B* decere ς docere *B* dicere *A* discere *D* quid *D* sic *ex* si *D*; *add.* ad ς 17 et in] in eo *B* quo *D* 21 loc. nostr. te aud. stat. *B* statum *D* 22 unguem *B* 23 dicetur *D* diceretur *A* uno *om.*ς usa *A* cubili *om.*ς 24 kma (= karissima) *D* 25 reper. *D* pro mon.] primo monasterium *A* 26 rus] rursum *Dp.c.m2* propter solicitudinem *A* pro solitudine ς 27 ex imitatione ς et *om.*ς conuersione *D*

2 factam Hierosolymam. crebra uirginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo, ut pro frequentia seruientium deo, quod prius ignominiae fuerat, esset postea gloriae. interim absentiam nostri mutuis solabamur adloquiis et, quod carne non poteramus, spiritu reddebamus. semper se obuiare epistulae, superare officiis, salutationibus praeuenire. non multum perdebat, quae iugibus sibi litteris iungebatur.

9. In hac tranquillitate et domini seruitute heretica in his prouinciis exorta tempestas cuncta turbauit et in tantam rabiem concitata est, ut nec sibi nec ulli bonorum parceret. et quasi parum esset hic uniuersa mouisse, nauem plenam blasphemiarum Romano intulit portui inuenitque protinus patella operculum et Romanae 2 fidei purissimum fontem lutosa caeno permiscuere uestigia. nec mirum, si in plateis et in foro rerum uenalium pictus ariolus stultorum uerberet nates et obtorto fuste dentes mordentium quatiat, cum uenenata spurcaque doctrina Romae inuenerit, quos induceret. tunc librorum *περὶ ἀρχῶν* infamis interpretatio, tunc discipulus *ὄλβιος* uere nominis sui, si in talem magistrum non inpegisset, tunc nostrorum *διάπυρος* contradictio et pharisaeorum turbata 3 schola. tunc sancta Marcella, quae diu coniuerat, ne per aemulationem quippiam facere crederetur, postquam sensit fidem apostolico ore laudatam in plerisque uiolari, ita ut sacerdotes quoque et nonnullos monachorum maximeque saeculi homines in adsensum sui traheret ⟨hereticus⟩ ac simplicitati inluderet episcopi, qui de suo ingenio ceteros aestimabat, publice restitit malens deo placere quam hominibus.

14 ariolus] *scil.* Rufinus 18 *ὄλβιος*] *scil.* Macarius, Rufini discipulus 24 episcopi] *scil.* Siricii papae 25 cf. Act. 5, 29

1 facta *A* hiero(u *D*)solimam *AD* iherosolimam *B* 3 ig(*ex* n m^2*A*)nominia *AD* absentia *A* 5 retinebamus *B* obuiare se *Ba.c.m2* obuiare *Bp.c.m2*ς epistolis *Bp.c.m2*ς 6 perdebat absentia *B* 8 in] et in *A* 9 et *om.B* tanta *D* 12 portu *A* 13 fonte *D* lutusa *Aa.c.m2Bp.c.m2* ceno *AD* 14 fictus *AD* 15 natos *A* (o *ex* u *m2*) *D* fustes *D* 16 uenata *AD* 17 librum peryarchon *B* 18 *OABIOT A OΛBIOT D OABTOC B* 19 *διάπυρος scripsi* diapiros *B* *ΔIAΠΠPOT D* *ΔIAΛΠPOT A* *διάλυτος Martian., Vall.* turbata est ς 20 scola *codd.* coniuerat *scripsi* conibuerat *D* cohibuerat *A*,*Ba.c.m2* se cohibuerat *Bp.c.m2*ς 21 uideretur ς 22 quosque *Bp.c.m2* 24 hereticus *addidi*, *om.codd.* simplicitate *AD* episcopo *B* 25 estimat *A* mallens *Bp.c.m2*

10. Laudat saluator in euangelio uilicum iniquitatis, quod contra dominum quidem, attamen pro se prudenter fecerit. cernentes heretici de parua scintilla maxima incendia concitari et suppositam dudum flammam iam ad culmina peruenisse nec posse latere, quod multos deceperat, petunt et inpetrant ecclesiasticas epistulas, ut communicantes ecclesiae discedere uiderentur. non multum 2 tempus in medio, succedit in pontificatum uir insignis Anastasius, quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub tali episcopo truncaretur; immo idcirco raptus atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur dicente domino ad Hieremiam: ne oraueris pro populo isto neque depreceris in bonum, quia, si ieiunauerint, non exaudiam preces eorum et, si obtulerint holocausta et uictimas, non suscipiam eas; in gladio enim, fame et pestilentia ego consumam eos. dicas: 'quo hoc?' ad laudem Marcellae. damnationis 3 hereticorum haec fuit principium, dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi et postea ab heretico fuerant errore correcti, dum ostendit multitudinem deceptorum, dum inpia περὶ ἀρχῶν ingerit uolumina, quae emendata manu scorpii monstrantur, dum acciti frequentibus litteris heretici, ut se defenderent, uenire non ausi sunt tantaque uis conscientiae fuit, ut magis absentes damnari quam praesentes coargui maluerint. huius tam gloriosae uictoriae origo Marcella est 4 tuque caput horum et causa bonorum, quae scis me uera narrare, quae nosti uix de multis pauca dicere, ne legenti fastidium faciat odiosa replicatio et uidear apud maliuolos sub occasione laudis alterius stomachum meum digerere. pergam ad reliqua.

11. De occidentis partibus ad orientem turbo transgressus minitabatur plurimis magna naufragia. tunc inpletum est: putas,

1 cf. Luc. 16, 8 11 *Hier. 14, 11—12 29 *Luc. 18, 8

1 uill. *B* 2 quidem] *add.* fraudulenter ς ac tamen *D* 6 discedere *D*, *Ba.c.m2* discere *A* discedere non *Bp.c.m2* (*sed de discedente, i. e. proficiscente, Rufino loquitur Hier.*) discessisse ς uideretur *A* 9 semel latam] simulatam *B* 11 iheremiam *B* 13 hol. et uict. obt. ς 15 enim et ς consumma *A* 16 quid *B* haec ς dam(p *B*)nationes *ABa.c.m2,D* 17 hoc *Ap.c.m2* 18 correpti *D* 19 *ITEPIAPXAIN A ΠΕΡΙΑΡΧΑΙΝ D* peryarchon *B* 20 emendata *B* enim data *AD* monstrabantur *D* —batur *A* 21 sunt ausi ς 22 fuit consc. *B* 24 quae *om.*ς uere *A* 25 pauca me ς 27 ad *ex* et *m2A* 29 putasne *B*

ueniens filius hominis inueniet fidem super terram? refrigerata caritate multorum pauci, qui amabant fidei ueritatem, nostro lateri iungebantur, quorum publice petebatur caput, contra quos omnes opes parabantur, ita ut Barnabas quoque abduceretur in illam simulationem, immo apertum parricidium, quod non uiribus sed uoluntate commisit. sed ecce uniuersa tempestas domino flante deleta est expletumque uaticinium prophetale: auferes spiritum eorum et deficient et in pulueres suum reuertentur. in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, et illud euangelicum: stulte, hac nocte auferetur anima tua abs te; quae autem praeparasti, cuius erunt?

12. Dum haec aguntur in Iebus, terribilis de occidente rumor adfertur obsideri Romam et auro salutem ciuium redimi spoliatosque rursum circumdari, ut post substantiam uitam quoque amitterent. haeret uox et singultus intercipiunt uerba dictantis. capitur urbs, quae totum cepit orbem, immo fame perit ante quam gladio et uix pauci, qui caperentur, inuenti sunt. ad nefandos cibos erupit esurientium rabies et sua inuicem membra laniarunt, dum mater non parcit lactanti infantiae et recipit utero, quem paulo ante effuderat. nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius. deus, uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam, posuerunt cadauera seruorum tuorum escas uolatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae. effuderunt sanguinem

2 cf. Matth. 24, 12 4 Barnabas] uerum uiri nomen ignoratur 7 cf. Hiob 4, 9 8 Ps. 103, 29 9 Ps. 145, 4 11 *Luc. 12, 20 21 *Esai. 15, 1 22 *Ps. 78, 1—3

1 inu. fid. ς 2 amabant] ambulant (*s.l.m1* ł amant) *B* 4 omnis ope *AD* opes omnes ς superabantur *AD* barrabbas *A* barabbas *D* 5 duceretur ς paricidium *A* 6 *alt.* sed *B* et *AD* 7 delectata *A* 8 auferens *A* deficiens *A* 9 in *om.A* 11 hac *ex* ac *AB* auferetur *B* abs *B* a (*seq. ras. 1—2 litt.*) *A* a *D* 12 parasti *B* 13 Iebus] his diebus *B* 14 spoliatusque *D* spoliatur que *A* 15 ammitterent *DB* mitterent *A* perderent ς 16 singultis *A* 17 coepit *AD* periit *B* et] ut *B* 18 inuenti *in ras. m2B* sint *Bp.c.m2* 19 parcet *AD* 20 lactenti *B* in facię *A* recepit *A* 23 sanct. tuum] suum *A* 24 iherus. *B passim* in] ut *AD* 25 seru.] sanctorum *AD*

psorum sicut aquam in circuitu Hierusalem et non erat, qui sepeliret.

quis cladem illius noctis, quis funera fando explicet aut possit lacrimis aequare dolorem?

urbs antiqua ruit multos dominata per annos
plurima perque uias sparguntur inertia passim
corpora perque domos et plurima mortis imago.

13. Cum interim, ut in tanta confusione rerum, Marcellae quoque domum cruentus uictor ingreditur — sit mihi fas audita loqui, immo a sanctis uiris uisa narrare, qui interfuere praesentes, qui te dicunt in periculo quoque ei fuisse sociatam —, intrepido uultu excepisse dicitur introgressos; cumque posceretur aurum et defossas opes uili excusaret tunica, non tamen fecit fidem uoluntariae paupertatis. caesam fustibus flagellisque aiunt non sensisse tormenta, sed hoc lacrimis, hoc pedibus eorum egisse prostratam, ne te a suo consortio separarent, ne sustineret adulescentia, quod senilis aetas timere non poterat. Christus dura corda molliuit et inter cruentos gladios inuenit locum pietas. cumque et illam et te ad beati apostoli Pauli basilicam barbari deduxissent, ut uel salutem uobis ostenderent uel sepulchrum, in tantam laetitiam dicitur erupisse, ut gratias ageret deo, quod te sibi integram reseruasset, quod pauperem illam non fecisset captiuitas, sed inuenisset, quod egeret cotidiano cibo, quod saturata Christo non sentiret esuriem, quod et uoce et opere loqueretur: nuda exiui de uentre matris meae, nuda et redeam. sicut domino uisum est, ita et factum est. sit nomen domini benedictum.

3 Uergil. Aen. II 361—365 et 369 13 Uergil. Aen. VI 266 28 *Hiob 1, 21

1 eorum *AD* tamquam ς aqua *D* 3 *alt.* quis] qui *D* 4 aut] ut *A* lacrimas *A* 9 parsim *D* 10 domus *Aa.c.m2D* 12 in *om.A* 13 cruentus (cr *in ras.*)*A* 15 ei *om.B* intrepidū (—du *D*)*ADa.c.m2* intrepidoque *Ap.c.m2* 16 introgressus *Aa.c.m2D* 17 tun. exc. *B* uoluntaria *A* 18 cesa *D* cessa (*pr.* s *exp.*)*A* 19 prostr. eg. ς 20 adolesc. *B* adolescentiae *ex* adulicentiae (*sic*)*m2A* 21 aetas timere] et aestimare *A* 22 pietatis *Dp.c.m2* beati *om.*ς 23 duxissent *A* nobis *A* 24 sepulcrum *DB* 25 grat; (= gratus)*D* quod] qui *B* int. sibi ς 28 utero ς

14. Post aliquot menses sana, integra uegetoque corpusculo dormiuit in domino et te paupertatulae suae, immo per te pauperes reliquit heredes claudens oculos in manibus tuis, reddens spiritum in tuis osculis, dum inter lacrimas tuas illa rideret conscientia uitae bonae et praemiis futurorum. haec tibi, Marcella uenerabilis, et haec tibi, Principia filia, una et breui lucubratione dictaui non eloquii uenustate sed uoluntate gratissimi in uos animi et deo et legentibus placere desiderans.

CXXVIII.

AD PACATULAM.

1. Causa difficilis paruulae scribere, quae non intellegat, quid loquaris, cuius animum nescias, de cuius periculose uoluntate promittas, ut secundum praeclari oratoris exordium spes magis in ea laudanda quam res sit. quid enim horteris ad continentiam, quae placentas desiderat, quae in sinu matris garrula uoce balbuttit, cui dulciora
2 sunt mella quam uerba? audiat profunda apostoli, quae anilibus magis fabulis delectatur? prophetarum *αἰνίγματα* sentiat, quam tristior gerulae uultus exagitat? euangelii intellegat maiestatem, ad cuius fulgura omnis mortalium hebetatur sensus? ut parenti subiciatur, horter, quae manu tenera ridentem uerberat matrem?

13 cf. Cicero, de re publ. inc. sedis fr. 5 M.

1 aliquod *D,Ba.c.* menses] dies ς sano, integro ς 2 obdormiuit ς paup. suae] pauperem *B* 4 tuis osculis ς tuis oculis *A* oculis tuis *B* tuis *D* conscia *AD* 6 filia principia *B* 7 in uos an. grat. *AD* 8 desid.] *add.* explicit ad principiam uirginem *D*

F = *Veronensis XVI. 14 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*

ad pacatulam *FJΣ* ad Gaudentium (*coll. fine epistulae*)ς; *Hieronymi nomen non exhibent tituli codicum*

11 intelligit ς 12 cuius] eius *Σp.c.* uol. peric. ς periculosa *Σp.c.* 13 exodium ς in ea magis ς 14 sit quam res ς orteris *Fa.c.m2Jp.c.* ortoris *Ja.c.* ortaris (a *in ras.*, ris *s.l.*)*Σ* quae] quequę *Fp.c.m2* placenta *Fp.c.m2,JΣa.c.* placentia *Jp.c.* 15 balbutit *Σa.c.* 17 *A(eras.Σ)ENIΓMATA codd.* aenigmata ς 18 tristitior *F,Ja.r.* geruliae *Fa.r.* gerulicę *Σ* 19 sens. heb. ς sensus *s.l.m2F,om.JΣ* 20 horter *Σa.c.m2* horteri *Fa.c.m2J* hortor *Σp.c.m2* hortari *Fp.c.m2*

itaque Pacatula nostra hoc epistulium post lectura suscipiat; interim 3
modo litterularum elementa cognoscat, iungat syllabas, discat nomina, uerba consociet atque, ut uoce tinnula ista meditetur, proponatur ei crustula mulsi praemia et, quicquid gustu suaue est, quod uernat in floribus, quod rutilat in gemmis, quod blanditur in pupis, acceptura festinet; interim et tenero temptet pollice fila deducere, rumpat saepe stamina, ut aliquando non rumpat, post laborem lusibus gestiat, de matris pendeat collo, rapiat oscula propinquorum, psalmos mercede decantet, amet, quod cogitur dicere, ut non opus sit, sed delectatio, non necessitas, sed uoluntas.

2. Solent quaedam, cum futuram uirginem spoponderint, pulla tunica eam induere et furuo operire palliolo, auferre linteamina, nihil in collo, nihil in capite auri sinere re uera bono consilio, e habere discat in tenero, quod postea deponere conpellatur. aliis contra uidetur. 'quid enim', aiunt, 'si ipsa non habuerit, habentes 2
alias non uidebit? *φιλόκοσμον* genus femineum est multasque etiam insignis pudicitiae, quamuis nulli uirorum, tamen sibi scimus libenter ornari. quin potius habendo satietur et cernat laudari alias, quae ista non habeant. meliusque est, ut satiata contemnat, quam non habendo habere desideret'. tale quid et Israhelitico fecisse domi- 3
num populo, ut cupientibus Aegyptias carnes usque ad nausiam et uomitum praeberet examina coturnicum, multosque saeculi prius homines facilius carere experta corporis uoluptate quam eos, qui a pueritia libidinem nesciant; ab aliis enim nota calcari, ab aliis ignota appeti, illos uitare paenitendo suauitatis insidias, quas fugerunt, hos carnis inlecebris et dulci titillatione corporis blandientis, dum

20 cf. Num. c. 11

1 epistolium (o *ex* u) $F\Sigma$ 2 litterarum ς 3 istę *Fa.c.* iste *Ja.c.m2* proponantur ς 4 crustela *Ja.c.* mulsa ς 5 gemis *F* pubis *Jp.c.m2*Σ 6 festinet *Fp.c.* —nat *cet.* tentet ς police Σ ducere ς 7 stamia *Fa.c.m2* stami*(na *s.l.*)Σ 8 gestia *Fa.c.m2*Σ osc.] oculo *F* 9 discere ς 11 spoponderint *Σp.c.m2* —rit *cet.* pullata *Fp.c.m2* (ta *eras.*) 12 fuluo *Jp.c.m2* pallio Σ 14 in tenero *s.l.m2*Σ ponere ς aliis] *add.* e *s.l.m2*Σ uero e ς 16 *ΦΙΛΙ(Ι eras.)ΟΚΟCΜΟΝ* (n *F*)$F\Sigma$ multasque (s *eras.*)*F* 17 insignes *Σp.c.m2* pudicitiae (e *eras.*)*F* 19 *pr.* non *s.l.J* que *s.l.m2*Σ contempnat$F\Sigma$ 20 tale] *add.* uero ς pop. dom. ς 21 nusiam *Fa.c.m2* nauseam ς 22 prae(e *FJ*)bere *codd.* 23 uoluntate $F\Sigma$ eas $J\Sigma$ 24 calcare *codd.* 25 penitendae *FJ* 26 hos *Σp.c.m2* hoc *cet.* car**nis (carminis *fuisse uid.*)*F* illecebras ς et *om.* ς blandientes ς

mella putant, uenena noxia repperire; mel enim distillare labiis meretricis mulieris, quod ad tempus inpinguet uescentium fauces
4 et postea felle amarius inueniatur. unde et in domini mel sacrificiis non offerri ceraque contempta, quae mellis hospitium est, oleum accendi in templo dei, quod de amaritudine exprimitur 5 oliuarum, pascha quoque cum amaritudinibus comedi in azymis sinceritatis et ueritatis, quos qui habuerit, in saeculo persecutionem sustinebit. unde et propheta mystice cantat: solus sedebam, quia amaritudine repletus sum.

3. Quid igitur? luxuriandum est in adulescentia, ut postea lu- 10 xuria fortius contemnatur? absit, inquiunt; unusquisque enim, in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. circumcisus quis, id est uirgo, uocatus est: non adducat praeputium, hoc est non quaerat pellicias tunicas nuptiarum, quibus Adam eiectus de paradiso 15
2 uirginitatis indutus est. in praeputio quis uocatus est, hoc est habens uxorem et matrimonio pelle circumdatus: non quaerat uirginitatis et aeternae pudicitiae nuditatem, quam semel habere desiuit, sed utatur uase suo in sanctificatione et pudicitia bibatque de fontibus suis et non quaerat cisternas lupanarium dissi- 20
3 patas, quae purissimas aquas pudicitiae continere non possunt. unde et idem Paulus in eodem capitulo de uirginitate et nuptiis disputans seruos carnis uocat in matrimonio constitutos, liberos eos, qui absque ullo nuptiarum iugo tota domino seruiunt libertate. quod

1 cf. Prou. 5, 3 3 cf. Leu. 2, 11 4 cf. Ex. 25, 6 5 cf. Ex. 12, 8 6 I Cor. 5, 8 8 *Hier. 15, 17 11 I Cor. 7, 20 13 *I Cor. 7, 18 15 cf. Gen. 3, 21—24 16 *I Cor. 7, 18 19 cf. I Thess. 4, 4 cf. Prou. 5, 15 20 cf. Hier. 2, 13 22 cf. I Cor. c. 7

1 reperire *Σ* labia *Σ* 2 mulieris ē *J,om.* ς inpinguat *Σp.c.m2* 3 inuenitur *Σ* 4 sacrificiis mel *Σp.c.m2* offertur *Σp.c.m2* offerunt ς 5 accenditur *Σp.c.m2* 6 pasca *Σ* cōmedi *F*; *add.* iubetur *in mg. m2Σ* azimis *codd.* 7 quos (*sc. azymos panes*)] quas ς 8 mistice *FΣ* sed. solus ς 9 sum] eram *Σa.c.m2* 10 *pr.* luxor. *Fa.c.Σ* adulisc. *F*, *Σa.c.m2* *alt.* luxor. *FΣa.c.* 11 contempna(*ex* e *F*)tur *FΣ* absit uero ς 13 uirgo uocatus est *s.l.m2Σ* 15 pelicias *Fa.c.* pelliceas ς 16 uirg.] *add.* et *Fa.c.Σ* est et *Ja.c.* preputium *F* 17 matrimonii *Fp.c.m2Σp.c.* 20 lupanarum *Σ* lupinarium *Fa.c.m2J* luparum ς 23 uocans *FJ* liberos] *add.* ů (= uero) *eras.Σ* 24 nullo (n *eras.*) *Σ*, *om.*ς iugo nupt. *Σ* quod ς quid *codd.*

loquimur, non in uniuersum loquimur, sed in parte tractamus, nec de omnibus, sed de quibusdam dicimus. ad utrumque sexum, non solum ad uas infirmius, noster sermo dirigitur. uirgo es: quid te mulieris delectat societas? quid fragilem et sutilem ratem magnis committis fluctibus et grande periculum nauigationis incertae securus ascendis? nescis, quid desideres, et tamen sic ei iungeris, quasi aut ante desideraueris aut — ut leuissime dicam — postea desideraturus sis. 'sed ad ministerium iste sexus est aptior'. elige ergo anum, elige deformem, elige probatae in domino continentiae. quid te adulescentia, quid pulchra, quid luxuriosa delectat? uteris balneis, cute nitida, rubicundus incedis, carnibus uesceris, affluis diuitiis, pretiosa ueste circumdaris et iuxta serpentem mortiferum securum dormire te credis? an non habitas in eodem hospitio, in nocte dumtaxat? ceterum totos dies in huiusce modi confabulatione consumens quare solus cum sola et non cum arbitris sedes? cum etiam ipse non pecces, aliis peccare uidearis, ut exemplo sis miseris, qui nominis tui auctoritate delinquant. tu quoque, uirgo uel uidua, cur tam longo uiri sermone retineris? cur cum solo relicta non metuis? saltim alui te et uessicae cogat necessitas, ut exeas foras, ut deseras in hac re, cum quo licentius quam cum germano, multo uerecundius egisti cum marito. sed de scripturis sanctis aliquid interrogas: interroga publice; audiant pedisequae, audiant comites tuae. omne, quod manifestatur, lux est. bonus sermo secreta non quaerit, quin potius delectatur laudibus suis et testimonio plurimorum. magister egregius contemnit uiros, fratres despicit et in unius mulierculae secreta eruditione desudat.

23 *Eph. 5, 13

2 utrumque enim ς 3 uas] uos *Fp.c.m2* infirmus *F*,*Σa.c.m2* infirmum *Σp.c.m2* 4 dilectat *FΣa.c.m2*,*J* 7 *pr.* aut] haud *Σp.c.m2* desideraberis *Fa.c.m2J* 8 sis *in ras. m2F* elege *Jp.c.m2Σa.c.* 9 *pr.* elege *Jp.c.m2*,*om.*ς *alt.* elege *Jp.c.m2* 10 aduliscentia *FΣ* adulescent(u *s.l.*)la *J* adolescentula ς luxoriosa *F* luxo(u *s.l.m2*)riosam *Σ* 11 rubicundus *FJp.c.m2* —dis *cet.*; *add.* genis ς 13 secure ς an] at ς hospit(c *F*)io *ex* hospit(c *F*)ium *FΣ* 14 huiusce modi] huius ς 15 consumens *scripsi* consumes *codd.* consumis ς 16 cum etiam] ut cum ς 17 delinquunt *JΣ* 18 sermone uiri ς 19 aluitate (ta *eras.*) *J* uesicae *Σ* quogat *F*,*JΣa.c.m2* 20 re] *add.* eum ς 21 inuerecundius ς quam cum marito egisti ς 22 pediss. ς 26 desp. fratres ς fratres] ff (*s.l.* fures) *J*

4. Declinaui parumper de uia occasione aliorum [disputatione] et, dum infantem Pacatulam instituo, immo enutrio, multarum subito male mihi pacatarum bella suscepi. reuertar ad propositum. sexus femineus suo iungatur sexui; nesciat, immo timeat cum pueris ludere. nullum inpudicum uerbum nouerit et, si forte in tumultu familiae discurrentis aliquid turpe audierit, non intellegat. matris nutum pro uerbis ac monitum pro imperio habeat. amet ut paren-
2 tem, subiciatur ut dominae, timeat ut magistram. cum autem uirgunculam et rudem edentulam septimus aetatis annus exceperit et coeperit erubescere, scire, quid taceat, dubitare, quid dicat, di-
scat memoriter psalterium et usque ad annos pubertatis libros Salomonis, euangelia, apostolos ac prophetas sui cordis thesaurum faciat. nec liberius procedat ad publicum nec semper ecclesiarum quaerat
3 celebritatem. in cubiculo suo totas delicias habeat. numquam iuuenculos, numquam cincinnatos uideat uocis dulcedine per aures animam uulnerantes. puellarum quoque lasciuia repellatur, quae, quanto licentius adeunt, tanto difficilius euitantur et, quod didicerunt, secreto docent inclusamque Danaen uulgi sermonibus uiolant.
4 sit ei magistra comes, paedagoga custos non multo uino dedita, non iuxta apostolum otiosa atque uerbosa, sed sobria, grauis, lanifica et ea tantum loquens, quae animum puellarem ad uirtutem instituant. ut enim aqua in areola digitum sequitur praecedentem, ita aetas mollis et tenera in utramque partem flexibilis est et, quocumque
5 duxeris, trahitur. solent lasciui et comptuli iuuenes blandimentis, affabilitate, munusculis aditum sibi per nutrices ad alumnas quaerere et, cum clementer intrauerint, de scintillis incendia concitare paulatimque proficere ad inpudentiam et nequaquam posse prohiberi

18 cf. Horat. c. III 16, 1 19 cf. I Tim. 5, 13

1 de mea disp. al. occas. ς disputatione (—nis *Fp.c.m2*) *seclusi* 2 enutrio *J* et nutrio *FΣ* 3 mihi male ς pacatarum ς pacatorum *Jp.c.m2* peccatorum *cet.* 4 nescio *F* 5 in *s.l.Σ* 6 turpae *J, om.ς* audiat ς 7 monitum *scripsi* monitis (*add.* et *m2Σ*) *codd.* 9 rudem et ς ceperit *F,Σa.c.m2* 10 taceas *Fa.c.* 11 libro *F,Ja.c.m2* salamonis *Σ* 12 ac] et ς 15 dulcedines ς aurem ς 16 quoque] que ς repellantur ς 17 et (t *eras.*) uitantur *F* 21 puellarum *F* 22 areola(*s.l.* āfora) *J*; *fort.* alueolo 23 *γr.* et *om.*ς utramque *ex* utrumque *codd.* (*fort.* partem *del.*) quodcumque *FΣa.c.* 24 contemptuli *Σ* 25 affabilitatem *JΣ* ad] aut ς 27 inpudentiā *Fp.c.m2* inpudentia *cet.* (*quod ab Hieronymo scriptum et 'dicta' uel 'facta' subaudiendum esse non crediderim*) prohibere (h *s.l.Σ*) *codd.*

illo in se uersiculo conprobato: aegre reprehendas, quod sinas consuescere. pudet dicere et tamen dicendum est: 6
nobiles feminae nobiliores habiturae procos uilissimae condicionis hominibus et seruulis copulantur ac sub nomine religionis et umbra continentiae interdum deserunt uiros, Helenae sequuntur Alexandros nec Menelaos pertimescunt. uidentur haec, planguntur et non uindicantur, quia multitudo peccantium peccandi licentiam subministrat.

5. Pro nefas, orbis terrarum ruit et in nobis peccata non corruunt. urbs inclita et Romani imperii caput uno hausta est incendio. nulla regio, quae non exules eius habeat. in cineres ac fauillas sacrae quondam ecclesiae conciderunt et tamen studemus auaritiae. uiuimus quasi altera die morituri et aedificamus quasi semper in hoc uicturi saeculo. auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum et nudus atque esuriens ante fores nostras in paupere Christus moritur. legimus Aaron pontificem isse 2
obuiam furentibus flammis et accenso turibulo dei iram cohibuisse; stetit inter mortem et uitam sacerdos maximus nec ultra uestigia eius ignis procedere ausus est. Moysi loquitur deus: dimitte me et delebo populum istum. quando dicit: dimitte me, ostendit se teneri, ne faciat, quod minatus est; dei enim potentiam serui preces inpediebant. quis, putas, ille sub caelo est, qui 3
nunc irae dei possit occurrere, qui obuiare flammis et iuxta apostolum dicere: optabam ego anathema esse pro fratribus meis? pereunt cum pastoribus greges, quia, sicut populus, sic sacerdos. Moyses conpassionis loquebatur affectu: si dimittis populo huic, dimitte; sin autem, dele me de libro tuo. uult perire cum pereuntibus nec propria

1 Appendix sententiarum u. 180 Ribbeck 13 cf. Tertull. Apolog. c. 39 et supra p. 91, 8 16 cf. Num. 16, 46—50 19 *Ex. 32, 10 24 *Rom. 9, 3 26 *Ex. 32, 32

1 aegre (a *eras.*) *J* reprendas *Ja.c.m2* 2 sinis ς 3 nob. hab.] quae nobiliores habuere neglectui ς procus Σ 5 sequitur *FΣa.c.m2* 9 et *om.* ς ruunt ς 11 nulla est ς eius] Romanos ς cineris *FJ* ac *ex* a *F* 12 fauilla *F*,*Ja.c.m2* 13 uidimus *Ja.c.m2* uidemus Σ 14 saec. uict. Σ 15 nudus] nudens *Fa.c.m2J* 16 nostras *s.l.*Σ Christ. in paup. ς 18 stetit *ex* stet *F*Σ magnus Σ 19 loquitur (*super* r *m2* s ē) *J* 21 teneri] *add.* posse *s.l.m2*Σ 23 nunc *s.l.m2*Σ cum apostolo Σ 26 moyse *FJa.c.* 27 huic *ex* hic *FJ*

salute contentus est. gloria quippe regis multitudo
4 populi. his Pacatula est nata temporibus, inter haec crepundia primam carpit aetatem ante lacrimas scitura quam risum, prius fletum sensura quam gaudium. necdum introitus, iam exitus; talem semper fuisse putat mundum. nescit praeterita, fugit praesentia, futura desiderat. quae ut tumultuario sermone dictarem et post neces amicorum luctumque perpetuum infanti senex longo postliminio scriberem, tua me, Gaudenti frater, inpulit caritas; maluique parum quam nihil omnino poscenti dare, quia in altero uoluntas oppressa luctu, in altero amicitiae dissimulatio est.

CXXIX.

AD DARDANUM DE TERRA REPROMISSIONIS.

1. Quaeris, Dardane, Christianorum nobilissime, nobilium Christianissime, quae sit terra repromissionis, quam Iudaei redeuntes ex Aegypto possiderunt, cum a maioribus eorum iam fuerit ante possessa ac proinde non sit promissa, sed reddita. his enim uerbis uteris in calce epistulae tuae. quod interrogans uideris illud sentire, quod pluribus nostrorum placet, aliam repromissionis esse terram quaerendam, de qua et Dauid loquitur in psalmo: credo uidere bona domini in terra uiuentium et dominus in euangelio: beati mites, quoniam ipsi

1 *Prou. 14, 28 20 Ps. 26, 13 21 Matth. 5, 4

2 Pacatula nostra ς nata est Σ 5 putat fuisse Σ putet fuisse ς nesciat—fugiat—desideret ς 6 quae] haec ς 7 infantis (s *eras.J*) *codd.* 8 tua me *J* tuam (m *eras.*)*F* tua Σ 9 altera *J* 10 aniticiae (*in mg. m2* al amicitiae) Σ conicitiae *J* est] *add.* explicit ad pacatulam *FJ* explicit Σ

J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355* + *356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad dardanum *J* ad dardanum (*add.* de terra repromissionis *in mg. m2*) Σ ad dardanum de terra repromissionis *D* dardano de terra repromissionis *B*; *Hieronymi nomen exhibent tituli codicum JΣB*

13 et nobilium *D* 14 Christianissime *om.B* 15 possederunt *D,Bp.c.* 16 hac perinde *D* 17 tuae *om.B* 19 terram esse *D*

possidebunt terram. utique Dauid, quando haec cantabat 2
in spiritu, in terra repromissionis erat et non solum in Iudaeae finibus morabatur, sed multarum in circuitu nationum uictor extiterat, quae a torrente Aegypti, qui est Rinocorurae, usque ad Eufraten fluuium tendebantur, dicens in alio loco: in Idumaeam extendam calciamentum meum, mihi alienigenae seruient. quomodo ergo se credebat accipere, quod iam uictoria possidebat? et ne forsitan legentibus Iudaeis ambiguum derelinquat, quae sit illa terra, quam uidere cupiebat, ipso sermone demonstrat dicens: credo uidere bona domini in terra uiuentium. ergo terra Iudaeae, quae dicionis illius erat, 3
non est terra uiuentium, id est Abraham, Isaac et Iacob, de quibus dominus in quaestione resurrectionis dicit: non est deus mortuorum, sed uiuentium, uerum terra et regio mortuorum, de quibus loquitur in Ezechihel: anima, quae peccauerit, ipsa morietur et: non mortui laudabunt te, domine, sed nos, qui uiuimus [qui] in resurrectione occursuri domino saluatori dicente apostolo: hoc enim dico uobis in sermone domini, quoniam nos, qui uiuimus, qui relinquimur in aduentum domini, non praeueniemus eos, qui dormiunt. de quibus et Hieremias loquitur: relinquentes super terram scribantur. quodque promittit: credo uidere bona domini, ad spiritalem nos perspicue trahit intel- 4
legentiam. quae enim bona rex alia requirebat aut quo indigebat,

4 cf. Esai. 27, 12 (sec. LXX) 5 *Ps. 59, 10 10 Ps. 26, 13 13 Matth. 22, 32 15 Ezech. 18, 4 16 Ps. 113, 17—18 (25—26) 18 *I Thess. 4, 14 22 *Hier. 17, 13 23 Ps. 26, 13

1 canebat Σ 3 multorum *J* 4 rinocorurae (a *exp.*) *J* rinocorure *B* rino**co(ru *s.l.*)re Σ rinicorus *D*; *seq.* ad *eras.* Σ eufratē *Dp.c.* Euphratem ς ó meum *s.l.J* 7 se *om.D* 8 iudeis leg. *B* 9 ipse *B* 12 ysahac *B* 14 uerumtamen Σ 15 in *om.D* ezechiel *B* hiezechiel *D* 16 laudauerunt *J* 17 *alt.* qui *seclusi* qui et *D* 18 ocursuri $\Sigma a.c.m2$; *add.* sunt *D* sumus *in mg.B* uobis dicimus *B* 20 relinquemur Σ aduentu *Jp.r.*Σ 21 dormierunt *B* 22 iheremias *B* derelinquentes ς; *add.* te *B* 23 scribuntur Σ scribentur ς quotque *J* quod quo *D*; *add.* Dauid ς 24 domini] *add.* in terra uiuentium *partim in ras., partim in mg. m2 B* 25 quo indigebat *in mg.*Σ quid (*ex* quod *m2*) diligebat (dilige *in ras. m2*) *B* quo requirebat *J*

qui tantae potentiae fuit, ut partis per illum opibus Salomon, filius eius, quo nullus in orbe terrarum ditior fuit, contentus esset? sed in terra uiuentium bona illa requirebat, quae nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt, quae praeparauit deus diligentibus se. quod autem in euangelio dicitur: beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, iuxta litteram sibi uidetur esse contrarium. non enim terrae promissio mansuetorum est et mitium, qui saepe etiam a parentibus derelicta perdunt propter mansuetudinem, sed uirorum fortium et uiolentorum, qui sunt ad bella promptissimi. denique et in psalmo quadragesimo quarto, qui sub nomine Salomonis ad Christi ecclesiaeque eius sacramentum refertur, scribitur: accingere gladium super femur tuum, potentissime. specie tua et decore tuo et intende et prosperare et regna propter mansuetudinem et iustitiam et ueritatem et deducet te mirabiliter dextera tua. hic est, qui et in psalmo alio loquebatur: memento, domine, Dauid et omnis mansuetudinis eius et iterum: adsumens mansuetos dominus et apertius in euangelio: discite a me, quia humilis sum et mansuetus corde. in cuius typo et Moyses omnium hominum, qui erant super terram, mansuetissimus scribitur.

2. Haec est, ut diximus, terra uiuentium, in qua sanctis uiris atque mansuetis bona domini praeparantur, quae ante aduentum in carne domini saluatoris nec Abraham nec Isaac nec Iacob nec

3 *I Cor. 2, 9 6 Matth. 5, 4 13 *Ps. 44, 4—5 18 Ps. 131, 1 19 *Ps. 146, 6 21 *Matth. 11, 29 22 cf. Num. 12, 3

1 fuit pot. Σ partis] partitis *D*,Σ*Bp.c.m2* illorum *J*,*Ba.c.m2* salamon Σ salomo *Ba.c.* 2 contemptus *B* esset *s.l.*Σ,*in ras.m2B* ē *J* 3 illa *s.l.B* quaerebat *D* 4 ascendit *D* 7 uidetur sibi *B* 8 posessio (pose *in ras.m2*)*B* possessio (*in mg.* ał promissio)Σ possessio *D* 11 prumptissimi Σ fortissimi *B* qui *add.m2B* 12 salamonis Σ xpi eccłeq; *ex* xpm eccłamq; *B* ubi(*exp.*)refertur *B* fertur Σ*a.c.* 13 scribitur *om.B* gladium *J*,Σ*a.c.* gladio Σ*p.c.* gladio tuo (*in mg.m2* gladium tuum) *B*,*om.D* 14 tuo *ex* tua *m2B* 15 *pr.* et *s.l.*Σ, *om.*ς *alt.* et *s.l.*Σ,*om.J* prosperare (re *eras.*) *J* 18 alio psalmo ς domine *s.l.*Σ 20 dom. mans. Σ 21 humilis] mitis *B* mansuetos *J* humilis *B* 22 typum *D* 26 ysahac *B* *quart.* nec *s.l.m2B*

prophetae et alii iusti uiri consequi potuerunt. denique et Abraham, licet diuersis locis, cum Lazaro uidetur apud inferos et Iacob, uir iustus, dicit: lugens et gemens descendam ad infernum. sanguis Christi clauis paradisi est dicentis ad latronem: hodie mecum eris in paradiso. ista est, ut diximus, 2 terra uiuentium, terra diuitiarum et bonorum dei, quae primus Adam perdidit et secundus inuenit, immo ab illo perditam iste restituit dicente apostolo: regnauit mors ab Adam usque ad Moysen — sub cuius persona lex intellegitur — in similitudinem praeuaricationis Adam, qui est forma futuri. uolumus scire, quae sit terra, manifestius? 3 legamus Malachiam: beatos uos dicent omnes, dicit dominus, quoniam eritis uos terra uoluntaria, quae significantius Graece appellatur θελητή, quam uel sancti desiderent uel quae placeat deo. Esaias quoque in haec uerba con- 4 sentit dicens: et erit uir abscondens sermones suos et apparebit in terra Sion sicut fluuius gloriosus in terra sitienti. quae est terra Sion, in qua apparebit fluuius gloriosus? illa uidelicet, de qua idem Dauid in alio psalmo canit: gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei, et iterum: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. istas portas 5 diligit deus, quas uidemus in cineres et fauillas esse conuersas? non dico prudentibus, sed ne stultis quidem hoc persuaderi potest. ego arbitror et illud, quod in sexagesimo quarto psalmo legimus: uisitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare illam. fluuius dei repletus

2 cf. Luc. 16, 23—31 3 *Gen. 37, 35 5 Luc. 23, 43 8 Rom. 5, 14 12 *Mal. 3,12 16 *Esai. 32,2 20 Ps. 86,3 21 Ps. 86,2 26 *Ps. 64,10—11

1 *pr.* et] nec *B* habraham *Σ* 4 paradysi *Σp.c.D* 5 paradyso *JΣD* 6 quae] quam *B* 7 secundus Adam *ς* illam *D* perditam (*non* perdita) *codd.* 9 sub—lex *partim in ras., partim in mg. m2 B* 10 adae *Σ* ade *D* 11 formam *J* manif., quae sit haec terra *ς* haec terra *Dς,Bp.c.m2* 12 legimus *D* malachi *D* in Malachia *ς* 13 in terra *ς* 14 apellatur *ΣDB* *ΘΕΝΙΘΗ J EENIEN Σ ΘΕΝΙΤΝ D ΘΗΝΙΘΗ B* 15 desiderant *ΣD* uel quae] que *ex* uel *m2B* esaya *B* 16 uir] urbs *Bmg.m2* 17 syon *B passim* 18 syon terra *B* 22 numquid istas *B* 23 dn̄s *B* 24 ne] nec *JΣ* persuadere *D* 25 quarto decimo *Σ* XIIII *J* 27 illam] eam *DB*

est aquis; parasti cibum illorum, quoniam sic est praeparatio tua. sulcos eius inebria, multiplica genimina illius; in stillicidiis
6 eius laetabitur germinans, huic sensui conuenire. illa enim terra cotidie uisitatur a deo, inebriatur cunctisque est plena diuitiis. de hac fluuius egreditur dei, de quo scriptum est: fluminis impetus laetificat ciuitatem dei, qui et in descriptione templi Ezechihel mystico sermone narratur, in cuius ripis arbores sunt ex utraque parte per singulos menses nouis frugibus abundantes, de qua terra et in Prouerbiis uir scripsit sapientissimus: qui operatur terram suam, inplebitur
7 panibus. quod si de hac terra, quam cernimus et quae magis a peccatoribus possidetur, de qua scriptum est: maledicta terra in operibus, aliquis intellegendum putat, respondeat, quomodo possit haec stare sententia: qui operatur terram suam, inplebitur panibus. quanti enim operantur terram et exercent uomere et tamen multis inpedientibus causis egestate conficiuntur et penuria! sed considerandum, scriptura quid dicat: qui operatur terram 'suam', quae proprie iuris sui est, de qua numquam eici potest; secundum quem sensum et illud scriptum est: redemptio animae uiri propriae di-
8 uitiae. et hoc secundum litteram mentiri putes: quanti enim alienis amicorumque redimuntur pecuniis! huius terrae cultores agricolae apostoli sunt, quibus dicitur: uos estis sal terrae et in alio loco: in patientia uestra possidebitis

6 Ps. 45, 5 8 cf. Ezech. c. 47 9 cf. Ezech. 47, 12 11 *Prou. 12, 11 13 *Gen. 3, 17 15 *Prou. 12, 11 19 Prou. 12, 11 21 *Prou. 13, 8 24 Matth. 5, 13 25 Luc. 21, 19

1 cybum $J\Sigma$ illorum] eorum D 2 (s *s.l.*)ic B ita Σ tua] eius Σ,*om.*D inhebria JB 3 illius] eius Σ 4 eius] illius Σ 5 etenim B deo] *add.* et D,$\Sigma Bp.c.m2$ inhebriatur JB plena est ς 6 $\overline{\text{ds}}$ D deo ς 8 ezechihel (*cf. p. 163, 15*)Σ hiezechiel D ezechiel JB 10 habundantes (h *eras.*Σ dan *s.l.*B) *codd.* 14 operibus] *add.* tuis D,$\Sigma Bs.l.m2$ aliquid $J\Sigma$ 15 hec stare possit B 16 enim *om.*D operanti J 17 *pr.* et *om.*D uomeres D impedimentis D aegestate (—tae J)$J\Sigma$ 18 paenuria $J\Sigma$ consid. est B quid *ex* quod J 21 diuiciae B; *add.* eius Σ 22 mentiri putes *scripsi* sentiri potest $J\Sigma D$ sentiri non potest ς utcumque (*in ras. m2*) sentiri potest (test *in ras. m2*) non plene tamen (non plene tamen *exp.*)B 23 cult. et agr. D,$Bp.c.m2$ 25 *alt.* in *add.m2* B

animas uestras, quorum unus, uas electionis, confidentissime loquebatur: dei enim cooperatores sumus, dei agricultura, dei aedificatio estis et multa alia, quae idcirco non replico, ne sensum uidear legentis obtundere et memoriae illius diffidere.

3. Illud quoque sollicita mente tractemus et scripturarum nos doceat auctoritas, sanctos huius terrae, quam Iudaei terram repromissionis autumant, non habitatores esse, sed accolas atque peregrinos. ex iusti uiri persona legimus: aduena sum ego et peregrinus sicut omnes patres mei. qui cum diu in terrae huius tenebris uersaretur, flebiliter ingemiscit et dicit: heu me, quia peregrinatio mea prolongata est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum accola fuit anima mea. ubicumque autem habi- 2
tator terrae legitur, et priora et media et extrema tractemus et liquido scripturarum poterit regula conprobari, semper habitatores terrae peccatores appellari, de quibus in Apocalypsi Iohannis illud exemplum est: uae habitatoribus terrae. Abraham, ad quem primum facta est promissio dicente domino: tibi dabo terram hanc et semini tuo, iuxta Stephani, primi in Christo martyris, concionem ne uestigium quidem pedis dicitur accepisse. ita enim scriptum est: tunc egressus de terra 3
Chaldaeorum habitauit in Charran et inde, postquam mortuus est pater eius, migrauit in terram, in qua nunc uos habitatis; et non dedit ei possessionem, ne uestigium quidem

1 cf. Act. 9, 15 2 *I Cor. 3, 9 9 *Ps. 38, 13 12 *Ps. 119, 5—6 18 *Apoc. 8, 13 19 *Gen. 12, 7 22 *Act. 7, 4—5

3 estis *s.l.m2B,om.J* 4 sensum—5 diff. *partim in ras., partim in mg.m2B* sensum—et *in mg.Σ,om.J* leg. uid. *Σ* 6 scriptorum *D* 7 sanctos] quod omnes sancti *B* 8 non—9 leg. *in mg. inf.Σ,om.J* habitationem pro incolatu senserunt, unde propheta *B* 9 ego sum *B* 11 uers. in terre huius ten. *B* ingemescit *Σp.c.m2D* 13 caedar *J* 14 accula *J,Da.c.* acola *Σa.c.B* incola *ς* 17 de quibus] denique *B* apocalipsi *B* apocaly(*ex* i *Σ*)psin *JΣ* iohannis scribit (*eras.*)*Σ* 18 ue *DB* 19 repromissio *D* 20 martiris in $\overline{\text{xpo}}$ *B* 21 martyri *D* contentionem *J* nec *D,Bs.l.* pedis] *add.* huius terrae *D*, *Σs.l.m2B in mg.m2* 23 caldeorum *B* charran *D* carran *B* carrā *J* ca(r *s.l.*)-ram *Σ* 25 uos nunc *D* 26 eis *D* poss.] *add.* in ea *s.l.m2B* nec *ΣDB*

pedis, quam repromisit dare ei in possessi-
4 onem et semini eius post ipsum. ac ne forsitan lectoris tacita cogitatio trahat eum ad illam intellegentiam, ut, quod non est datum parenti, reddatur posteris, uas electionis loquitur ad Hebraeos: fide, qui uocatur Abraham, oboediuit egredi in locum, quem accepturus erat in possessionem, et egressus est nesciens, quo iret. fide peregrinatus est in terra repromissionis quasi in aliena in tabernaculis habitans cum Isaac et Iacob, coheredibus eiusdem promissionis; expectabat enim fundamentum habentem ciuitatem, cuius artifex
5 et creator deus est. et iterum, cum de Abel et Enoch, Noe Sarraque dixisset, intulit: iuxta fidem mortui sunt hi omnes non acceptis repromissionibus, sed procul eas uidentes et salutantes et confitentes, quia peregrini et aduenae sunt super terram. qui enim sic loquuntur, ostendunt, quod quaerant patriam. et, siquidem illius recordabantur, de qua egressi erant, habebant tempus, ut reuerterentur; nunc uero
6 meliorem desiderant, id est caelestem. multisque in medio sanctis ad extremum intulit: et hi omnes testimonium habentes in fidem non acceperunt repromissionem deo de nobis quid melius prouidente, ne sine nobis perfecti fierent.

4 cf. Act. 9, 15 5 *Hebr. 11, 8—10 13 cf. Hebr. 11, 4. 5. 7. 11 14 *Hebr. 11, 13—16 23 *Hebr. 11, 39—40

1 quam] sed *in ras.m2B* in possess. *om.Σ* in *add.m2B* 2 ipsum] eium (i *del.*)*D* ac] hac *D* 5 habraham *B* 8 ire *B* terrā *Bp.c.m2* 9 quasi in aliena in *in ras. m2B* tabern.—11 enim *in mg. m2B* 10 heredibus *Σ* et heredibus *J* et coheredibus *ς* 11 exspectauit *ς* ciu. hab. fund. *B* 12 art. et creat.] rector et art. *B* 13 est deus *Σ* habel *B* enoc *B*; *add.* et *Σ* 14 Saraque *ς* iuxta—15 omnes] et hii omnes iuxta fidem defuncti sunt *B* 15 hii *JB* 16 confidentes *JΣ* 17 peregrina *Σa.c.* peregrinia (a *eras.*) *J* aduena *J* sunt (*s.l.* erant *eras.*)*Σ* erant *D* 18 sic *B* se *J* haec *Σs.l.m2D* 19 quae(e)runt *J*,*Σa.c.* 23 sanctis] *add.* commemoratis *D*,*Σ Bs.l.m2* hii *JB* 24 habent et *J* fide *Σp.c.m2D* 25 de] pro *B* melius quid *D* 26 fuerint *JD*,*Σa.c.*

accessimus enim ad montem Sion et ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem caelestem, et multa milia angelorum sollemnitatis et ecclesiam primitiuorum, qui scripti sunt in caelis. nec me fugit, quod perfidia Iudaeorum haec testimonia 7 non suscipiat, quae utique ueteris testamenti auctoritate firmata sunt. illud nostris dicendum est, hanc epistulam, quae scribitur ad Hebraeos, non solum ab ecclesiis orientis sed ab omnibus retro ecclesiae Graeci sermonis scriptoribus quasi Pauli apostoli suscipi, licet plerique eam uel Barnabae uel Clementis arbitrentur, et nihil interesse, cuius sit, cum ecclesiastici uiri sit et cotidie ecclesiarum lectione celebretur. quodsi eam Latinorum consuetudo non recipit 8 inter scripturas canonicas, nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsin Iohannis eadem libertate suscipiunt, et tamen nos utramque suscipimus nequaquam huius temporis consuetudinem sed ueterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque abutuntur testimoniis, non ut interdum de apocryphis facere solent — quippe et gentilium litterarum raro utantur exemplis —, sed quasi canonicis et ecclesiasticis.

4. Respondeant mihi, qui hanc terram — quae nunc nobis Christi passione et resurrectione terra repromissionis effecta est — possessam putant a populo Iudaeorum, postquam est reuersus ex Aegypto, quantum possederit: utique a Dan usque Bersabee, quae uix centum sexaginta milium in longum spatio tenditur. neque enim Dauid

1 *Hebr. 12, 22—23 20 Respond.—*p. 170, 10* barbar.] = Eucherii epist. ad Faustum p. 129, 5—20 Geyer

1 monte *D* 2 ihrlm *B* ihrl *J* 3 multorum *B* solemn. *Σ* sollempnitatē*B* ecclesia (ecl— *Σ*)*JΣ* 5 me *s.l.Σ* test. tam clara (*add.* tam *s.l.m2*) aperta *B* 7 inscribitur *D*,*Bp.c.m2* 8 ad—omnibus *in ras. m2 B* 9 ecclesiasticis *ς* 10 *pr.* uel *om.D* 11 ecclae(ecle— *Σ*)siasti *J*,*Σa.c.* cottidie(—ae *J*)*JΣ* quotidie *B* 12 caelebretur *J* eam *in ras. m2 B* e(*eras.*)iam *J* consuetudine *D* 13 apocalipsin *ΣB* —lypsen *Ja.c.* —lypsi *D* 14 iohannes *J* tamen *ex* tanto *B* nos *s.l.J* utramque (m *eras.*)*Σ* 17 abutuntur (ab *eras.*) *B* apocriphis *B* apocrifis *cet.* 18 quippe] *add.* qui *D*,*Σs.l.m2* utuntur *B* (*cf. ind. gramm.*) 21 terra *ex* terrae *J* 22 reuersus est *B* reuersus *Euch. Paris.* ex *s.l.B* 23 patet quantum *B* possiderit *J* utique *Σin mg.D*,*om.JB* usque ad *Euch.* bersabee *Euch. Par.* bersabeę *B* uersabeę *D* bersabae (—bę *Σ*)*JΣ* bersabe *Euch. Esc.* quae] qui *JB Euch. Esc.* CLX *codd.* CXL *Euch. Par.* 24 spatio (spatium *Par.*) in longum *Euch.* in longe *D* enim *om. Euch. Par.*

et Salomon, potentissimos reges, exceptis his, quos post uictoriam
2 in amicitiam receperunt, plus tenuisse scriptura testatur. et hoc
dico, ut taceam quinque Palaestinae ciuitates, Gazam, Ascalonem,
Geth, Accaron, Azotum, Idumaeos quoque ad meridianam plagam
septuaginta quinque milibus ab Hierosolyma separatos, Arabas et
Agarenos, quos nunc Sarracenos uocant, in uicinia urbis Hierosolymae.
pudet dicere latitudinem terrae repromissionis, ne ethnicis occasio-
3 nem blasphemandi dedisse uideamur. ab Ioppe usque ad uiculum
nostrum Bethleem quadraginta sex milia sunt, cui succedit uastissi-
ma solitudo plena ferocium barbarorum, de quibus dicitur: c o n-
t r a f a c i e m o m n i u m f r a t r u m t u o r u m h a b i t a-
b i s et quorum facit poeta eloquentissimus mentionem: l a t e-
q u e u a g a n t e s B a r c a e i, a Barca oppido, quod in solitudine
situm est, quos nunc corrupto sermone Afri Baricianos uocant. hi
sunt, qui pro locorum qualitatibus diuersis nominibus appellantur
et a Mauritania per Africam et Aegyptum Palaestinamque et Phoe-
nicem, Coelen Syriam et Osrohenen, Mesopotamiam atque Persidem
4 tendunt ad Indiam. haec, Iudaee, tuarum longitudo et latitudo

2 cf. I Reg. 3, 20; II Reg. 3, 10; II Reg. 17, 11; II Reg. 24, 2 et 15; III Reg. 4, 25; I Par. 21, 2; II Par. 30, 5 10 *Gen. 16, 12 12 Uergil. Aen. IV 42 sq.

1 salamon Σ salomonem *Euch.* hiis *B* iis ς 2 script. ten. *B* 3 ut taceam quinquę palestine *omnia praeter* ne *in ras. m2 B* ut taceam quinque *s.l.* Σ ut taceam *om. J* urbes *B* gazan *D* ascalonam *Jp.c.* ascalon *Euch. Esc.* et ascalon et *B* 4 geth et *D* acaron $\Sigma a.c.$ accharon *Euch. Esc.*; *add.* et *B* a meridiana plaga *D Euch.*; *add.* uix *D*, $\Sigma m2$ *in mg. Euch.* 5 LXXV *JB*, Σ *in textu* XXV Σ *in mg. Euch.* uiginti quinque *D* ab hier. milibus *D Euch.* hierosolyma *J* hierosolima *Euch. Esc.* hierusolyma *D* hierusolima *Euch. Par.* hieru(o *m2*)solima Σ ierosolima *B* Ierosolyma ς et separatos *J* arabes *Euch.* 6 uicina *J*, $\Sigma a.c.$ hierosolimae Σ hieroł *J* ierosołę *B* hierusalem *D Euch.* Ierusalem ς putet *J* 7 ęt(h *s.l.*)nicis Σ 8 ab] a *Euch.* 9 bethleem *JB Euch. Par.* bethlem $\Sigma a.c.$ *Euch. Esc.* bethlehem $\Sigma p.c.D$ cui] huic *B* 11 suorum habitabit ς 12 poętę *Da.c.m2* lateque] lazaeque *J* 13 uagantes *om. D* barcaei *D* barchei $\Sigma p.c.$ bacchei *J*, $\Sigma a.c.$ bachei *B* barca *D* barcha $\Sigma p.c.$ baccha *J*, $\Sigma a.c.$ bacha *B* 14 barachianos *J*Σ baracanos *B* appellant *B* 16 ae(e Σ *B*)gy(i *B*)ptum et af(ff Σ)ricam *J*Σ*B* phalestinamque *J* phenicem *D* foenicem Σ fenicem *JB* 17 et hoshrohenen (*alt.* h *eras.*) *s.l.* Σ, *om. JB* et osrhohenem *D* 18 ab india *J* haec] *add.* est *D*, Σ *Bs.l.m2* iudaeae (*pr.* a *eras.*) *J* iudeę *D* iudee Σ, *Ba.c.m2* iuda *Bp.c.m2* tuarum—*p. 171, 1 pr.* his *partim in ras.*, *partim in mg. m2 B* tuarum *s.l. m2* Σ, *om. J* et latitud ^{s}o.*l.m2* Σ, *om. J*

terrarum, in his gloriaris, super his te per diuersas prouincias ignorantibus iactitas: ad populum phaleras, ego te intus et in cute noui.

5. Quodsi obieceris terram repromissionis dici, quae in Numerorum uolumine continetur, a meridie maris salinarum per Sina et Cades-Barne usque ad torrentem Aegypti, qui iuxta Rinocoruram mari magno influit, et ab occidente ipsum mare, quod Palaestinae, Phoenici, Syriae Coelae Ciliciaeque praetenditur, ab aquilone Taurum montem et Zephyrium usque Emath, quae appellatur Epiphania Syriae, ad orientem uero per Antiochiam et lacum Cenereth, quae nunc Tiberias appellatur, et Iordanem, qui mari influit salinarum, quod nunc mortuum dicitur — trans Iordanem autem duarum semis tribuum possessio est, Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse —, et ego fatebor haec tibi repromissa, non tradita, si obseruasses mandata dei et in praeceptis illius ambulasses, si non pro omnipo-

2 Persius III 30 4 Quodsi—14 tradita] = Eucher. p. 129, 21—130, 11 5 cf. Num. c. 34

2 ad *in ras. m2 B* 4 obieceris (ceris *in ras. m2*) *B* quae *s l.m2 Σ* in *om. Euch. Esc.* 5 a *s.l. Σ,om. J* synam *Euch. Par.* Sin *coni. Relandius*, Senna *Vall.* (*cf. Num. 34, 3—4*) 6 barnae (ę *Σ*) *JΣ* rinocur. *J,Σa.c.m2* rinicor. *D* Rhinocor. *ς* 7 magno mari *B* ad occidentem *Euch.* palestini *D Euch. Esc.* 8 Phoenici *ς* phoenicis *JD* fenicis *B* foenis *Euch. Par.* phaenices *Σ* phenices *Euch. Esc.* coelis syriae *Euch. Par.* sirię *Euch. Esc.* sirie *B* Coelae *scripsi* cele *Euch. Esc.* coeles *B* coelem *ΣD* cylem *J* Coelen(?) *Geyer* ciliaeque *Σa.c. Euch. Esc.* cilitieque *B* ciliciae *Euch. Par.* praetend. *Euch. Esc.* pertend. *cet.* protend. *ς* ab] eţ (*s.l.m2*) ab *B* aquilonem *D, Euch. Par.* 9 et zephir. *ΣDB* czephyr. *J* et zipher. *Euch. Esc.* et zypherus *Euch. Par.* emmath *Euch. Esc.* amath *B* epyph. *D* eph(*exp.Σ*)iph. *JΣ* epip(h *s.l.*). *Euch. Esc.* ephyf. *Euch. Par.* 10 siriae(e) *Σa.c.m2 B Euch. Esc.* syria *J* anthioc. *D* anthioch. *Euch. Par.* antioc. *Euch. Esc.* cenereth *JB* ceneret *Σa.c.m2 Euch. Esc.* chenereth *Σp.c.m2* cinereth *Euch. Par.* genesareth *D* 11 tiberias *B Euch. Esc.* tyberiadis *Euch. Par.* tyberias *cet.* et—14 tribuum *partim in ras., partim in mg. m2 B* 11 *et* 12 iordanen *ΣD* qui *ex* quę *Σ* in mare fluit *Euch. Par.* marii *B* 12 quod nunc—duarum *om. Euch. Par.* dicitur *ex* dicit *m2D* duarum *postea add. m1J* et semis *Euch. Par. ς* 13 possessio est] possessionem *Euch. Par.* possessione *Euch. Esc.* luben *B* gath *D Euch. Esc.* dimidii *J* dimedio *Euch. Par.* tribu *Euch. Esc.* manasses *D* manases *ex* manase *m2Σ* 14 re(pro *s.l.*)missa *Σ* remi*ssa *J* promissa *B*

tente deo coluisses Beelphegor et Baalim, Beelzebub et Chamos, quos quia praetulisti deo, omnia, quae tibi promissa fuerant, perdi-
2 disti. et mihi in euangelio promittuntur regna caelorum, quae instrumentum uetus omnino non nominat. sed si non fecero, quae praecepta sunt, nequaquam erit culpa in promittente, sed in me, qui promissum accipere non merui. [ubi enim optio proponitur, si opera praetermittuntur, frustra cupias, quod promissum est.] lege librum Iosue et Iudicum et, quantis possessionis angustiis sis coartatus, intelle-
3 ges. quid diuersarum urbium alienigenas commemorem, quos populus Iudaeorum non quiuit expellere de urbibus et sedibus suis, cum ipsa metropolis tua — prius Iebus, postea Salem, tertio Hierosolyma et nunc Aelia — Iebusaeos expellere non ualuerit, sed manserit cum eis in scandalum exemplumque uitiorum in tantum, ut, ubi templum tuum conditum est, area Ornae fuerit Iebusaei et ipsum templum LXXX milium latomorum et LXX milium uectorum, hoc est CL milium exceptis praepositis operum pro multitudine habitantium tecum incircumcisorum ab ethnicis extructum sit?

1 cf. Num. 25, 3 etc. cf. Iudd. 2, 11 etc. cf. IV Reg. 1, 2 etc. cf. III Reg. 11, 7 etc. 3 et mihi—8 intell.] = Eucher. p. 130, 12—17 12 cf. II Par. 3, 1 14 cf. III Reg. 5, 15—16

1 deo *om.B* beelph. *J* behelph. *D* behetph. *B* belph. ς bahalim *DB*; *add.* et Σ, *Bs.l.m2* b(e *s.l.*)elzebub Σ behelzebub (*ex* —bul *m2*)*B* uehelzebubh *D* camos *JB* c(h *s.l.*)amus Σ 2 quos *om.J* quia *s.l.*Σ,*om.B* (prae *s.l.*)tulisti Σ retulisti *J* tibi *s.l.*Σ,*om.J* non perderes *B* 3 promittitur regnum celorum quod (*ex* quae *m2*) *B* 4 *pr.* non *s.l.m2*Σ, *om. Euch. Esc.* si *s.l.J* perficero *Euch. Esc.* 5 *pr.* in *s.l.m2*Σ,*om.JB* promittenti *J* —tis *B* sed in me] set mei *Bp.c.m2* promissa *Euch. Esc.* 6 ubi—7 prom. est *om. Euch. Esc.*; *seclusi uerba olim margini adscripta, postea grauiter corrupta* propon.] *add.* ad eli(e Σ)-gendum Σ*s.l.*,*D* si opera praetermittuntur *B* (*fort. ex mera coniectura*) qui operare promittuntur *J*,Σ*a.c.m2* quid opera promittuntur Σ*p.c.m2* opera premittuntur *D* qui operari renuis ς 7 cupias] culpas *Jp.c.m2* librum *om. Euch. Esc.* iosuę Σ*D* 8 et Iudicum *om.Euch. Par.* possessiones *Euch. Par.* possessionibus *Euch. Esc.* possessionum ς intellegas *D* intellegis *Euch. Par.* intellege *Euch. Esc.* 11 hierosolyma *J* hierusolyma *D* hiero(*ex* u *m2*)solima Σ iherosolima *B* 12 aelia *D* helia *cet.* iiebuseos *D* ualuerint Σ*p.c.* ualuerunt *D* manserint *D* 13 uicinorum ς ibi *Ba.c.*ς 14 est] sit ubi ς area *s.l.*Σ aree *D*,*Bp.c.m2*,*om.J* orne *DB* orniae *J* fuerint *D*,*Bp.c.m2* h(*s.l.m2*)iebusaei *J* 15 LXXX *scripsi* LXX *codd.* LXX *B* LXXX Σ*D* CLXXX *J* milia *J*Σ uictorum *J* 16 pro] prae *B* 17 hęt(h *s.l.*)nicis Σ exstructum Σ

6. Nec hoc dico in sugillationem terrae Iudaeae, ut hereticus sycophanta mentitur, aut quo auferam historiae ueritatem, quae fundamentum est intellegentiae spiritalis, sed ut decutiam supercilium Iudaeorum, qui synagogae angustias ecclesiae latitudini praeferunt. si enim occidentem tantum sequuntur litteram et non 2 spiritum uiuificantem, ostendant terram repromissionis lacte et melle manantem; sin autem per tropologiam dictum putant pro rerum omnium abundantia, et nos confessionis terram terramque uiuentium terrae ueprium praeferimus dicente domino ad Moysen de abiectione Israhelis et adsumptione gentium: dimitte me, ut deleam populum istum et faciam te in gentem magnam, et eodem patre ad filium: postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae et apertius per Esaiam: parum tibi est, ut sis puer meus ad suscitandas tribus Iacob et faeces — uel reliquias — Israhel congregandas. dedi te in lucem cunctis gentibus, ut sis saluator uniuersae terrae. ex quo perspicue demonstratur omnia illius populi in imagine 3 et umbra et typo praecessisse, scripta autem esse pro nobis, in quos fines saeculorum decucurrerunt.

7. Multa, Iudaee, scelera commisisti, cunctis circa seruisti nationibus. ob quod factum? utique propter idolatriam. cumque seruires crebro, misertus tui est deus et misit iudices et saluatores, qui te de famulatu Moabitarum et Ammanitarum, Philistiim quo-

5 cf. II Cor. 3, 6 6 cf. Ex. 3, 8 etc. 8 cf. Ps. 26, 13 9 cf. Esai. 7, 24 10 *Ex. 32, 10 12 Ps. 2, 8 15 *Esai. 49, 6 20 *I Cor. 10, 11

1 suggill. *DB* 2 sicoph. *B* sychoph. *D* syc(h *s.l.*)of. *Σ* sycophantis (*ex* —tit *m*2) *J* aut] illud *D* quod *B* hystoriae (—e *B*) *ΣB* 3 decutiam] disciam (iam *in ras. m*2) *B* 4 sinagogae (—e *B*) *JB* latitudine *J*,*Σa.c.* 5 secuntur *B* 6 ostendā *JΣ* manantem lac et mel *B* 7 si *Σ* trophologiam *Σ* 8 habundantia (h *eras.Σ*) *codd.* confess. terram *scripsi* terram *om.J*,*ΣBa.c.m*2 terram confess. *D*,*ΣBp.c.m*2 9 praeferemus *ΣD* proferimus *J* moisen *B* 10 isrł *JB* et] sed (*add.* et de *s.l.m*2) *J* 14 per isaiam *Σ* in isaia *B* 16 tribus iacob *s.l.Σ* 18 ut *ex* sit *D* 19 umbra et typo et imagine *D* 20 processisse *J* 21 saeculi *ς* decurrerunt *ΣDB* 22 iudeę *B* iudaeae *Ja.r.* iudea *Jp.r.* circa *Ja.c.* circa te *cet.* 23 idololatriam *ς* serui(s *s.l.*)ses *Σ* seruieris *B* 24 est tui *B* 25 de fam.] a dominatu *B* amanit. *ex* aminat. *J* Ammonit. *ς* philistim *Ja.c.ΣB*

que et diuersarum gentium liberarunt. nouissime sub regibus offendisti deum et omnis prouincia Babylonia uastante deleta est
2 et per septuaginta annos mansit solitudo. a Cyro, rege Persarum, est laxata captiuitas — Hesdra hoc et Neemia plenissime referunt —, extructum est templum sub Dario, rege Persarum atque Medorum,
a Zorababel, filio Salathiel, et Iesu, filio Iosedech, sacerdote magno. quae passi sitis a Medis, Aegyptiis Macedonibusque, non numero nec tibi adducam in memoriam Antiochum Epiphanen, crudelissimum omnium tyrannorum, nec Gnaeum Pompeium, Gabinium, Scaurum, Uarum, Cassium Sossiumque replicabo, qui tuis
3 urbibus et praecipue insultauere Hierosolymae. ad extremum sub Uespasiano et Tito urbs capta templumque subuersum est. deinde ciuitatis usque ad Adrianum principem per quinquaginta annos
* mansere reliquiae. post euersionem templi paulo minus per quadringentos annos et urbis et templi ruinae permanent. ob quod tantum facinus? certe non colis idola, sed etiam seruiens Persis atque Ro-
4 manis et captiuitatis pressus iugo ignoras alienos deos. quomodo clementissimus deus, qui numquam tui oblitus est, nunc per tanta spatia temporum miseriis tuis non adducitur, ut soluat captiuitatem et, ut uerius dicam, expectatum tibi mittat antichristum? ob quod, inquam, facinus et tam execrabile scelus auertit oculos suos? ignoras? memento uocis parentum tuorum: s a n g u i s e i u s s u p e r

22 Matth. 27, 25

1 liberauerunt Σ 2 omnis tua $\Sigma p.c.m2D$ babilonia Σ babillonia D rege (*s.l.m1*) babilonio B gente Babylonica ς 3 et *om.D* permansit sol. $\Sigma p.c.m2$ mansit templi sol. $Bp.c.m2$ templi sol. permansit D ciro $\Sigma a.c.m2B$ 4 est—5 Pers. *in mg.inf.*Σ hesdra J esdra $\Sigma a.c.m2D$ hesdras B esdras $\Sigma p.c.m2$ nee(*ex* neo Σ)mias $\Sigma p.c.m2B$ Nehemias ς planissime ς 6 zorababel Σ salatiel B salat(h *s.l.*)ihel Σ h(i *s.l.*)esu Σ Iosedec ς 7 aegyptis $J,\Sigma a.c.$ egiptiis B et mac(h *s.l.m2J*)edonibus quae $J\Sigma$ et macedonibus B enumero ς 8 in *s.l.*Σ antiochum (ochum *in ras.m2*) B antiquorum J ephifanen $J\Sigma$ epiphanem B 9 g(*s.l.m2 in utroque codice*)neum $J\Sigma$ ge(e *eras.*)neium B Cn. ς, *om.D* gabinum J guabinum B 10 ua(r *s.l.m2*)rum J Cass. Soss.] sosiumque (so *in ras.m2*, *fuit* cas) B sosiumque $\Sigma a.c.B$ *ex corr.m2* 11 maxime B Ierosolymae ins. ς hierosolimae $J\Sigma$ hierusolyme D iherosolime B 12 et tyto D titoque B capta est B est *om.B* 13 Hadrianum ς 14 paulo minus *s.l.*Σ 16 seruis JB 17 oppraesus (*sic*) B deos alienos B 18 deus quondam D quondam (*s.l.*) deus Σ 19 capt.] *add.* tuam *s.l.B* 20 ut *s.l.*Σ 21 aduertit J; *add.* a te $\Sigma s.l.m2D$ ad J ignorans $J,\Sigma a.c.$ 22 uoces $J,\Sigma Ba.c.m2$

nos et super filios nostros et: uenite, occidamus eum et nostra erit hereditas et: non habemus regem nisi Caesarem. habes, quod elegisti: usque ad finem mundi seruiturus es Caesari, donec gentium introeat plenitudo et sic omnis Israhel saluus fiat, ut, qui quondam erat in caput, uertatur in caudam.

8. Haec tibi, uir eruditissime, in duplicis praefecturae honore transacto nunc in Christo honoratior, tumultuaria et breui lucubratione dictaui, ne uiderer omnino reticere. eodem enim tempore, immo eodem die mihi et litterae tuae redditae sunt et meae expeditae, ut aut tacendum fuerit aut incompto eloquio respondendum, quorum alterum pudoris, alterum caritatis est.

CXXX.

AD DEMETRIADEM.

1. Inter omnes materias, quas ab adulescentia usque ad hanc aetatem uel mea uel notariorum scripsi manu, nihil praesenti opere difficilius. scripturus enim ad Demetriadem, uirginem Christi, quae

1 Marc. 12, 7 2 Ioh. 19, 15 4 *Rom. 11, 25—26

1 filios nostros *in mg.D* nostros *ex* suos *J* uenite *om.JB* 2 *alt.* et *D*, *om.cet.* 3 habes] habemus *J*,*Ba.c.m2* legisti *JB*,*Σa.c.* 4 ad] in *Σ* 6 fiet *D* capite *ΣD* 7 eloquentissime *D* duplici *Ba.c.m2* 8 honoratior *s.l.m2B*,*om.J* 10 eadem *Σ* mihi die *ς* expetitae *ς* 11 inculcto (*sic*) *ex* incuncto *D* 12 est karitatis *B*; *add.* finit epl̄ de terra iudae longa CLX milibus, lata circiter XLVII *J* explicit ad dardanum *D*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX* (*continet praeter integram epistulam etiam partem epistulae ab initio usque ad p. 183, 8* suo; *ubicumque in hac epistulae parte duo apographa inter se non consentiunt, siglis* A^1 *et* A^2 *usus sum*).
𝔅 = *Carolinuhensis Augiensis 105 s. IX—X.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad demetriadem 𝔅*D* ad demedriadem (*sic*) uirginem A^1A^2 ad niceā demetriadē *B*; *Hieronymi nomen exhibet titulus in* 𝔅

15 adulisc. A^1𝔅*a.c.m2* adolisc. 𝔅*p.c.m2* adolesc. A^1*p.c.m2*A^2B 16 *alt.* uel *s.l.*𝔅 17 demedriadem A^1D de(me *s.l.*)triadem A^2

et nobilitate et diuitiis prima est in orbe Romano, si cuncta uirtutibus eius congrua dixero, adulari putabor, si quaedam subtraxero, ne incredibilia uideantur, damnum laudibus eius mea faciet uere-
2 cundia. quid igitur faciam? quod inplere non possum, negare non audeo: tanta est auiae eius et matris, insignium feminarum, in iubendo auctoritas, in petendo fides, in extorquendo perseuerantia. neque enim ut nouum quiddam et praecipuum a me flagitant, cuius ingenium in huiusce modi materiis saepe detritum est, sed ne uocis meae pro uirili parte desit testimonium in eius uirtutibus explicandis, cuius — ut incliti oratoris utar sententia — spes magis laudanda quam res est, quamquam puellares annos fidei ardore superarit et inde coeperit, unde alias desisse perfectae consummataeque uirtutis est.

2. Procul obtrectatio, facessat inuidia, nullum in ambitione sit crimen. ignoti ad ignotam scribimus: dumtaxat iuxta faciem corporalem; alioquin interior homo pulchre sibi cognitus est illa notitia, qua et apostolus Paulus Colosenses multosque credentium
2 nouerat, quos ante non uiderat. quantum sit apud me meritum, immo miraculum uirginis nostrae, hinc potest aestimari, quod occupatus in explanatione templi Hiezechielis — quod opus in omnibus scripturis sanctis uel difficillimum est — et in ea parte delubri, in qua sancta sanctorum et thymiamatis altare describitur, malui parumper hoc uti deuerticulo, ut de altari transirem ad altare et hostiam uiuam, placentem deo ac sine ulla macula aeternae pudicitiae
3 consecrarem. scio, quod ad inprecationem pontificis flammeum uirginale sanctum operuerit caput et illud apostolicae uocis insigne

10 Cicero, de re publica inc. sedis fr. 5 M. 17 cf. Col. 2, 1 20 cf. Ezech. c. 40—46 23 cf. Rom. 12, 1

1 urbe $A^1a.c.m2A^2$ romana A^2 2 adolari $A^1\mathfrak{B}a.c.m2,A^2$ 3 faciet mea *B* 5 auia $A^2a.c.m2$ 7 et praec. quiddam (quidam *D*) *AD* quidam *D* quid $\mathfrak{B}$ 8 materia *ex* materies $m2A^1$ 11 est quam res *B* 12 superaret $A^1\mathfrak{B}D$ unde *s.l.m2*$\mathfrak{B}$ ubi *B* aliis $\mathfrak{B}$ 14 nulla A^2 15 criminis A^2 innoti *B* innotam *B* ignota A^2 ignotum $\mathfrak{B}$ 16 ulterior A^2 17 et *s.l.m2*$\mathfrak{B}$,*om.*A^1D paul. apost. *B* paulus *s.l.m2*$\mathfrak{B}$ Coloss. ς 18 uiderat] nouerat $A^1a.c.m2$ 20 explan.] hoc explicationē A^2 iezechielis *D* ezechielis *B* 21 uel] uel maximum uel A^2 qua *s.l.*$\mathfrak{B}$ quo *AD* 22 tym. $\mathfrak{B}$ tim. *cet.* discr. $\mathfrak{B}$ 23 hoc diuert. uti A^2 uti hoc diuert. ς diuert. $A^2B,A^1\mathfrak{B}p.c.m2$ transire *D* 25 inpraedicationem A^2 flameum $\mathfrak{B}$

celebratum sit: uolo autem uos omnes uirginem castam exhibere Christo, quando adstitit regina a dextris eius in uestitu deaurato circumdata uarietate. qua ueste polymita et multarum uirtutum
5 diuersitate contexta indutus fuit et Ioseph et regum quondam utebantur filiae. unde et ipsa sponsa laetatur ac dicit: introduxit me rex in cubiculum suum sodaliumque respondit chorus: omnis gloria filiae regis intrinsecus. sed et nostra oratio dabit aliquid emolumenti. equorum
10 cursus fauore pernicior fit, pugilum fortitudo clamoribus incitatur, paratas ad proelium acies strictosque mucrones sermo imperatoris accendit: igitur et in opere praesenti auia quidem materque plantauerint, sed et nos rigabimus et dominus incrementum dabit.

3. Rhetorum disciplina est abauis et atauis et omni retro no-
15 bilitate ornare, quem laudes, ut ramorum sterilitatem radix fecunda conpenset et, quod in fructu non teneas, mireris in trunco. scilicet nunc mihi Proborum et Olybriorum clara repetenda sunt nomina et inlustre Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus est, qui non meruerit consulatum, aut proferendus Olybrius, uirginis
20 nostrae pater, quem inmatura morte subtractum Roma congemuit. uereor plura dicere, ne sanctae matris uulnus exasperem et uirtutum eius recordatio fiat doloris instauratio. pius filius, uir amabilis, clemens dominus, ciuis affabilis, consul quidem in pueritia, sed morum bonitate senator inlustrior. felix morte sua, qui non
25 uidit patriam corruentem, immo felicior sobole, qui Demetriadis

1 *II Cor. 11, 2 2 Ps. 44, 10 4 cf. Gen. 37, 3 6 *Cant. 1, 3 8 *Ps. 44, 14 12 cf. I Cor. 3, 6 24 cf. Uergil. Aen. XI 159

2 adstetit $A\mathfrak{B}a.c.m2$ astitit $\mathfrak{B}p.c.m2B$ 3 a] ad A^1 circumamicta B 4 polimita *codd.* 5 contesta D fil. ut. A^2 6 hac D 7 respondet B 8 gloria] *add.* eius *s.l.m2*A^1 filiae *om.*A^2 9 et *om.*A^2 emulumenti A^1D 10 currus D clarioribus A^2 11 paratas] pares B proel. A^1 prel. D prael. *cet.* 12 plantauerunt A^2B 13 rigauerimus B *alt.* et *om.*A^2 14 rethorum *codd.* disciplinae $\mathfrak{B}$ abauis *scripsi* ab auis $A^2\mathfrak{B}B$ auis A^1D 15 quam D ut ram.] ultra morum A^2 16 conpenset] conpetens A^2 et *om.*B quo A^2 truncos A^2 17 olibriorum B clibiorum A^2 18 inlustri $A^1a.c.m2D$ est] erit A^1D 19 meruit B consol. $A^1\mathfrak{B}a.c.m2$ aut] ut B preferendus A^2 olibrius B 20 in matura B gemuit A^2 22 eius *om.*A^2 instauratio] in ista oratio A^2 23 ciues $\mathfrak{B}$ cibis A^2D 25 subole $A^1\mathfrak{B}p.c.m2$ demetriades $A^1\mathfrak{B}a.c.m2,D$

proauiae nobilitatem insigniorem reddidit Demetriadis filiae perpetua castitate.

4. Uerum quid ago? oblitus propositi, dum admiror iuuenem, laudaui aliquid bonorum saecularium, cum in eo mihi uirgo magis nostra laudanda sit, quod haec uniuersa contempserit, quod non se nobilem, non diuitiis praepotentem, sed hominem cogitarit. incredibilis animi fortitudo inter gemmas et sericum, inter eunuchorum et puellarum cateruas et adulationem ac ministeria familiae perstrepentis et exquisitas epulas, quas amplae domus praebebat abundantia, appetisse eam iciuniorum laborem, asperitatem uestium, 2 uictus continentiam. legerat enim domini uerba dicentis: q u i m o l l i b u s u e s t i u n t u r, i n d o m i b u s r e g u m s u n t. stupebat ad conuersationem Heliae et Iohannis Baptistae, quorum uterque zona pellicia adstrinxit et mortificauit lumbos suos, alter uenisse narratur in spiritu et uirtute Heliae praecursor domini, in utero prophetans parentis et ante diem iudicii iudicis uoce laudatus. Annae, filiae Fanuelis, mirabatur ardorem, quae orationibus atque iciuniis usque ad ultimam senectutem in templo domino seruiebat. quattuor uirginum filiarum Philippi desiderabat chorum et unam se illarum esse cupiebat, quae pudicitia 3 uirginali prophetiae gratiam consecutae sunt. his et huiusce modi cogitationibus pascebat animum nihil ita metuens quam auiam matremque offendere. quarum cum incitaretur exemplo, uoluntate et studiis terrebatur, non quo displiceret eis sanctum propositum, sed quod pro rei magnitudine optare id et appetere

11 Matth. 11, 8 13 cf. IV Reg. 1, 8 cf. Matth. 3, 4 etc. 15 cf. Matth. 11, 14 cf. Matth. 11, 10 16 cf. Luc. 1, 41 cf. Matth. 11, 11 17 cf. Luc. 2, 36—37 19 cf. Act. 21, 9

1 proauae *B* demedriadis *D* dimedriadis A^1,*s.l.m2*𝔅,*om.B* 3 agam A^2 4 in eo] mo *B* magis uirgo nostra mihi *B* 5 *alt.* quod *om.*A^2 se non ς 6 potentem *B* praepollentem ς cogitaret A^1D,𝔅*Ba.c.m2* incredibili A^2 7 syricum A^1D 8 adol. A^1𝔅*a.c.m2*,*D* strepentis A^2 9 et *om.*A^2 domos A^2 habund. A^2DB 10 appetisset A^2 11 continentia A^2 uerbum domini A^2 uerba domini *B* 13 stupebant A^2 14 zonam pelliciam A^2 pellicea ς mortificabit *D* 16 prophetat parentes A^2 uoce] ore *B* 17 fanuh. *D* phanuh. A^2 19 domini A^2 20 pudic(t A^1)itiae A^1𝔅*a.c.*,A^2 21 huiusmodi *B* 22 nihil ita metuens quam] ubi metuens A^2 24 uoluntatis *B* quod *B* eis *ex* ei *B* 25 quo 𝔅,*om.*A^2 obtare A^1𝔅 id *om.*A^1D

non auderent. aestuabat Christi tiruncula, oderat ornatum suum et cum Hester loquebatur ad dominum: tu nosti, quod oderim insigne capitis mei — hoc est diadema, quo utebatur quasi regina — et tantae ducam inmunditiae uelut pannum mulieris menstruatae. aiunt sanctae et nobiles feminae, quae eam uidere, quae norunt, 4
quas de litore Galliarum ad habitationem sanctorum locorum hostium per Africam conpulit saeua tempestas, noctibus et secreto consciis tantum uirginibus dei, quae in matris et auiae comitatu erant, numquam eam linteamine, numquam plumarum usam mollitie, sed ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu, iugibus faciem rigasse lacrimis saluatoris mente genibus aduolutam, ut suum reciperet propositum, ut inpleret desiderium, ut auiae animum matrisque molliret.

5. Quid ultra differo? cum iam nuptiarum adpropinquaret dies et futuro matrimonio thalamus pararetur, secrete et absque arbitris noctemque habens pro solacio talibus fertur se armasse consiliis: 'quid agis, Demetrias? cur pudicitiam tanto pauore defendis? libertate opus est et audacia. quae sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetrando? quae tuorum uultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalia persecutorum? si te uirorum exempla non prouocant, hortetur faciatque secu- 2
ram beata martyr Agnes, quae et aetatem uicit et tyrannum et titulum castitatis martyrio coronauit. nescis, misera, nescis, cui debeas uirginitatem tuam. dudum inter barbaras tremuisti

2 *Esth. 14, 16 23 cf. Prudentius, Perist. carm. XIV etc.

1 tir. *B* tyr. *cet.* oderat] ostenderat A^1,*om.* A^2 ordinatum A^2 2 Esther ς ad *s.l.* A^2 3 insignem (m *eras.*)𝔅 4 quod *D* tantam A^2 ducebat *B* inmunditiam A^2 5 mulieris *om.*ς 6 uiderunt ς et uidere *B* quae norunt *om.* A^2 *alt.* quae *in ras. m2 B* 7 littore *Bp.c.m2* 8 hostium] hospitium A^2 affricam A^1B 9 conscius *D* comitatu e(*s.l.add.* ne *m2*)rant (*uoluit* uenerant) *D* commitauerant A^2 10 lint. numq. *om.* A^2 usa A^2 11 strato A^2 12 gen. mente *B* mento *Engelbrecht* aduoluta *B* 13 *alt.* ut] ut ad A^2 16 secrete (*tert.* e *in ras.*)𝔅 secretę A^2 secreta *B* secreto ς *alt.* et *om.* A^2 17 arbitriis *Dp.c.m2* se fertur ς 18 quur A^1D,A^2𝔅*a.c.m2* pauore] pudore A^2 19 libertatem A^2 audatiam A^2 20 perpetiendo martirio *B* martyrio perpetiendo ς martirio A^2B tuorum] duarum A^2 22 et faciat A^2 securam *s.l.m2*𝔅,*om.Ba.c.m2* 23 martyra A^1D *pr.* et *s.l.m2*𝔅,*om.* A^1B *alt.* et *exp.* A^2 tyr.] durandum A^2 24 consecrauit ς 25 uirg. tuam deb. ς

manus, auiae matrisque sinu et palliis tegebaris, uidisti te captiuam et pudicitiam tuam non tuae potestatis, horruisti truces hostium uultus, raptas uirgines dei gemitu tacito conspexisti.
3 urbs tua, quondam orbis caput, Romani populi sepulchrum est, et tu in Libyco litore exulem uirum ipsa exul accipies? quam habitura pronubam? quo deducenda comitatu? stridor linguae Punicae procacia tibi fescennina cantabit. rumpe moras omnes. perfecta dilectio foras mittit timorem. adsume scutum fidei, loricam iustitiae, galeam salutis, procede ad proelium. habet et seruata pudicitia martyrium suum. quid me-
4 tuis auiam? quid formidas parentem? forsitan et ipsae uelint, quod te uelle non credunt'. his inflammata stimulis omnem corporis cultum et habitum saecularem quasi propositi sui inpedi-
* menta proiecit. pretiosa monilia et graues censibus uniones ardentesque gemmae redduntur scriniis, uili tunica induitur, uiliori tegitur pallio et insperata auiae genibus repente prouol-
5 uitur fletu tantum et planctibus, quae esset, ostendens. obstipuit sancta et grauis femina alienum habitum in nepte conspiciens, mater gaudio stabat adtonita. utraque uerum non credere, quod uerum esse cupiebant. haesit uox faucibus et inter ruborem atque pallorem metumque ac laetitiam cogitationes uariae mutabantur.

6. Succumbendum est huic loco neque narrare adgrediar, quod dicendo minus faciam. ad explicandam incredibilis gaudii magni-
* tudinem et Tulliani fluuius siccaretur ingenii et contortae Demosthenis uibrataeque sententiae tardius languidiusque ferrentur.

8 *I Ioh. 4, 18 9 cf. Eph. 6, 16 et 14 et 17; Esai. 59, 17 20 cf. Uergil. Aen. II 774 etc.

1 manibus A^2 et palleis A^1𝔅D apalliis *ex* apelliis *m2* A^2 4 caput orbis A^2 5 lybico A^2𝔅D libico A^1D exul ipsa ς exula B 6 pronuba A^2 quod A^2 Pun. linguae ς 7 omne D 8 dei dilectio ς 9 luricam $A^1a.c.$𝔅D 10 seruat $A^2a.c.m2\,B$ 12 his] *add.* et aliis quampluribus ς 13 praepositi A^2D inpedimentū A^2 14 munilia $A^1a.c.$𝔅D centibus $A^1a.c.m2\,A^2$ centes (*fort. uoluit* centies) $A^1p.c.m2$ 16 inspirata A^2D genubus ς pedibus A^2 17 et] merorisque B ostendit ς obstupuit A^1𝔅$Bp.c.m2$ 18 neptae A^1𝔅$a.c.$, A^2D 19 gaudio *om.* A^2 20 cupiebat 𝔅B 21 atque] et ς ac] et A^2B atque ς 22 nutabant ς 23 su(*ex* i *m2*)ccurrendum A^2 neque] ne quid $A^1p.c.m2$ 25 et Tull. fluu. sicc. ing.] ut tull. fluuii sicc. eloquium A^2 ingenii *in textu*, eloquii *in mg.*𝔅 demostenis 𝔅DB demosth(st A^1)enes *a.c.m2* A^1A^2 26 ferentur A^2

quicquid potest cogitare animus, quicquid sermo non potest explicare, illo in tempore factum audiuimus. certatim in oscula neptis et filiae ruunt. ubertim flere gaudio, iacentem manu attollere amplexarique trepidantem, agnoscere in illius proposito mentem suam et gratulari, quod nobilem familiam uirgo uirginitate sua nobiliorem faceret. inuenisse eam, quod praestaret generi, quod Romanae urbis cineres mitigaret. Iesu bone, quid 2 illud in tota domo exultationis fuit? quasi ex radice fecunda multae simul uirgines pullularunt exemplumque patronae et dominae secuta est clientium turba atque famularum. per omnes domos feruebat uirginitatis professio, quarum cum inpar esset in carne condicio, unum erat praemium castitatis. parum loquor: cunctae per Africam ecclesiae quodam exultauere tripudio. non 3 solum ad urbes, oppida uiculosque, sed ad ipsa quoque mappalia celebris fama penetrauit. omnes inter Africam Italiamque insulae hoc rumore repletae sunt et inoffenso pede longius gaudia cucurrere. tunc lugubres uestes Italia mutauit et semiruta urbis Romae moenia pristinum ex parte recepere fulgorem propitium sibi aestimantes deum in alumnae conuersione perfecta. putares extinctam Gothorum manum et conluuiem perfugarum atque seruorum domini desuper intonantis fulmine concidisse. non sic 4 post Trebiam, Trasumennum et Cannas, in quibus locis Romanorum exercituum caesa sunt milia, Marcelli primum apud Nolam proelio se populus Romanus erexit. minori prius gaudio strata Gallorum agmina auro redempta nobilitas et seminarium Romani

23 cf. Cicero, Brutus 12

1 non *om.*ς 2 *pr.* in *om.*A^1 aud.] est ς 3 filiae] mater et filia A^1D filia, mater et auia ς prae gaudio ς manum A^2 5 uirgo *om.*B uirginitatem suam $A^1a.c.$ uirginitatis suae A^2 6 inuenisset A^2 8 illum A^2 fecundae A^2 9 pulularunt A^2 pollularent $A^1a.c.m2$ 10 clientum B omnia A^1 omne D 11 domus A^1B 13 cunctae] nunc te A^2 affricam A^1B,$Dp.c.m2$ quondam exultabere A^2 14 urbem A^2 ad *s.l.m2*A^2 magalia ς 15 omnia A^1 omne D affricam $Dp.c.m2$ 16 completa A^2 completae ς 17 Italia] ita A^2 semi(*seq. ras. 2 litt., s.l.* ruta *m2*)𝔅 18 recepere A^1𝔅$Dp.c.m2$,B cecipere *cet.* propitius A^2 19 existimantes A^2 dn̄m B 20 Gotthorum ς 22 trasumēnum B thrasumennum $A^1a.r.$𝔅$p.c.D$ thrasumenum $A^1p.r.$𝔅$a.c.$ tra(n *s.l.m2*)simenum A^2 24 praelio 𝔅DB prelio A^1 minoris A^2 strata Gall.] gall. strata tunc A^2 stratas $A^1a.r.D$ strata s̄ (= sunt) B 25 aura (*alt.* a *in ras.*) D retenta A^2 seminar(i *s.l.*)um A^1 seminari(um *s.l.*)𝔅 seminar(ium *s.l.*) B

generis in arce cognouit. penetrauit hic rumor orientis litora et in mediterraneis quoque urbibus Christianae gloriae triumphus auditus est. quae uirginum Christi non huius se societate iactauit? quae mater non tuum, Iuliana, beatum clamauit uterum? incerta apud infideles sint praemia futurorum: plus interim recepisti, uirgo, quam obtulisti. quam sponsam hominis una tantum prouincia nouerat, uirginem Christi totus orbis audiuit. 6 solent miseri parentes et non plenae fidei Christiani deformes et aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, uirginitati tradere — tanti, ut dicitur, uitrum, quanti margaritum —; certe, qui religiosiores sibi uidentur, paruo sumptu et qui uix ad alimenta sufficiat uirginibus dato omnem censum in utros- 7 que sexus saecularibus liberis largiuntur. quod nuper in hac urbe dives quidam fecit presbyter, ut duas filias in proposito uirginali inopes relinqueret et aliorum ad omnem copiam filiorum luxuriae atque deliciis prouideret, fecerunt hoc multae, pro dolor, nostri propositi feminae; atque utinam rarum esset exemplum, quod quanto crebrius est, tanto istae feliciores, quae ne plurimarum quidem exempla sectatae sunt!

7. Fertur et omnium Christianorum laude celebratur, quicquid fuerat nuptiis praeparatum, a sancta Christi synoride uirgini traditum, ne sponso fieret iniuria, immo ut dotata pristinis opibus ueniret ad sponsum et, quod in rebus mundi periturum 2 erat, domesticorum dei inopiam sustentaret. quis hoc credat? Proba illa, omnium dignitatum et cunctae nobilitatis in orbe Romano nomen inlustrius, cuius sanctitas et in uniuersos effusa

2 mediterrentis $A^2a.c.m2$ 3 uirgo B se *om.* A^2 societati A^1D 4 iuliane A^1 —nę A^2 5 incerta *om.* A^2 sint licet $A^1p.c.m2$ sit licet A^2 6 recipisti A^1D,$\mathfrak{B}a.c.m2$ sponsa A^2 8 $\overline{\text{xp}}$ianae A^1 9 inueniant $\mathfrak{B}a.c.m2$ 10 margarita B 11 certum quos religiores A^2 certe quid(d *exp.*) rele(i $m2$)giosiores A^1 sumpto A^2 12 utroque sexu $\mathfrak{B}$ 14 uirginitatis B 15 reliquerit $\mathfrak{B}a.c.m2$ luxu(*ex* o $m2A^1$)riae ad omnem cop. fil. A^1D luxoriae (*s.l.* ad omnem copiam filiorum)$\mathfrak{B}$ filiorum *om.* A^2 luxoriae $A^1a.c.m2A^2\mathfrak{B}$ 16 dilic(t A^1)iis $A^1\mathfrak{B}$ $a.c.m2A^2$ multi A^2 17 praepositi A^2D rarum] paruum A^2 18 quanti $Aa.c.m2D$ 19 exemplum $\mathfrak{B}$ secutae $\mathfrak{B}B$ 20 quidquid $A^1a.r.\mathfrak{B}D$ 21 a sancta Chr. syn.] $\overline{\text{scas}}$ noride A^2 a sanctis feminis non detractum B uirgini sed B 22 ditata A^2 detota $A^1a.c.m2D$ decorata $A^1p.c.m2$ 23 sponsam $A^1Da.c.$ 24 sust. in. ς 25 probam illam $A^1\mathfrak{B}D$ orbę romane D urbe roma non A^2 26 inlustrę A^2 in *s.l.* $m2A^1$ effusos A^2

bonitas etiam apud barbaros uenerabilis fuit, quam trium liberorum, Probini, Olybrii et Probi, non fatigarunt ordinarii consulatus et cum incensis direptisque domibus in urbe captiuitas, nunc auitas uenundare dicitur possessiones et facere sibi amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in aeterna tabernacula, ut erubescat omnis ecclesiastici ministerii gradus et cassa nomina monachorum emere praedia tanta nobilitate uendente. uix barbarorum effugerat manus et auulsas de conplexu suo uirgines fleuerat, cum subito intolerabili et quod numquam timuerat amantissimi filii orbitate percutitur et quasi futura uirginis Christi auia spe futurorum mortiferum uulnus excepit probans in se uerum esse, quod in lyrico carmine super iusti praeconio dicitur:

si fractus inlabatur orbis,
inpauidum ferient ruinae.

legimus in uolumine Iob: adhuc isto loquente uenit alius nuntius et in eodem: temptatio — siue, ut melius habetur in Hebraeo, militia — est uita hominis super terram. ad hoc enim laboramus et in saeculi huius periclitamur militia, ut in futuro saeculo coronemur. nec mirum hoc de hominibus credere, cum dominus ipse temptatus sit. et de Abraham scriptura testatur, quod deus temptauerit eum. quam ob causam et apostolus loquitur: gaudentes in tribulatione et: scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non

4 cf. Luc. 16, 9 14 Horat. c. III 3, 7—8 16 *Hiob 1, 18 17 *Hiob 7, 1 21 cf. Matth. 4, 1—11 22 cf. Gen. c. 22 23 *Rom. 12, 12 24 *Rom. 5, 3—5

1 barbaras A^2 puerorum B 2 prob. olibrii et probi $A^1\mathfrak{B}$ olibrii prob. et probi A^2B probini D fatigarant A^2 fatigauerunt B consularis A^2 3 et *om.*ς dom. dir. B domibus] omnibus $\mathfrak{B}$ captiuis B captiuitas sit ς 4 auitas ς habitas *codd.* dic. uen. A^2 5 mammona $\mathfrak{B}B$ mamona *cet.* 6 erubescant A^2B omnis A^1D in quibusdam $\mathfrak{B}B$ in quibus A^2 8 et *s.l.*$\mathfrak{B}$ conspectu A^2 suo] *hic desinit* A^2 9 et *om.*ς 10 et filii A 11 auia spe] auias $\overline{\text{p}}D$ auiae B morti*ferunt D 12 iusti uiri B 16 beati(*s.l.m2*)iob $\mathfrak{B}$ 18 Hebraico ς 20 coronemur *ex* ornemur *m2*$\mathfrak{B}$ 22 de *s.l.*$\mathfrak{B}$ habraham A testetur $\mathfrak{B}$,*Bp.c.m2* 25 operetur $\mathfrak{B}$*p.c.B*

confundit, et in alio loco: quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die, aesti-
6 mati sumus ut oues occisionis. et Esaias huiusce modi homines cohortatur dicens: qui ablactati estis a lacte, qui auulsi ab ubere, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem. non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reue-
7 labitur in nobis. cur ista replicauerim, sequens sermo monstrabit. quae de medio mari fumantem uiderat patriam et fragili cumbae salutem suam suorumque commiserat, crudeliora inuenit Africae litora. excipitur enim ab eo, quem nescias utrum auarior an crudelior fuerit, cui nihil dulce praeter uinum et pretium et qui sub occasione partium clementissimi principis saeuissimus omnium extitit tyrannorum et — ut aliquid loquar de fabulis poetarum — quasi Orcus in tartaro non tricipitem sed multorum capitum habuit Cerberum, qui cuncta traheret, laceraret,
8 extingueret. hic matrum gremiis abducere pactas, negotiatoribus et auidissimis mortalium Syris nobilium puellarum nuptias uendere, non pupillorum, non uiduarum, non uirginum Christi inopiae parcere manusque magis rogantium spectare
* quam uultus. hanc feram et Charybdim Scyllamque succinctam multis canibus fugiens barbaros matrona sustinuit, quae nec

1 *Rom. 8, 35—36 7 *Esai. 28, 9—10 10 Rom. 8, 18 15 ab eo, quem etc.] = Heraclianus, comes Africae 17 principis] = Honorius 21 Uergil. Aen. X 79

1 confundat 𝔅,*Bp.c.m2* separauit *D* 2 Christi] dei ς 6 isayas *B* 7 ortatur *B* 9 expectantes *B* 14 cimbae *Ap.r.B* cymbae ς 15 affricae *DB* littoram *Aa.c.* littora ς utrum] ut cum *D* 17 partium] portus *Ap.c.m2* 19 multo *D* 20 traheret] *add.* ac ς 21 extingueret *s.l.*𝔅*m1,om.cet.* matris *D* pactas] partus *in ras.m2 B* 23 uenderet *B* *pr.* non *in ras.m2 B* pupillarum *AD* 24 manusque magis (magis *s.l.*𝔅) *Ap.c.m2*𝔅*B* manuque (quae *D*) manus *Aa.c.m2D* magisque manus ς spectare *B* expectare *cet.* 25 uultus—26 multis *om.D* et *om.*ς caribdim *codd.*; *seq.* in *eras.*𝔅 scillamque *codd.* 26 qui ς

naufragiis parceret nec captiuitatibus flecteretur. imitare, crude- 9
lis, saltim hostem Romani imperii. Brennus nostri temporis tantum, quod inuenerat, tulit; tu quaeris, quod non inuenis. et mirantur aemuli — uirtus enim semper inuidiae patet —, cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cum et ille partem sit dignatus accipere, qui totum potuit auferre, et haec quasi comiti negare non ausa sit, quae se intellegebat sub nomine priuatae dignitatis tyranno seruientem? sentio me ini- 10
micorum patere morsibus, quod adulari uidear nobilissimae et clarissimae feminae. qui accusare non poterunt, si me scierint hucusque tacuisse; neque enim laudaui in ea umquam antiquitatem generis, diuitiarum et potentiae magnitudinem uiro uiuente uel mortuo, quae alii forsitan mercennaria oratione laudauerint. mihi propositum est stilo ecclesiastico laudare auiam uirginis 11
meae et gratias agere, quod uoluntatem eius sua adiuuerit uoluntate. alioquin cellula monasterii, uilis cibus uestisque contempta et aetas uicina iam morti breuisque temporis uiaticum carent omni adsentationis infamia. denique in reliquis partibus omnis mihi sermo ad uirginem dirigetur et uirginem nobilem et nobilem non minus sanctitate quam genere, cuius quanto sublimis ascensus est, tanto lapsus periculosior.

⟨u n u m⟩ i l l u d t i b i, n a t a d e o, p r o q u e o m n i- 12
b u s u n u m
p r a e d i c a m e t r e p e t e n s i t e r u m q u e i t e-
r u m q u e m o n e b o,

ut animum tuum sacrae lectionis amore occupes nec in bona terra pectoris tui sementem lolii auenarumque suscipias, ne

2 Brennus nostri temporis] = Alaricus 22 Uergil. Aen. III 435—436 27 cf. Matth. 13, 8

1 parcerent—flecterentur ς 2 saltem 𝔅*p.c.B* 3 inuenerit *Aa.c.*𝔅*D* 4 tantarum rerum secum (secum *s.l.*) *B* 5 pudicitia *D* perscriptione *AD* 6 dignatus sit ς 8 seruiente *D* 9 adolari *A*𝔅*a.c.m2,D* nob. fem. et clar. *B* clar. et nob. feminae ς 10 clar.] kmę̄ *D* quia *A* poterint *AD*,𝔅*a.c.* scirent *B* 11 laudabis (s *postea add.*) *D* 13 laudauerunt 𝔅*a.r.* laudauer̄ *B* 15 gratiam reddere *B* quod *s.l.m2B* uoluntati *B* 17 breuisque (s *exp.*)*A* 19 *pr.* et *om.B* 20 quanto] parte *D* sublimior ς 21 lapsu *D* 22 *pr.* unum *om.codd.* preque *Ap.c.m2* praeque ς 24 *pr.* que *eras.*𝔅,*om.cet.* 27 tui *om.A* nec(c *exp.*) *A*

dormiente patre familias — qui est *νοῦς*, id est animus, deo semper adhaerens — inimicus homo zizania superseminet, sed semper loquaris: in noctibus quaesiui, quem dilexit anima mea. ubi pascis, ubi cubas in meridie? et: adhaesit post te anima mea, me suscepit dextera tua illudque Hieremiae: non laboraui sequens te. neque enim est dolor in
13 Iacob nec labor in Israhel. quando eras in saeculo, ea, quae erant saeculi, diligebas: polire faciem purpurisso et cerussa ora depingere, ornare crinem et alienis capillis turritum uerticem struere, ut taceam de inaurium pretiis, candore margaritarum Rubri Maris profunda testantium, zmaragdorum uirore, cerauniorum flammis, hyacinthorum pelago, ad quae ardent et
14 insaniunt studia matronarum. nunc autem, quia saeculum reliquisti et secundo post baptismum gradu inisti pactum cum aduersario tuo dicens ei: 'renuntio tibi, diabole, et saeculo tuo et pompae tuae et operibus tuis', serua foedus, quod pepigisti, et esto consentiens pactumque custodiens cum aduersario tuo, dum es in uia huius saeculi, ne forte tradat te iudici et de suo aliquid usurpasse conuincat tradarisque ministro, qui ipse est inimicus et uindex, et mittaris in carcerem et in tenebras exteriores, quae, quanto a Christo, uero lumine, separamur, tanto nos maiori horrore circumdant, et non inde exeas, nisi soluas nouissimum quadrantem, id est minimum quodque delictum, quia et pro otioso uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii.

8. Haec dicta sint non infausto contra te uaticinio, sed pauidi cautique monitoris officio ea quoque in te, quae tuta sunt,

1 cf. Matth. 13, 23. 25 3 *Cant. 3, 1 4 *Cant. 1, 6 5 *Ps. 62, 9 6 *Hier. 17, 16 7 *Num. 23, 21 18 cf. Matth. 5, 25 21 cf. Matth. 22, 13 23 cf. Matth. 5, 26 24 cf. Matth. 12, 36 27 cf. Uerg. Aen. IV 298

1 qui est *Ap.c.m2*𝔅 quies *uel* qui es *cet.* semper deo *B* 2 inimicos *D* 3 diligit *B* 4 cubes *A*𝔅*a.c.m2,D* 5 inhaesit 𝔅*a.c.D* inesit *A* an. mea post te *B* 6 iheremiae *B* laborabit *D* 8 nec *ex* et 𝔅 9 purpurissimo *A* 12 smar. ς zmaragdino *B* cerauneorum *A*𝔅*D* 13 iacinth. *A* iachint. 𝔅*D* iacinct. *B* ad quae] atque *D* ad q̄; *A* ardenti (i *s.l.m2*) *A* 14 (in *in mg.*) saniunt 𝔅 quia] quę *A* cur *D* 16 tuo *om.D* 17 pompis tuis *B* 19 et te de ς 20 et inimicus et ς 21 ext. ten. *B* 22 separantur 𝔅 24 et *s.l.m2B* 26 sunt *DB* 27 tuta *ex* tua *m2B*

formidantis. si spiritus, inquit, potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. quasi in procinctu et in acie stamus semper ad pugnam. uult nos loco mouere hostis et de gradu excedere, sed soli- 2
danda uestigia sunt et dicendum: statuit supra petram pedes meos et: petra refugium leporibus, pro quo multi 'erinacios' legunt, animal paruum et fugax et [peccatorum] sentibus praegrauatum. sed ideo Iesus spinis coronatus est et nostra delicta portauit et pro nobis doluit, ut de
sentibus et tribulationibus feminarum, ad quas dicitur: in anxietatibus et doloribus paries, mulier, et ad uirum conuersio tua et ipse tui dominabitur, rosae uirginitatis et lilia castitatis nascerentur. unde et sponsus pascitur inter lilia et inter eos, 3
qui uestimenta sua non coinquinauerunt — uirgines enim permanserunt audieruntque praeceptum: candida sint semper uestimenta tua —, et quasi auctor uirginitatis et princeps loquitur confidenter: ego flos campi et lilium conuallium. petra igitur leporum 4
est, qui in persecutionibus de ciuitate fugiunt in ciuitatem nec timent illud propheticum: periit fuga a me. montes autem excelsi ceruis, quorum colubri cibus sunt, quos educit puer paruulus de foramine, quando pardus et haedus requiescunt simul et bos et leo comedunt paleas, ut nequaquam
bos discat feritatem, sed leo doceatur mansuetudinem. reuer- 5
tamur ad propositum testimonium: si spiritus pote-

1 Eccle. 10, 4 5 Ps. 39, 3 6 *Ps. 103, 18 10 *Gen. 3, 16 14 Cant. 2, 16 et 6, 2 15 *Apoc. 3, 4 16 *Eccle. 9, 8 18 Cant. 2, 1 19 cf. *Ps. 103, 18 21 Ps. 141, 5 Ps. 103, 18 22 cf. Esai. 11, 6—8 26 Eccle. 10, 4

1 formidantes *ABa.c.m2*,𝔅*D* 3 procincto *A*𝔅*a.c.m2.D* 4 decedere ς 5 sunt uest. sunt (*alt.* sunt *s.l.m2*)*B* super 𝔅*D* 7 eri(*ex* e *m2*)nacios 𝔅 eri(*ex* e *m2*)natios *A* erenacios *D* herinaciis *B* herinacios ς legunt] *add.* herinacios ς 8 peccatorum *ut scioli additamentum seclusi*, capillorum *coni. Engelbrecht*, spinarum *substituit* ς Iesus *om.A* 9 portabit *D* 12 uirum tuum *B* conuersatio *A* 13 cast. lil. *B* nasceretur *A*𝔅*a.c.m2* 17 semper *om.B* 18 actor *B* 20 fug. de ciu. ς 21 timent] mittent *Aa.c.m2* dimittunt *Ap.c.m2* 22 cibi *B* quod (quos *m2A*) seducit *AD* 23 hedus *codd.* 25 bos **di(s *s.l.m2*)cat *A*

statem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. post quod sequitur: quia curatio quiescere facit peccata maxima. qui uersiculus hunc habet sensum: si in cogitationes tuas coluber ascenderit, omni custodia serua cor tuum et cum Dauid canito: ab occultis meis munda me, domine, et ab alienis parce seruo tuo, et ad peccatum maximum, quod opere perpetratur, nequaquam peruenies, sed incentiua uitiorum statim in mente iugulabis et paruulos Babylonios allides ad petram, in qua serpentis uestigia non repperiuntur, cauteque domino promittis: si mei non fuerint dominati, tunc inmaculatus ero et emundabor
6 a delicto maximo. hoc est, quod et alibi scriptura testatur: 'peccata patrum reddam in tertiam et quartam generationem', ut cogitationes nostras mentisque decretum non statim puniat, sed reddat in posteris, id est in malis operibus et in delictorum perseuerantia, quando loquitur per Amos: super tribus et quattuor inpietatibus illius et illius ciuitatis nonne auersabor eam?

9. Haec cursim quasi de prato pulcherrimo sanctarum scripturarum paruos flores carpsisse sufficiat pro commonitione tui, ut claudas cubiculum pectoris et crebro signaculo munias frontem tuam, ne exterminator Aegypti in te locum repperiat, sed primogenita, quae apud Aegyptios pereunt, in tua mente saluentur et dicas cum propheta: paratum cor meum, deus, paratum cor meum; cantabo et psallam. exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium

2 *Eccle. 10, 4 5 Prou. 4, 23 6 *Ps. 18, 13—14 9 cf. Ps. 136, 9 10 cf. Prou. 30, 19 11 Ps. 18, 14 14 cf. Ex. 20, 5; Num. 14, 18; Deut. 5, 9 17 cf. Am. 1, 3 et 2, 4 23 cf. Gen. c. 11 et 12 25 *Ps. 107, 2—3

6 domine] đ *B* 9 babil. *DB* babylonis 𝔅*a.c.m2* 10 reper. *A*,*Da.c.* 11 promittes *B* dominata *Bp.c.m2* 13 et *om.*ς 14 reddam] *add.* in filios ς et in quartam ς 17 perseuerantiam *A*𝔅*a.c.*,*D* quando] quoniam ς per Amos loq. ς 18 inpiet. et quatuor *B* sceleribus (*exp.*) impietatibus 𝔅 *alt.* illius *s.l.*𝔅 19 nonne *in ras.2 litt.B* 21 carpsisse *B* carpisse *cet.* commo(u *Aa.c.m2D*)niti(ti *s.l.A*)onem (m *exp.A*,*eras.*𝔅) *A*𝔅*D* 22 ut et ς sign. crucis ς 24 egyptio(*ex* u *A*)s *AB* 27 exsurge, gloria mea *om.B* exurge *utroque loco D, altero B*

et cithara. quam adsumere iubetur et Tyrus multis pec- 2
catorum confossa uulneribus, ut agat paenitentiam et maculas
pristinae foeditatis cum Petro amaris abluat lacrimis. uerum nos
ignoremus paenitentiam, ne facile peccemus. illa quasi secunda
post naufragium miseris tabula sit: in uirgine integra seruetur
nauis. aliud est quaerere, quod perdideris, aliud possidere, quod
numquam amiseris. unde et apostolus castigabat corpus suum et 3
in seruitutem redigebat, ne aliis praedicans ipse reprobus inueni-
retur, corporisque ex persona generis humani inflammatus ardori-
bus loquebatur: miser ego homo, quis me libera-
bit de corpore mortis huius? et iterum: scio,
quia non habitat in me, hoc est in carne mea,
bonum; uelle enim adiacet mihi, ut faciam
autem bonum, nequaquam. neque enim,
quod uolo, bonum, sed, quod nolo, malum,
hoc facio et denuo: qui in carne sunt, deo
placere non possunt. uos autem non estis
in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus
dei habitat in uobis.

10. Post cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum
tibi arma sumenda sunt et canendum cum Dauid: humili-
aui in ieiunio animam meam et: cinerem
quasi panem manducaui et: cum molesti
essent mihi, induebar cilicio. Eua per cibum 2
eiecta est de paradiso. Helias quadraginta dierum exercitatus
ieiunio igneo curru rapitur ad caelum. Moyses quadraginta die-
bus ac noctibus familiaritate et sermone dei pascitur et in se
uerissimum probat: non in solo pane uiuit homo,

1 cf. Esai. 23, 16 3 cf. Matth. 26, 75 etc. 7 cf. I Cor. 9, 27
10 *Rom. 7, 24 11 * Rom. 7, 18—19 16 *Rom. 8, 8—9 21 *Ps. 34, 13
22 *Ps. 101, 10 23 *Ps. 34, 13 24 cf. Gen. c. 3 25 cf. III Reg. 19, 8
26 cf. IV Reg. 2, 11 cf. Ex. 24, 18 et 34, 28 28 *Matth. 4, 4

1 cythara 𝔅*D* citara *B* 2 poen. *A*𝔅 3 lacr. abl. ς nos] non *Ap.c.m2*
4 paen. *B* poen. *cet.* 6 *alt.* aliud] *add.* est ς 7 suum *s.l.m2B* 9 inflammatur *D*
10 liberauit *A* 12 quia] quoniam *B* in me *ex* me *A* 13 adiecit *A*𝔅*a.c.m2*,*D*
23 quasi] tamquam ς manducabam *B* 24 erant ς 25 exercitatur *Aa.c.m2D*
26 curru igneo *B* ad] in ς 27 pasc. domini *B* et *s.l.m2A*,*del.*𝔅,*om.D*
28 probans ς; *add.* quod dicitur ς pane solo 𝔅

sed in omni uerbo, quod egredietur ex ore dei. saluator generis humani, qui uirtutum et conuersationis suae nobis reliquit exemplum, post baptismum statim adsumitur ab spiritu, ut pugnet contra diabolum et oppressum eum atque contritum tradat discipulis conculcandum. unde et apostolus loquitur: deus autem conterat satanan sub pedibus uestris uelociter. et tamen hostis antiquus post quadraginta dierum ieiunium per cibum molitur insidias et dicit: si filius dei es, dic, ut lapides isti panes fiant. in lege mense septimo post clangorem tubarum, decima die mensis totius gentis Hebraeae ieiunium est et exterminatur anima illa de populo suo, quae saturitatem praetulerit continentiae. in Iob scriptum est de dracone: uirtus eius in lumbis et fortitudo illius super umbilicum uentris. aduersum iuuenes et puellas aetatis ardore abutitur et inflammat rotam natiuitatis nostrae et inplet illud in Osee: omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum, quae dei misericordia et ieiuniorum frigore restringuntur. haec sunt ignita diaboli iacula, quae simul et uulnerant et inflammant et a rege Babylonio tribus pueris praeparantur, qui succendit fornacem quadraginta nouem cubitorum habens et ipse septem ebdomadas ad perditionem, quas dominus obseruari iusserat ad salutem. sed, quomodo ibi quartus speciem habens quasi filii hominis inmensos mitigauit ardores et inter camini aestuantis incendia docuit flammas calorem amittere et aliud oculis comminari, aliud praebere tactui, sic et in animo uirginali rore caelesti et ieiuniorum frigore calor puellaris

3 cf. Matth. 4, 1 6 *Rom. 16, 20 8 cf. Matth. 4, 2 9 Matth. 4, 3 10 cf. Leu. 16, 29 et 23, 27; Num. 29, 7 13 *Hiob 40, 11 17 Os. 7, 4 21 cf. Dan. 3, 47 23 cf. Dan. 3, 49—50

1 egreditur ex $\mathfrak{B}p.r.$ procedit de *B* 2 uirtutem *ABa.c.m2* 3 nobis in omnibus (omnibus *in mg.*)$\mathfrak{B}$ 4 ab (b *eras.*)$\mathfrak{B}$ a *cet.* eum *om.B* 6 conteret ς satanam *B* 11 decimo ς 12 illa anima ς illa *om.B* 14 lumbis eius ς 15 uentris eius ς ardore] *add.* hostis noster ς 17 in *s.l.*$\mathfrak{B}$,*om.B* omne *D* omnia *Aa.c.m2* 18 rigore ς 19 restinguuntur ς haec—20 uuln. et *om.A* 20 *alt.* et *om.D* infl.] hae flammae *Ap.c.m2* a *s.l.m2A* 21 fornace *D* XLVIIII *codd.* 22 hebd. ς 24 fili *A* 25 incendium ς ammittere *D* 26 comminari] *seq.* et *eras.B* in *om.A* 27 rigore ς

extinguitur et humano corpori angelorum impetratur conuersatio. quam ob rem et uas electionis de uirginibus se dicit domini non habere praeceptum, quia contra naturam, immo ultra naturam est non exercere, quod nata sis, interficere in te radicem tuam et sola uirginitatis poma decerpere, nescire torum, omnem uirorum horrere contactum et in corpore uiuere sine corpore. 6

11. Neque uero inmoderata tibi imperamus ieiunia et inormem ciborum abstinentiam, quibus statim corpora delicata franguntur et ante aegrotare incipiunt quam sanctae conuersationis iacere fundamenta. philosophorum quoque sententia est *μεσότητας ἀρετάς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι*, quod Latinus ita potest sermo resonare: moderatas esse uirtutes, excedentes modum atque mensuram inter uitia reputari. unde et unus de septem 2 sapientibus: n e q u i d, ait, n i m i s. quod tam celebre factum est, ut comico quoque uersu expressum sit. sic debes ieiunare, ut non palpites et respirare uix possis et comitum tuarum uel porteris uel traharis manibus, sed, ut fracto corporis appetitu nec in lectione nec in psalmis nec in uigiliis solito quid minus facias. ieiunium non perfecta uirtus, sed ceterarum uirtutum fundamentum est et sanctificatio atque pudicitia, s i n e q u a n e m o u i d e b i t d e u m, gradus praebet ad summa scandentibus nec tamen, si sola fuerit, uirginem poterit coronare. legamus euangelium 3 sapientium et stultarum uirginum, quarum aliae cubiculum ingrediuntur sponsi, aliae bonorum operum oleum non habentes extinctis lampadibus excluduntur. latus est super ieiuniis campus, in quo et nos saepe cucurrimus et multorum proprii habentur libri, ad quorum te mittimus lectionem, ut discas, quid boni habeat continentia et quid e contrario mali saturitas.

2 cf. Act. 9, 15 cf. I Cor. 7, 25 11 cf. Bonitzii index Aristot. s. u. *μεσότης* et *ὑπερβολή* 13 unus de sept. sap.] = Chilo Lacedaemonius 15 comico quoque uersu] = Terent. Andria 61 20 Hebr. 12, 14 22 cf. Matth. 25, 1—12

1 et in hum. corpore *B* imperatur (*s.l.* ł suadetur *m2D*) *AB*^{2}*D* 5 thorum *Ap.c.m2B* 6 horrore *AB*^{2}*a.c.m2* 7 enormem *Ap.c.m2B* 8 cyborum *AB*^{2} 11 *graecis uerbis haec latina superscripsit Am2*: moderatas uirtutes supra modū malitias esse *MECOTHCAC B EMECOTHETAC D EMECOTNETAC* (*NE exp.,s.l.H*) *A AIMECΩTEICTAC* B^{2} 12 esse *del.m2A* excidentes *A* B^{2}*a.c.m2,D* excedentia *B* 14 tam] tamen *Aa.c.D* 15 comico quoque *ex* comissoque *m2A* comiqcoque (*pr.* q *eras.*) *D* 16 *pr.* et *s.l.*B^{2} posteris *AB*^{2}*a.c.m2* 17 nec] ne *D* 21 summum ascendentibus *B* 23 sponsi ingred. *ς*

12. Imitare sponsum tuum: esto auiae matrique subiecta. nullum uirorum — et maxime iuuenum — nisi cum illis uideas. nullum scias, quem illae nesciant. saecularis quoque sententia est: eadem uelle et eadem nolle, ea demum firma amicitia est. ut adpeteres uirginitatem, ut Christi praecepta cognosceres, ut scires, quid tibi expediret, quid eligere deberes, illarum te exempla docuerunt, sancta domi instruxit
2 conuersatio. non igitur solum tuum putes esse, quod tuum est, sed et earum, quae suam in te expressere pudicitiam et honorabilium nuptiarum cubilisque inmaculati pretiosissimum germinauere te florem, qui perfectus afferet fructus, si humiliaueris te sub potenti manu dei et scriptum semper memineris: superbis deus resistit, humilibus autem dat
3 gratiam. ubi autem gratia, non operum retributio sed donantis est largitas, ut inpleatur dictum apostoli: non est uolentis neque currentis sed miserentis dei. et tamen uelle et nolle nostrum est; ipsum quoque, quod nostrum est, sine dei miseratione non nostrum est.

13. Eunuchorum quoque tibi et puellarum ac seruulorum mores magis eligantur quam uultuum elegantia, quia in omni sexu et aetate et truncatorum corporum uiolenta pudicitia animi considerandi sunt, qui amputari nisi Christi timore non possunt. scurrilitas atque lasciuia te praesente non habeat locum. numquam uerbum inhonestum audias aut, si audieris, non irascaris. perditae mentes hominum uno frequenter leuique sermone temptant claustra pudicitiae. ridere et rideri saecularibus derelinque;
2 grauitas tuam personam decet. Catonem quoque — illum dico censorium et uestrae quondam urbis principem —, qui in extrema

1 cf. Luc. 2, 51 4 Sallust. Catil. 20, 4 9 cf. Hebr. 13, 4 12 *Iac. 4, 6 15 *Rom. 9, 16

4 et] atque *B* 5 peteres *B* 6 *pr.* quid *ex* quod *m2A* elegere *AB a.c.m2,D* 7 domi] dn̄i *B* 8 putes tuum ς 9 *pr.* et *om.AB* 10 cubiculique *B* germen habe (*corr. in* habuere *m2*)*B* 11 perfectos *Ap.c.m2B* afferret *B* 16 dei mis. ς 17 uelle] et uelle *B* nolle non *A* ipsum—18 nostrum est *om.AD* ipsumque, quod nostrum est *in mg.m2B* ipsum quoque *B* ipsumque *B* 18 nostrum non ς 20 elegantur *AB a.c.m2,D* uultum *A* eligantia *Bp.c.m2* 21 *pr.* et *s.l.B* 23 scurril. *Bp.c.m2* scuril. *cet.* habeant ς 24 irasc.] inesceris ς (*sed cf. p. 193, 7 sqq.*) 25 mentis homines ς 28 censorinum *B* in *om.*ς

aetate Graecas litteras non erubuit censor nec desperauit senex discere * * * * * * * * * * * * * * * * * * et M. Crassum semel in uita scribit risisse Lucilius. fuerit illa affectata seueritas et gloriam quaerens auramque popularem; nos affectus et perturbationes, quamdiu in tabernaculo corporis huius habitamus et fragili carne circumdamur, moderari et regere possumus, amputare non possumus. unde et psalmista dicit: irascimini et nolite peccare, quod apostolus disserens: sol, inquit, non occidat super iracundiam uestram, quia et irasci hominis est et finem irae ponere Christiani.

14. Superfluum reor te monere contra auaritiam, cum generis tui sit et habere et calcare diuitias et apostolus doceat auaritiam esse idolorum cultum dominusque respondeat sciscitanti: magister bone, quid boni faciens uitam aeternam possidebo? si uis esse perfectus, uade, uende omnia, quae habes, et da pauperibus et habebis thesaurum in caelis et ueni, sequere me. apostolici fastigii est perfectaeque uirtutis uendere omnia et pauperibus distribuere et sic leuem atque expeditum cum Christo ad caelestia subuolare. nobis, immo tibi diligens credita est dispensatio, quamquam in hoc omni aetati omnique personae libertas arbitrii derelicta sit. si uis, inquit, esse perfectus: 'non cogo, non impero, sed propono palmam, ostendo praemia; tuum est eligere, si uolueris in agone atque certamine coronari'. et consideremus, quam sapienter sapientia sit locuta: uende, quae habes. cui ista praecipiuntur? nempe illi, cui dictum est: si uis esse perfectus. non partem bonorum tuorum uende, sed omnia. cum-

2 cf. Cicero de fin. V 92; Tusc. III 31. Lucilius 1299 et 1300 Marx 5 cf. II Petr. 1, 13 7 Ps. 4, 5 8 Eph. 4, 26 12 cf. Eph. 5, 5 14 *Matth. 19, 16 15. 22. 27 *Matth. 19, 21 24 cf. II Tim. 2, 5 26 Matth. 19, 21

1 non] nec 𝔅 disperauit *A*𝔅*a.c.m2*,*D* 2 et m. crassum 𝔅*s.l.m2*,ς quem *B*, *om. AD*; *post* discere *quaedam excidisse apparet* 3 lucilius *B* lucius *cet.* affecta *A* 4 auremque *Bp.c.* 8 edisserens *B* 9 occidam *D* 10 irae] iracundiae *AD* inponere 𝔅*p.c.m2*ς 11 contra *ex* super 𝔅 13 cultu *D* 15 perf. esse *B* 16 uade et *B* 18 apostoli(ci *add.s.l.*) *D* fastigiae *ADa.c.m2* 21 omnia *D* 22 relicta ς 23 perf. esse *B* 24 elegere *A*𝔅*a.c.m2*,*D* 26 cui ista cui *B* 27 nempe (empe *in ras. m2*) *B* si *s.l.m2 A*

que uendideris, quid sequitur? et da pauperibus. non diuitibus, non propinquis, non ad luxuriam sed ad necessitatem. siue ille sacerdos siue cognatus sit et adfinis, nihil in illo aliud consideres nisi paupertatem. laudent te esurientium uiscera,
4 non ructantium opulenta conuiuia. in Actibus apostolorum, quando domini nostri adhuc calebat cruor et feruebat recens in credentibus fides, uendebant omnes possessiones suas et pretia earum ad apostolorum deferebant pedes, ut ostenderent pecunias
5 esse calcandas; dabaturque singulis, prout opus erat. Ananias et Saphira, dispensatores timidi, immo corde duplici et ideo condemnati, quia post uotum obtulerunt quasi sua et non eius, cui semel ea uouerant, partemque sibi iam alienae substantiae reseruarunt metuentes famem, quam uera fides non timet, praesentem meruere uindictam non crudelitate sententiae sed correptionis exemplo. denique et apostolus Petrus nequaquam inprecatur eis mortem, ut stultus philosophus calumniatur, sed dei iudicium prophetico spiritu adnuntiat, ut poena duorum hominum
6 sit doctrina multorum. ex eo tempore, quo uirginitati perpetuae consecrata es, tua non tua sunt, immo uere tua, quia Christi esse coeperunt, quae auia uiuente uel matre ipsarum arbitrio dispensanda sunt. sin autem obierint et somno sanctorum requieuerint — scio enim et illas hoc optare, ut te habeant superstitem —, cum aetas maturior fuerit et uoluntas grauior firmiorque sententia, facies, quod tibi uisum fuerit, immo quod dominus imperarit, scitura nihil te habituram, nisi quod in bonis operibus eroga-
7 ueris. alii aedificent ecclesias, uestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant earumque deaurent capita pretiosum ornatum non sentientia, ebore argentoque ualuas et gemmis aurea uel aurata distinguant altaria — non reprehendo, non ab-

1 Matth. 19, 21 6 cf. Act. 4, 34—35 9 cf. Act. 5, 1—11

2 luxoriam *AB*a.c.m2 3 sit siue cogn. ς 4 nisi] quam ς 5 actis ς 9 prout cuique ς annanias *B* 10 Sapphira ς 12 iam *om.A* reseruauerunt ς 13 timet et *B* 14 metuere *Bp.c.* credulitate *A* correctionis *A*,*Bp.c.* 16 phil.] Porphyrius ς 17 prophetiae (*ex* —tia *m2*) *A* 18 quod *D* 19 es] *seq.* si *A*(*exp.*)*D* tua sunt] sunt tua *B* quia] qui *D* 22 et illas hoc *BB* in illis hoc *AD* et hoc illas ς 23 et *s.l.B* 24 imperat *AD*,*Bp.c.* 25 habiturum *Aa.c.m2D* 27 adueant *A*,*Da.c.* capta *D* precioso ornatu *Bp.c.m2* 28 sentientia *Ap.c.m2* sentienti *cet.* 29 aurea uel *om.B*

nuo; unusquisque in sensu suo abundet meliusque est hoc facere quam repositis opibus incubare —, sed tibi aliud propositum est: Christum uestire in pauperibus, uisitare in lan- 8
guentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui tecto indigent — et maxime in domesticis fidei —, uirginum alere monasteria, seruorum dei et pauperum spiritu habere curam, qui diebus et noctibus seruiunt domino tuo, qui in terra positi imitantur angelorum conuersationem et nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes dei pertinet, habentesque uictum atque uestitum his gaudent diuitiis, qui plus habere nolunt, si tamen seruant propositum. alioquin, si amplius desiderant, his quoque, quae necessaria sunt, probantur indigni. haec ad uirginem diuitem et uirginem nobilem sim locutus.

15. Nunc tantum ad uirginem loquar, id est non ea, quae extra te, sed in te sunt, tantum considerans. praeter psalmorum et orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad uesperum, medio noctis et mane semper est exercendum, statue, quot horis sanctam scripturam ediscere debeas, quanto tempore legere non ad laborem, sed ad delectationem et instructionem animae. cumque haec finieris spatia et frequenter te ad figenda 2
genua sollicitudo animi suscitauerit, habeto lanam semper in manibus uel staminis pollice fila deducito uel ad torquenda subtemina in alueolis fusa uertantur aliarumque neta aut in globum collige aut texenda conpone. quae texta sunt, perspice; quae errata, reprehende; quae facienda, constitue. si tantis operum uarietatibus fueris occupata, numquam tibi dies longi erunt, sed, quamuis aestiuis tendantur solibus, breues uidebuntur, in quibus aliquid operis praetermissum est. haec obseruans et te 3
ipsam saluabis et alias et eris magistra sanctae conuersationis

1 *Rom. 14, 5 5 cf. Gal. 6, 10 9 cf. I Tim. 6, 8

1 enim in suo sensu *B* habundet *AB*^{2}*D* habundat (h *eras.*) *B* 5 in *s.l.m*^{2}*B* 9 atque] et *B* 11 alioqui ς 12 et] et ad $B^{p.c.m2}$*B* 13 sum ς loquutus *AD*,$B^{a.c.m2}$ 15 sed] sed ea quae B^{2} 16 ora *Aa.c.m*2B^{2} 17 media noctis $B^{a.c.m2}$,*AD* media nocte ς 18 quot *ex* quod *ADB* 21 animae $B^{a.c.}$ς suscitarit *B* 22 police *AD*,$B^{a.c.m2}$ 23 subtecmina *Ap.c.m*2 subtegmina ς 24 testa *D* perspice *scripsi* respice *codd.* inspice ς 25 cirrata *B* 26 dies tibi ς 27 tendatur *AD*,$B^{a.c.m2}$ 28 obseru. *om.D* 29 conuersionis *A*

multarumque castitatem lucrum tuum facies scriptura dicente:
4 in desideriis est omnis anima otiosi. nec
idcirco tibi ab opere cessandum est, quia deo propitio nulla re indiges, sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad domini pertinet seruitutem. 5
simpliciter loquar: quamuis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit pretiosius, nisi quod manibus tuis ipsa confeceris uel in usus proprios uel in exemplum uirginum ceterarum uel, quod auiae matrique offeras maiora ab eis in refectionem pauperum pretia receptura. 10

16. Paene praeterii, quod uel praecipuum est. dum esses paruula et sanctae ac beatae memoriae Anastasius episcopus Romanam regeret ecclesiam, de orientis partibus hereticorum saeua tempestas simplicitatem fidei, quae apostoli uoce laudata est, polluere et labefactare conata est. sed uir ditissimae pauper- 15
tatis et apostolicae sollicitudinis statim noxium perculit caput
2 et sibilantia hydrae ora conpescuit. et quia uereor, immo rumore cognoui in quibusdam adhuc uiuere et pullulare uenenata plantaria, illud te pio caritatis affectu praemonendam puto, ut sancti Innocentii, qui apostolicae cathedrae et supra dicti 20
uiri successor et filius est, teneas fidem nec peregrinam, quam-
3 uis tibi prudens callidaque uideatur, doctrinam recipias. solent enim huiusce modi per angulos musitare et quasi iustitiam dei quaerere: 'cur illa anima in illa est nata prouincia? quid causae extitit, ut alii de Christianis nascantur parentibus, alii inter feras 25
et saeuissimas nationes, ubi nulla dei notitia est?' cumque hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint et fistulato uulnere locum sibi fecerint, uenena diffundunt: 'putasne, frustra infans paruulus et qui uix matrem risu et uultus hilaritate cognoscat, qui nec boni aliquid fecit nec mali, daemone corripitur, morbo 30
opprimitur regio et ea sustinet, quae uidemus inpios homines non

2 *Prou. 13, 4 14 cf. Eph. 4, 5. 13 29 cf. Uergil. Bucol.•IV 60

1 castitate *AD* 2 an. omnis ociosi *B* anima *in mg.*𝔅 5 ad *ex* a *A* 9 uel] ut *AD* quid *Ap.c.m2* 15 uir] *seq. ras. 3 litt.*𝔅 17 hidre *B* idrae *A* hydriae (i *eras.*)𝔅 ydrie *D* rumore *ex* ore 𝔅 18 pululare *AD* 20 innocenti *Aa.c.m2D* 22 uidearis ς 23 mussitare ς et *s.l.m2B* 24 quur *AD*,𝔅*a.c.m2* *pr.* illa *ex* ulla 𝔅 25 *alt.* aliae *D* aliqui *B* 29 uisu *Ap.c.* 30 aliquid] aliud *A* 31 oppremitur *Aa.c.m2D* sustinent 𝔅

sustinere et sustinere deo seruientes? sin autem iudicia', in- 4
quiunt, 'domini uera, iustificata in semet ipsis
et nihil apud deum iniustum est, ipsa ratione conpellimur, ut credamus animas fuisse in caelestibus et propter quaedam antiqua
5 peccata damnatas in corporibus humanis et, ut ita loquamur, sepultas nosque in ualle lacrimarum poenas luere peccatorum. unde et propheta dicit: priusquam humiliarer, ego peccaui et: educ de carcere animam meam et: iste peccauit, ut caecus ex utero nasceretur, an
10 parentes eius? et cetera his similia'. haec inpia et scelerata 5
doctrina olim in Aegypto et in orientis partibus uersabatur et nunc abscondite quasi in foueis uiperarum apud plerosque uersatur illarumque partium polluit puritatem et quasi hereditario malo serpit in paucis, ut perueniat ad plurimos, quam certus sum quod, si
15 audieris, non recipias. habes enim apud deum magistras, quarum fides norma doctrinae est. intellegis, quid loquar — dabit enim 6
tibi deus in omnibus intellectum — nec statim aduersum saeuissimam heresim et multo his nequiora, quam dixi, responsionem flagitabis, ne non tam prohibuisse uidear quam com-
20 monuisse, cum praesentis operis sit instruere uirginem, non hereticis respondere. ceterum omnes fraudulentias eorum et cuniculos, quibus nituntur subuertere ueritatem, in alio opere deo adiuuante subuertimus, quod, si uolueris, prompte libenterque mittemus. ultroneas enim aiunt putere merces et pretia facilitate decrescere, quae
25 semper in raritate maiora sunt.

17. Solet inter plerosque esse certamen, utrum solitaria an cum multis uita sit melior. quarum prior praefertur quidem secundae, sed, in uiris si quidem periculosa est, ne abstracti ab hominum frequentia sordidis et inpiis cogitationibus pateant et pleni adrogantiae ac

1 *Ps. 18, 10 6 cf. Ps. 83, 7 7 *Ps. 118, 67 8 *Ps. 141, 8 *Ioh. 9, 2 16 *II Tim. 2, 7 22 in alio opere] *sc.* epistula CXXIV

1 sin (n *eras.*)𝔅 sint(nt *exp.*)*A* iudicia sunt ς 2 semet ipsa *B* 5 et *s.l.m2A* 6 ueterum (*s.l.m2*𝔅) luere 𝔅*B* luere ueterum ς 9 ex utero *eras.*𝔅 11 *alt.* in *om.*ς 12 foueas *A* 15 non *ex* nec *m2*𝔅 17 intellectu *D* 18 quam] quae ς 19 responsionem] *add.* ordinis (hordinis *D*) *codd.*, *quod ex nota* origenis *margini adscripta ortum puto*, hominis ς flagites *B* non] modo *B* 20 instituere ς 21 fraudol. *A*𝔅*a.c.m2,D* 23 mittimus *Aa.c.m2,*𝔅*D* 24 decrescunt ς 27 melior sit ς 28 si in uiris (*om.* quidem) ς si quidem *scripsi* quidem *AD*, 𝔅*a.c.* quoque 𝔅*p.c.B* 29 ac] et ς

supercilii cunctos despiciant armentque linguas suas uel clericis uel aliis monachis detrahendi ⟨causa⟩ — de quibus rectissime dicitur: filii hominum, dentes eorum arma et sagittae et lingua eorum gladius acutus —, quanto magis in feminis, quarum mutabilis fluctuansque sententia, si suo arbitrio re-
2 linquatur, cito ad deteriora delabitur! noui ego in utroque sexu per nimiam abstinentiam cerebri sanitatem in quibusdam fuisse uexatam praecipueque in his, qui in humectis et in frigidis habitauere cellulis, ita ut nescirent, quid agerent quoue se uerterent, quid loqui, quid facere deberent. certe, si rudes saecularium litterarum de tractatibus hominum disertorum quippiam legerint, uerbositatem solam discunt absque notitia scripturarum et iuxta uetus elogium, cum loqui nesciant, tacere non possunt docentque scripturas, quas non intellegunt, et, cum aliis persuaserint, eruditorum sibi adsumunt supercilium prius inperitorum magistri quam doctorum discipuli.
3 bonum est igitur oboedire maioribus, parere perfectis et post regulas scripturarum uitae suae tramitem ab aliis discere nec praeceptore uti pessimo, scilicet praesumptione sua. de talibus feminis et apostolus loquitur, quae circumferuntur omni uento doctrinae semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis perueni entes.

18. Matronarum maritis ac saeculo seruientium tibi consortia declinentur, ne sollicitetur animus et audias, quid uel maritus uxori uel uxor locuta sit uiro. uenenatae sunt huiusce modi confabulationes, super quarum damnatione saecularem uersum adsumens apostolus fecit ecclesiasticum: corrumpunt mores bonos confabulationes malae, cuius iambici metrum, dum uerbum seruat ex uerbo, nequaquam expressit Latina trans-

3 Ps. 56, 5 12 cf. Otto, Sprichw. p. 338 sq., ubi adde Quintil. i. o. VIII 5, 18. Martial. VI 41, 2. Hieron. epist. LXI 4, 1 19 cf. Eph. 4, 14 II Tim. 3, 7 26 *I Cor. 15, 33 = Menandri fr. 218 Kock

2 detrahendo ς detrahendis *Engelbrecht* causa *addidi, om. codd.* 5 relinquantur *B* 6 delabuntur *B* per nim. abst. *s.l.m2*𝔅 7 cerebris *Aa.r.D* in *om.*ς 8 umectis *A,Da.c.* *tert.* in *eras.*𝔅,*om.*ς habitauerunt ς 11 dissert. *codd.praeterB* 12 eloquium *A* cum loqui *ex* conloqui *m2A* 14 ass. 𝔅*p.c.m2B* 16 igitur est *B* praefectis ς 18 pessima *D* feminis *om.B* 20 ad *ex* ab *A* 22 mariti *B* ac] a *Aa.c.m2D* 23 declinente *D* 24 loquuta 𝔅*a.c.m2D* 25 damnationem *A*𝔅*D* 27 confab. pessimae ς colloquia mala *P*

latio. graues feminae — et maxime uiduae ac uirgines — tibi comi- 2
tes eligantur, quarum probata est conuersatio, sermo moderatus, sancta uerecundia. fuge lasciuiam puellarum, quae ornant capita, crines a fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur lomentis, adstrictas habent manicas, uestimenta sine ruga soccosque crispantes, ut sub nomine uirginali uendibilius pereant. mores enim et studia 3
dominarum plerumque ex ancillarum et comitum moribus iudicantur. illa sit tibi pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socias, quae nescit esse se pulchram, quae neglegit formae bonum et procedens ad publicum non pectus et colla denudat nec pallio reuelato ceruices aperit, sed quae celat faciem et uix uno oculo, qui uiae necessarius est, patente ingreditur.

19. Dubito an loquar, sed — uelim, nolim —, quia crebro fit, dicendum est, non quo haec in te timere debeam, quae ista forsitan nescias nec umquam audieris, sed quo per occasionem tui ceterae praemonendae sint. cincinnatulos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est: n o n b e n e o l e t, q u i b e n e s e m p e r o l e t, quasi quasdam pestes et uenena pudicitiae uirgo deuitet, ut taceam de ceteris, quorum inportuna uisitatio et se infamat et alias, ut, etiamsi nihil mali operis perpetretur, tamen hoc sit uel maximum malum frustra patere maledictis et morsibus ethnicorum. nec hoc de omnibus dicimus, 2
sed de his, quos ecclesia ipsa reprehendit, quos interdum abicit, in quos nonnumquam episcoporum et presbyterorum censura desaeuit, ut prope periculosius sit lasciuis puellis ad loca religionis quam ad publicum procedere. quae uiuunt in monasterio et quarum simul magnus est numerus, numquam solae, numquam sine matre procedant. de agmine columbarum crebro accipiter unam separat, quam statim inuadat et laceret et cuius carnibus et cruore saturetur. morbidae oues suum relinquunt gregem et luporum faucibus deuorantur. scio ego sanctas uirgines, quae diebus festis propter 3

17 Martialis II 12, 4

4 dimittunt *Ap.c.m2*𝔅*D* mittunt *Aa.c.m2* lumentis *A*𝔅*a.c.m2*,*D* pigmentis *B* 8 tibi sit *B* pulcra *DB* 9 se nescit esse ς se *s.l.*𝔅,*om.DB* pulcram *D* 10 reuoluto ς ceruicem ς 16 peregrinis *Aa.r.D* 17 olentis *AD* pellicula *AD* arbitrii *AD* triuii *B* 18 qui—*alt.* olet *in mg. m2B* bene semper 𝔅*p.c.m2* semper bene *cet.* 19 quarum *B* 20 operis *om.*ς 22 ethn.] inimicorum *Ap.c.m2* 23 ipsa *ex* omnis 𝔅 28 procedunt *A* 29 *alt.* et *s.l.*𝔅,*om.*ς

populorum frequentiam pedem domi cohibent nec tunc egrediuntur, quando maior est adhibenda custodia et publicum penitus deuitandum. ante annos circiter triginta de uirginitate seruanda edidi librum, in quo necesse mihi fuit ire contra uitia et propter instructionem uirginis, quam monebam, diaboli insidias patefacere.
4 qui sermo offendit plurimos, dum unusquisque in se intellegens, quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audiuit, sed quasi criminatorem sui operis auersatus est. uerumtamen quid profuit armasse exercitum reclamantium et uulnus conscientiae dolore monstrasse?
5 liber manet, homines praeterierunt. scripsi et ad plerasque uirgines ac uiduas σπουδασμάτια et, quidquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est, ut aut ex superfluo eadem a nobis repetantur aut nunc praetermissa plurimum noceant. certe et beatus Cyprianus egregium de uirginitate uolumen edidit et multi alii tam Latino sermone quam Graeco omniumque gentium litteris atque linguis, prae-
6 cipue in ecclesiis, ἁγνὴ uita laudata est. sed hoc ad eas pertineat, quae necdum elegerunt uirginitatem et exhortatione indigent, ut sciant, quale sit, quod eligere debeant; nobis electa seruanda sunt et quasi inter scorpiones et colubros incedendum, ut accinctis lumbis calciatisque pedibus et adprehensis manu baculis iter per insidias huius saeculi et inter uenena faciamus possimusque ad dulces Iordanis peruenire aquas et terram repromissionis intrare et ad domum dei ascendere ac dicere cum propheta: domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae et illud: unam petii a domino,

3 *sc.* epist. XXII 19 cf. Ex. 12, 11 23 Ps. 25, 8 25 *Ps. 26, 4

1 freq. pop. ς 3 seruanda *in mg.*𝔅 4 fuit mihi ς 6 qui sermo *ex* quis ergo *m2A* in se *s.l.*𝔅 7 audiunt *ABa.c.m2,D* 8 aduersatus 𝔅*a.r.B* tamen *om.*𝔅*B* 10 praeterierunt *ex* perierunt 𝔅 11 ac *ex* et 𝔅 *CΠΟΥ-(Υ in ras.m2)ΔΑCΝ(Ν exp., s.l.m2M)ΑΛΑ (mut. in ΑΕΑΙΑ m2)* festinata *(s.l. m2) A CΠΟΔ(eras.)ΥΔΑCΝΑΠΑ* 𝔅 *CΠΟΥΑΑCΝΑΠΑ D CΠΟΥΜCΑΙΑ-ΤΙΑ B* 12 ut *om.A* ex *om.*ς a *om.B* 13 aut—certe *in mg.m2A* nunc] n̄ *B* et *om.A* ciprianus *B* 15 literis 𝔅*p.c.B* praecipui *B* 16 e(ae 𝔅)cclesia *Ap.c.m2*𝔅*B* ἁγνὴ *Vallarsi* agnis *A*𝔅*a.c.m2,D* agnes *A*𝔅*p.c.m2* agminis *B* pertinet *B* 17 exortatione *D* exercitatione *B* 18 elegere *A*𝔅*a.c. m2D* seru.] confirmanda *B* 19 *pr.* et] hi *D* 20 que *om.*ς appr. 𝔅*p.c.m2DB* 21 et *om.B* possumusque *A* possumus quae *D* possumus 𝔅*a.c.* ut possimus ς 22 aquas peru. *B* 25 et illud *s.l.*𝔅 et *ex* ut *m2A* peti *A* domino] đ *B*

hanc requiram, ut habitem in domo domini omnibus diebus uitae meae. felix illa conscientia et 7
beata uirginitas, in cuius corde praeter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atque iustitia ceteraeque uirtutes, nullus alius uersatur amor nec ad recordationem hominis aliquando suspirat nec uidere desiderat, quem, cum uiderit, nolit dimittere. sanctum uirginum propositum et caelestis angelorumque familiae gloriam quarundam non bene se agentium nomen infamat. quibus aperte dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant, si nolunt nubere. digna res risu, immo planctu: in- 8
cedentibus dominis ancilla uirgo procedit ornatior, ut pro nimia consuetudine, quam incomptam uideris, dominam suspiceris. nonnullae separata et absque arbitris quaerunt hospitia, ut uiuant licentius, utantur balneis faciantque, quod uolunt, et deuitent conscientias plurimarum. haec uidemus et patimur et, si aureus num- *
mus adfulserit, inter bona opera deputamus.

20. Finem iungo principio nec semel monuisse contentus sum. ama scripturas sanctas et amabit te sapientia. dilige eam et seruabit te; honora illam et amplexabitur te. haec monilia in pectore et in auribus tuis haereant. nihil aliud nouerit lingua nisi Christum, nihil possit sonare, nisi quod sanctum est. auiae tuae tibi semper ac matris in ore dulcedo uersetur, quarum imitatio forma uirtutis est.

9 cf. I Cor. 7, 9 18 *Prou. 4, 6. 8

1 hanc] ac *D* inhabitem *B* domini] đ *B* 2 meae *ex* tuae 𝔅 5 aduersatur *B* 6 uidere desiderat *ex* uiderat 𝔅 noli *D* 8 quorundam *codd. praeter B* se *eras.* 𝔅 9 cont. non poss. *B* 13 separatae *AB* et *om. B* quaerunt] que sunt *D* ut] ubi *B* 14 faciamque *D* 16 adfluxerit *A* 𝔅*a.c.m2* reputamus *AD*,𝔅*p.c.* 17 contemptus *D* contenti *Aa.c.m2* 22 tuae *eras.* 𝔅, *om. B* ac *ex* et 𝔅 dulc. in ore *B* 23 est] *add.* explicit ad demetriadem 𝔅

CXXXI.

AUGUSTINUS AD HIERONYMUM DE ORIGINE ANIMAE.

1. Deum nostrum, q u i nos u o c a u i t i n s u u m r e g n u m e t g l o r i a m, et rogaui et rogo, ut hoc, quod ad te scribo, sancte frater Hieronyme, consulens te de his, quae nescio, fructuosum esse nobis uelit. quamquam enim te multo, quam ego sum, aetate maiorem tamen etiam ipse iam senex consulo. sed ad discendum, quod opus est, nulla mihi aetas sera uideri potest, quia, etsi senes magis decet docere quam discere, magis tamen discere quam,
2 quid doceant, ignorare. nihil equidem molestius fero in omnibus angustiis meis, quas patior in difficillimis quaestionibus, quam in tam longinquo tuae caritatis absentiam, ut uix possim meas dare, uix recipere litteras tuas per interualla non dierum, non mensium,

3 I Thess. 2, 12

ä = *Ambrosianus O. 210. sup. s. VII.*
𝔓 = *Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ʒ = *Parisinus lat. 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
Λ = *Parisinus lat. 4883 A s. XI.*

consulatio aureli augustini ad hieron. presb. de origine animae *ä* augustinus ad hieronymum de origine animae 𝔓 beatus augustinus ad sanctum hier de origi(*ex* e)ne anime *A* epistula aureli augustini episcopi consulato (*sic*) ad hier. presb. de origine animae ʒ epistola beati augustini ad sanctum hieronimum de origine (*ex* derigene) animae *D* epistula sancti augustini ad hier. de origine animae *M* liber sancti augustini episcopi ad sanctum hier. presb. de origine animae hominis *Λ*

haec epistula est inter Augustini epistulas CLXVI (pars III p. 545 Goldbacher)

3 dominum deum *D* uocabit 𝔓 regnum suum 𝔓 4 ut *om.Λ* ad *ex* a *A* 5 fructuum 𝔓 fructum *Λ* 6 nobis esse *Λ* nobis *om.*ʒ uelis *ADM* quamquam] quam 𝔓 te (*seq. ras. 1—2 litt.*)*M* te sciam si *D* te si (tu sis *m2*)*A* quam] quem 𝔓 7 maior *AD,Ma.c.m2* etiam ipse *om.Λ* 9 senex *äD,Aa.c.m2* senē *Ap.c.m2,M* (*seq. ras. 1 litt.*) tamen] *add.* decet 𝔓 10 quid] quod 𝔓 quae *Ma.c.m2* quae *ex* qui *m2A* doceat *äADM* 11 *alt.* in *eras.AM* 12 longinqua *DΛ,Ma.c.m2* longinquā *A* (*seq. ras. 4—5 litt.*),*Mp.c.m2* absentiam(m *in ras.*) *M* absentia *DΛ* meos 𝔓,*om.*ʒ 13 uix] uel *ADM* interuallum (*ex* —am) *ä* mensuum 𝔓ʒ*D,AMa.r.*

sed aliquot annorum, cum, si fieri posset, cotidie praesentem te habere uellem, cum quo loquerer, quicquid uellem. nec ideo tamen non debui facere, quod potui, si non potui totum, quod uolui.

2. Ecce uenit ad me religiosus iuuenis, catholica pace frater, aetate filius, honore conpresbyter noster Orosius, uigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, utile uas in domo domini esse desiderans ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas, quae animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius, trucidarunt. nam inde ad nos usque ab oceani littore properauit 2 fama excitus, quod a me posset de his, quae scire uellet, quicquid uellet, audire. neque nullum cepit aduentus sui fructum, primo, ne de me multum famae crederet; deinde docui hominem, quod potui, quod autem non potui, unde discere posset, admonui atque, ut ad te iret, hortatus sum. qua in re consilium uel praeceptum meum cum libenter et oboedienter acciperet, rogaui eum, ut abs te ueniens per nos ad propria remearet. quam eius pollicitationem tenens occa- 3 sionem mihi credidi a domino esse concessam, qua tibi scriberem de his, quae per te scire cupio. quaerebam enim, quem ad te mitterem, nec mihi facile occurrebat idoneus et fide agendi et alacritate oboediendi et exercitatione peregrinandi. ubi ergo istum iuuenem expertus sum, eum ipsum esse, qualem a domino petebam, dubitare non potui.

3. Accipe igitur, quae mihi peto aperire ac disserere non graueris. quaestio de anima multos mouet, in quibus et me esse confiteor. nam quid de anima firmissime teneam, non tacebo; deinde subiungam, quid mihi adhuc expediri uelim. anima hominis immortalis est secundum quendam modum suum. non enim omni

6 cf. II Tim. 2, 21

1 aliquod *ä a.c.*𝔓 poss. fieri *A* possit *Ma.c.m2* te cot. praes. *A* cottidie *ä* te *om.ä* 2 *pr.* uelim *Aa.c.m2* *alt.* uelim 𝔓,*Aa.c.m2* 5 parat.] promptus ς 6 flaglans *ä a.c.* fraglans *DA* 7 reuell. 𝔓 repell. *A* animos *M p.c.m2* 8 barbarus gladio 𝔓 trucidauit *D* 10 exitus 𝔓 excitatus *D* possit *äD,AMa.c.m2* uelit—uelit *Aa.c.m2* 11 ullum *ä p.c.* illum 𝔓 coepit *AʒMA* primum 𝔓 12 ne *om.ʒa.c.* me *om.ʒ* fama (*alt.* a *in ras.*) 𝔓 13 dicere ʒ adque *ä*𝔓 14 ad *ex* a *M* **hortatus *A* ortatus *A* quia ς in *om.A* 16 pollitationem *Aʒ* 19 mihi *om.*𝔓 idoneos 𝔓 20 et *om.äʒ* 21 talem qualem 𝔓 quem *A* 23 igitur et *A* 24 multos—de anima *om.ʒ* mouit ς et *om.A* 25 quod *AD,Ma.c.m2* 26 adhuc *om.Ma.c.* adhoc 𝔓 27 non enim] non in *ex* nomenin *m2ä*

modo sicut deus, de quo dictum est, quod solus habeat inmortalitatem — nam de animae mortibus sancta scriptura multa commemorat, unde illud est: sine mortuos sepelire mortuos suos —, sed quod ita moritur alienata a uita dei, ut tamen in natura sua uiuere non omnino desistat, ita mortalis ex aliqua
2 causa inuenitur, ut etiam inmortalis non sine ratione dicatur. non est pars dei anima. si enim hoc esset, omni modo incommutabilis atque incorruptibilis esset. quod si esset, nec deficeret in deterius nec proficeret in melius nec aliquid in semet ipsa uel inciperet habere, quod non habebat, uel desineret habere, quod habebat, quantum ad eius ipsius affectiones pertinet. quam uero aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio; quisquis se ipsum aduertit,
3 agnoscit. frustra autem dicitur ab eis, qui animam dei esse partem uolunt, hanc eius labem ac turpitudinem, quam uidemus in nequissimis hominibus, hanc denique infirmitatem et aegritudinem, quam sentimus in omnibus hominibus, non ex ipsa illi esse, sed ex corpore. quid interest, unde aegrotet, quae si esset incommutabilis, unde libet aegrotare non posset? nam quod uere incommutabile et incorruptibile est, nullius rei accessu commutari uel corrumpi
4 potest. alioquin non Achillea tantum, sicut fabulae ferunt, sed omnis caro esset inuulnerabilis, si nullus ei casus accideret. non est itaque natura incommutabilis, quae aliquo modo, aliqua causa, aliqua parte mutabilis est; deum autem nefas est nisi uere summeque incommutabilem credere: non est igitur anima pars dei.

4. Incorpoream quoque esse animam etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. sed ne uerbi

1 cf. I Tim. 6, 16 3 *Matth. 8, 22. *Luc. 9, 60

1 quia *ADM* qui ς habet ς 3 sepeliant *ä* sepelian 𝔓 4 suos *om.ä a.c.* ista *A*,*Ma.r.* aliena *A* 5 uibere 𝔓,*om.A* 7 omni modo] omnino 𝔓 8 adque *ä*𝔓 10 *pr.* habebat] habeat *A* uel—*alt.* habebat *om.*𝔓*A*, *in mg.m2M* desinere ʒ *alt.* habebat] habeat *A* 11 ips. eius *ADM* ipsius *om.A* quam] quantum *A* alter *AMa.c.*,ʒ habeant 𝔓 12 testimonia *ä* 13 ab eis *om.*𝔓 part. esse *ADM* 14 uoluit *D* ac] hanc 𝔓*A* turpidinem *Aa.c.m2D* 16 ex se ipsa 𝔓 corpora 𝔓 17 incomm.] *seq.* quae aliquo (*ex* alico *m2A*, *ex* liquo *D*) modo aliqua (*om.D*) causa *ADM* (*cf. lin.* 22) 18 egrotari *Ap.c.m2* non *del.m2M* 19 nullus *äa.c.m2D* accessum *äa.c.m2*𝔓 20 achille tantum *ex* achill*antum *m2ä* acillea 𝔓 21 causus *Da.r.*,*om.A* accidisset *AD*,*M* (*ex* acced—*m2*) itaque] ita et *AD* 22 quae] nec quae *Mp.c.m2* modo] *add.* nec *m2M* aliqua parte *s.l.m2M.om.AD* 24 anime 𝔓 26 persuadere *äa.c.m2*ʒ pote est 𝔓

controuersiam uel superfluo faciam uel merito patiar, quoniam, cum de re constat, non est opus certare de nomine, si corpus est omnis substantia uel essentia uel, si quid aptius nuncupatur id, quod aliquo modo est in se ipso, corpus est anima. item, si eam solam 2 incorpoream placet appellare naturam, quae summe incommutabilis et ubique tota est, corpus est anima, quoniam tale aliquid ipsa non est. porro, si corpus non est, nisi quod per loci spatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur uel mouetur, ut maiore sui parte maiorem locum occupet et breuiore breuiorem minusque sit in parte quam in toto, non est corpus anima. per totum quippe 3 corpus, quod animat, non locali diffusione, sed quadam uitali intentione porrigitur; nam per omnes eius particulas tota simul adest nec minor in minoribus et in maioribus maior, sed alicubi intentius, alicubi remissius et in omnibus tota et in singulis tota est. neque enim aliter, quod in corpore etiam non toto sentit, tamen tota sentit; nam cum exiguo puncto in carne uiua aliquid tangitur, quamuis locus ille non solum totius corporis non sit, sed uix in corpore uideatur, animam tamen totam non latet neque id, quod sentitur, per corporis cuncta discurrit, sed ibi tantum sentitur, ubi fit. unde ergo 4 ad totam mox peruenit, quod non in toto fit, nisi quia et ibi tota est, ubi fit, nec, ut tota ibi sit, cetera deserit? uiuunt enim et illa ea praesente, ubi nihil tale factum est. quod si fieret et utrumque simul fieret, simul utrumque totam pariter non lateret. proinde et in omnibus simul et in singulis particulis corporis sui tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut uidemus corpora diffusa per spatia locorum minoribus suis partibus minora occupare et amplioribus ampliora. quapropter, si anima corpus esse dicenda

1 super filio ʒ meriti ℘ 2 constet *D* opus est ℘ corporeus ℘ cor ʒ omnes ℘ 3 quid] quis ʒ 4 se *om.*ʒ item—6 anima *om.Λ* 5 summa ℘ 6 ubique] ubi *A* *alt.* est] non (*m2*, *sed eras.*) est *M* et *A* 8 et altit. ς commouetur *A* maiore] maiores *ADMa.r.* maiorem *äa.c.m2* 9 partem(m *del.*) *ä* que *om.*℘ 10 *alt.* in *om.A* tota *Λ* non *om.A* 11 quod *del.m2M*,*om.Λ* anima *äa.c.m2MΛ* loquali ℘ 12 eius omnes ʒ 13 intensius *Dp.c.m2* 15 toto] totum *AD*,*Ma.c.m2* tota *äa.c.m2* 18 anima *äa.c.m2A* tota *äa.c.m2A*ʒ 19 ibi] ubi ʒ undergo *ä* 20 mox ad totam *Λ* totam] tota *äa.c.m2A* in *om.A* toto *ex* totum *m2A* fit] sit *A* et ibi *om.*ʒ 21 ubi est ubi ʒ sit] fit ʒ uiuimus ʒ illa ea] illę a ʒ illea (e *del.m2*) *ä* illa a ℘ 22 et *om.äΛ* utrumne *äa.c.m2*,*seq.* quę(*del.*)*D* simul fieret, simul utrumque *om.Λ* 23 pariter] partem *ä* latet ℘ et *om.ä* 24 simul esse] simul et (ad *m2*) esse *ä* simus esse ʒ

est, non est certe corpus, quale terrenum est nec quale humidum aut aërium aut aetherium. omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis et minora in minoribus et nihil eorum in aliqua sui parte totum adest, sed, ut sunt partes locorum, ita occupantur partibus corporum. unde intellegitur, anima siue corpus siue incorporea dicenda sit, propriam quandam habere naturam omnibus his mundanae molis elementis excellentiore substantia creatam, quae ueraciter non possit in aliqua phantasia corporalium imaginum, quas per carnis sensus percipimus, cogitari, sed mente intellegi uitaque
6 sentiri. neque haec perinde loquor, ut te, quae tibi nota sunt, doceam, sed ut aperiam, quid firmissime de anima teneam, ne me quisquam, cum ad ea uenero, quae requiro, nihil de anima uel scientia uel fide tenere arbitretur.

5. Certus etiam sum animam nulla dei culpa, nulla dei necessitate uel sua sed propria uoluntate in peccatum esse conlapsam nec liberari posse de corpore mortis huius uel suae uoluntatis uirtute tamquam sibi ad hoc sufficiente uel ipsius corporis morte, sed gratia dei per Iesum Christum, dominum nostrum, nec omnino esse animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator dei et ho-
2 minum, homo Christus Iesus. quaecumque autem sine gratia mediatoris et sacramento eius in qualibet corporis aetate de corpore exierit, et in poena futuram et in ultimo iudicio recepturam corpus ad poenam. si autem post generationem humanam, quae facta est ex Adam, regeneretur in Christo ad eius pertinens societatem, et requiem post mortem corporis habituram et corpus ad gloriam recepturam. haec sunt, quae de anima firmissime teneo.

16 cf. Rom. 7, 24 18 Rom. 7, 25 20 I Tim. 2, 5

1 corpus certe *A* 2 *pr.* aut *om.*𝔓 aereum *äD,Aa.c.m2* aut aeth. *om.A* aethereum *AD,äMp.c.m2* alia *ä* sunt mai. *A* 3 *alt.* in *om.ä* parte sui *A* 5 sit dic. *A* 6 nat.] *add.* et *m2D* 7 excellent(c)iorem substantiam *AA* 9 carnis] cauernis (—nas *m2*)*ä* percepimus 𝔓*AA,DMa.c.m2* cogitare *D, AMa.c.m2* 10 proinde *ADMA* te] e (ea *m2*)*ä* 11 teneat 𝔓 me *om.A* 12 requiro] reo uiro 𝔓 nihil me de *A* 13 fide] *add.* me *s.l.m2D* 15 uel sua *om.ä* peccato 𝔓 16 liberare *A* 17 sufficientem (m *del.m2*)*ä* mortem *äa.c.m2A* sed] nisi *A* 19 ulla ȝ cui non] cum *A,Ma.c.* 20 hominum] hominis 𝔓 23 poenam *M* futura 𝔓*DA* receptura 𝔓,*Ap.r.*

6. Nunc accipe, obsecro, quid requiram, et noli me spernere; sic non te spernat, qui pro nobis dignatus est sperni. quaero, ubi contraxerit anima reatum, quo trahitur in condemnationem etiam infantis morte praeuenti, si ei per sacramentum, quo etiam paruuli baptizantur, Christi gratia non subuenerit. non enim es ex illis, qui modo noua quaedam garrire coeperunt dicentes nullum reatum esse ex Adam tractum, qui per baptismum in infante soluatur. quod te sapere si scirem, immo nisi te id non sapere scirem, nequaquam hoc abs te quaererem aut quaerendum putarem. sed quia tenemus 2 de hac re sententiam tuam concinentem catholicae fundatissimae fidei, qua et Iouiniani uaniloquia redarguens adhibuisti testimonium ex libro Iob: nemo mundus in conspectu tuo nec infans, cuius est diei unius uita super terram, deinde adiunxisti: 'tenemurque rei in similitudinem praeuaricationis Adae', et liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucideque declarat, ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum merito coactos esse dixisti, non inconuenienter abs te quaero, hunc reatum anima ubi contraxerit, unde oporteat eam etiam in illa aetate per sacramentum Christianae gratiae liberari.

7. Ego quidem ante aliquot annos, cum libros quosdam scriberem de libero arbitrio, qui in multorum manus exierunt et habentur a plurimis, quattuor opiniones de animae incarnatione, utrum

11 cf. adu. Iouin. II 2 12 *Hiob 14, 4—5 14 adu. Iouin. II 2. cf. Rom. 5, 14 15 cf. Hieron. comm. in Ionam c. 3 u. 5 22 cf. August. de libero arbitrio III 59; 62; 63

1 quaeso *A* 2 sic] si *äp.c.ADMA* te non *äADM* 3 contraxsit 𝔓 qui *A* trahatur *ADMA* etiam in condemn. 𝔓 4 prae(e)uentis *äADMa.c. uel r.* quod *A* 5 enim *om.ä* es *om.A* ex] de *A* 6 reatum] etatum *D* 7 esse *om.*ʒ adam (m *del.m2*) *D* in *om.*𝔓*A* infantes (—tis *m2*)*A* fonte *A* 8 si te sapere *A* *pr.* scire ʒ *alt.* scire 𝔓 9 quaererem aut *om.ä*𝔓ʒ*A* 10 fundatissimaeque ς 11 qua et] quia et ς qua ʒ*a.c.* que 𝔓 et *Mp.c.* quastio (stio *del.*)*D* questio(*add.* ne *s.l.m2*)*A* ioui∗niani *D* iuuiniani 𝔓 13 est *om.*𝔓 unius diei *A* 14 similitudine 𝔓ʒ 16 iona propheta *ä* satis] stis (*del.m2*) *ä* satis in *A* delucideque(ae *ä*) *äA* declarauit *ä* 17 ipsum *ex* ipsud *m2DM*, *ex* ipso *m2A* esse *exp.m2D* 18 ab *D* 19 oportet 𝔓ʒ 20 Christ. *om.*𝔓 21 e∗go 𝔓 aliquod *äa.c.m2*𝔓 22 libro ʒ qui *om.äa.c.m2* que 𝔓 et ne ʒ et nunc ς

ex illa una, quae primo homini data est, ceterae propagentur, an singulis quibusque nouae etiam modo fiant, an alicubi iam existentes uel mittantur diuinitus uel sponte labantur in corpora, ita putaui esse tractandas, ut, quaelibet earum uera esset, non inpediret intentionem meam, qua tunc aduersus eos, quantis poteram uiribus, agebam, qui naturam mali suo principio praeditam aduersus deum conantur inducere, id est contra Manicheos. nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram, qui non multum ab istis dissimiles blasphemias fabulantur. ideo quintam opinionem non addidi, quam in tua epistula inter ceteras commemorasti, ne aliquam praeterires, ubi de hac quaestione interroganti rescripsisti religiosae memoriae uiro nobisque in Christi caritate gratissimo Marcellino, quod anima sit pars dei, primo quia non de incarnatione eius sed de natura quaeritur, cum hoc quaeritur, deinde quia hoc sentiunt illi, contra quos agebam, et id maxime agebam, ut creatoris inculpabilem inuiolabilemque naturam a creaturae uitiis et labe secernerem, cum illi a substantia mali, cui proprium principium principesque tribuunt, ipsam boni dei substantiam ex parte, qua capta est, corruptam et oppressam et ad peccandi necessitatem perductam esse contendant. hoc itaque excepto hereticae opinionis errore ex quattuor reliquis opinionibus quaenam sit eligenda, scire desidero. quaecumque enim eligenda est, absit, ut inpugnet hanc fidem, de qua certi sumus omni animae etiam paruuli infantis necessariam esse liberationem ex obligatione peccati eamque nullam esse nisi per Iesum Christum et hunc crucifixum.

10 cf. epist. CXXVI 1

1 in primo homine *ä* caetera *D* propagantur *ä* an e *Λ* 2 modo etiam nouae *Λ* iam *om.AD,Ma.c.m2* 3 mittuntur *ä* labuntur *ä* 4 tract. —esset *om.*𝔓 uerum *ʒ* non] ne 𝔓 5 quia *Λ* quam 𝔓 6 qui* *ʒ* predictam 𝔓 editam *Λ* 7 conabantur 𝔓 8 non in *Λ* 9 in *om.Aʒ* 10 ceteras] cera *ʒ* preterirem *D* 11 de *om.ä* interrogasti *ä* 12 xpo *AʒD,Ma.c.m2* non sit 𝔓*Λ* 14 quia] quod *ʒ* hoc *om.äΛ* quos (*eras.*) contra (*add.* quos *m2*)*M* contra eos 𝔓 15 et *om.ä* 16 creatura 𝔓 creatore *Λ* uitis *Λ* ab sustantia *A* 17 mali cui] alicui *AΛ* principium *om.ʒ* principisque *A* dei boni *Λ* boni *om.ä* 18 quae *A* que *ʒD* capta (ca *in* ꝛas.)*M* apta *AD* 19 contendunt *ADMΛ* 20 opin.—reliquis *om.A* opinionibus] opinionis *A p.c.m2* 22 inpugnē *A* de qua] quā *Dp.c.* certissimus *äa.c.m2A* 23 esse] *add.* ad *s.l.m2D* ex obl.] et obligationē *A* 24 Christum *om.Λ* 25 crucifixus *ʒ*

8. Proinde, ne longum faciamus, hoc certe sentis, quod singulas animas singulis nascentibus etiam modo deus faciat. cui sententiae ne obiciatur, quod omnes creaturas sexto die consummauerit deus, septimo requieuerit, adhibes testimonium ex euangelio: pater meus usque nunc operatur. sic enim ad Marcellinum scripsisti, in qua epistula etiam mei commemorationem beniuolentissime facere dignatus es, quod hic me haberet in Africa, qui ei possem istam facilius explicare sententiam. quod si potuissem, 2 non ille hoc abs te tam longe posito inquireret, si tamen id tibi ex Africa scripsit. nam, quando scripserit, nescio; tantum scio, quod de hoc bene cognouerit cunctationem meam, unde me inconsulto facere uoluit. quamquam, etiam si consuleret, magis hortarer et gratias agerem, quod nobis conferri omnibus posset, nisi tu breuiter rescribere quam respondere maluisses, credo ne superfluo laborares, ubi ego essem, quem putabas id optime scire, quod ille quaesierat. eccę uolo, ut illa sententia etiam mea sit, sed nondum esse confirmo.

9. Misisti ad me discipulos, ut eam rem doceam, quam nondum ipse didici. doce ergo, quod doceam. nam ut doceam, multi a me flagitant eisque me sicut alia multa et hoc ignorare confiteor. et fortasse, quamuis in os meum uerecundentur, tamen apud se dicunt: tu es magister in Israhel et haec ignoras? quod quidem dominus ei dixit, qui erat unus illorum, quos delecta- 2

3 cf. Gen. 2, 2 4 cf. epist. CXXVI 1 5 *Ioh. 5, 17 6 cf. epist. CXXVI 1 fin. 22 *Ioh. 3, 10 23 cf. Ioh. 3, 1—2

1 sentis *om.AD,Ma.c.* quod] ut *A* 2 cuius 𝔓 3 obiciantur *A,DMa.c.* sexta (t *s.l.m2A*) *ADM* 4 et sept. *äp.c.m2*𝔓*ADM* et sept. die *Aς* requieuit *A* adhibe *Dp.r.A* 5 usque *om.ʒ* nunc] modo 𝔓*D* sic *ex* si *m2A* 6 in *om.ʒ* 7 beniuolentiae *A* 8 ei istam (*haec in ras.*) fac. possim (—em *m2*)*M* et ipsam fac. possim *AD* possem ei suam fac. 𝔓 ei ipsam fac. possem *ς* 10 scripseris 𝔓 11 cognoueris si *ä* 12 tamquam 𝔓 13 omn. conferri (*uel* omn. conferre) *ς* conferre *AD,Ma.c.* possit 𝔓*AD,Ma.c.m2* ac possit *Mp.c.m2* possit et *ä* 14 scribere *ʒ* 15 ego *om.ä* quid *ä* quaesiuerat *AʒDM* quesiberat 𝔓 18 eam rem *ʒ* eam *ä* ea *cet.* quam—19 *pr.* doceam *om.*𝔓 quam] quae *ADMA* nondum] non *AD,Ma.c.* 19 ipse *om.A* multi a me (*s.l.*) *in ras.M* malitia me *AD* 20 flagi(*ex* e *m2A*)tante *AD* eisque (*s.l.m2* ł quibusque) *M* isque *AD* 21 uerecundetur *äa.c.m2D* dicit *AD,Ma.c.m2* 23 quid*ē *M* quidam *AD* ei dom. *A* dixerit *ADM* qui *ex* qua *m2ä* eorum *A*

bat uocari rabbi, unde etiam ad uerum magistrum nocte uenerat, quia fortassis erubescebat discere, qui docere consueuerat. me autem magistrum potius audire quam uelut magistrum delectat audiri. recolo enim, quid dixerit eis, quos prae ceteris elegit: uos autem, inquit, nolite uocari ab hominibus rabbi; 3 unus est enim magister uester Christus. nec alius docuit Moysen etiam per Iothor nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum nec alius Petrum etiam per posteriorem Paulum. a quocumque uerum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa ueritas. quid, si ideo adhuc ista nescimus et ea neque orando neque legendo neque cogitando et ratiocinando inuenire potuimus, ut probemur, non solum indoctos quanta caritate doceamus, uerum a doctis etiam quanta humilitate discamus?

10. Doce ergo, quaeso, quod doceam, doce, quod teneam, et dic mihi, si animae singillatim singulis hodieque nascentibus fiunt, ubi in paruulis peccent, ut indigeant in sacramento Christi remissione peccati peccantes in Adam, ex quo caro est propagata peccati; aut, si non peccant, qua iustitia creatoris ita peccato obligantur alieno, cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur, ut eas, nisi per ecclesiam subuentum fuerit, damnatio consequatur, cum in 2 earum potestate non sit, ut eis possit gratia baptismi subueniri? tot igitur animarum milia, quae in mortibus paruulorum sine indulgen-

4 *Matth. 23, 8. 10 7 cf. Ex. 18, 14—23 cf. Act. 10, 25—48 8 cf. Gal. 2, 11—21 9 cf. Ioh. 14, 6 et I Ioh. 5, 6 17 cf. Rom. 8, 3

2 quia—consueu. *om.A* quia *ex* que *m2ä* fortasse *M* mae *ä* 3 pot. mag. *ADM* ueli 𝔓 4 audire 𝔓 quid] quod *ä* eis *om.ä* caeteros *äA* elegis ʒ eligerit 𝔓 5 autem *om.*ʒ uocare *A* ab hom. *om.ADMA* 7 aut moysen 𝔓 *pr.* etiam *om.ADM* isthor *D* iohor *A* iet(th)ro 𝔓,*AM in ras.m2 alt.* per *om.Ma.c.m2* 8 propriorem ʒ nec alius Petrum *om.ä* per *om.M a.c.m2* 9 a] an *A* quoc. enim 𝔓 *pr.* dicitur *om.*ς ipse *äa.c.m2* 10 quid] quod ʒ*A*,*Ma.c.* qui *ex* quo 𝔓 et] haec (ac *m2*) *ä* orandum *äa.c.m2* 11 rationando *A* probemus ʒ 12 caritate *om.A* a *om.A* 13 etiam *om.A* humanitate *A* 14 quod. doc. queso (*ante* quod *s.l.ras. 5—6 litt.*) *M* doce quod *ex* doceam *M* et *om.ä* 15 in singulis *ADM* hodieque *om.AD*,*Ma.c.* ibi *Aa.c.m2* 16 ut] ubi *A* in *om.A* remissionem *ADA*,*Ma.r.* 17 *pr.* peccati] peccatorum *A* qua *ä* 19 propatis ʒ propagat his *ex* propagatus (*uel* —tas) *m2ä* propagati sint *A* 20 subuentus *ä* damna tot *ADM* consequantur *ADM* sub equatur 𝔓 22 mortalibus *A* paruuli *D*

tia Christiani sacramenti de corporibus exeunt, qua aequitate damnantur, si nouae creatae nullo suo praecedente peccato sed uoluntate creatoris singulae singulis nascentibus adhaeserunt, quibus eas animandis ille creauit et dedit, qui utique nouerat, quod unaquaeque earum nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? quoniam igitur neque de deo possumus dicere, quod 3
uel cogat animas fieri peccatrices uel puniat innocentes, neque negare fas nobis est eas, quae sine Christi sacramento de corporibus exierint, etiam paruulorum, non nisi in damnationem trahi, obsecro te, quomodo haec opinio defenditur, qua creduntur animae non ex illa una primi hominis fieri omnes sed sicut illa una uni ita singulis singulae?

11. Ea uero, quae dicuntur alia contra hanc opinionem, facile puto me posse refellere, sicuti est illud, quo eam sibi quidam uidentur urgere, quomodo consummauerit deus omnia opera sua sexto die et septimo requieuerit, si nouas adhuc animas creat. quibus si dixerimus, quod ex euangelio in supra dicta epistula posuisti: pater meus usque nunc operatur, respondent: 'operatur' dictum est institutas administrando, non nouas instituendo naturas, ne scripturae Geneseos contradicatur, ubi apertissime legitur consummasse deum omnia opera sua. nam et quod eum scrip- 2
tum est requieuisse, utique a creandis nouis creaturis intellegendum est, non a gubernandis, quia tunc ea, quae non erant, fecit, a quibus faciendis requieuit, quia consummauerat omnia, quae, antequam es-

15 cf. Gen. 2,2 17 cf. epist. CXXVI 1 *Ioh. 5, 17

2 si nouae creatae *om.*𝔓 creaturae (—e) *ADA,Ma.c.m2* 3 singulae] singulares *ä* eas *om.D* 4 qui *om.ä* unoquaeque ʒ eaquaeque *D,Ma.c.m2* 6 possimus *AD,Ma.c.m2* uel quod *A* 7 uel *om.A* cogitat ʒ*a.c.m2* cogitet 𝔓 8 nobis fas 𝔓 xpo *AMa.c.m2* 9 exierunt ʒ damnatione 𝔓 10 te *om.A* defendentur *Ma.c.m2* quo *äa.c.m2* quae ʒ 11 uni ita] unitas ʒ 13 uero *om.A* dicitur *ä* fac. puto me] facillime puto *A* 14 reuellere 𝔓 sicut 𝔓*D* quod *A* uidetur *ADA,Ma.c.* —antur ʒ 15 urguere 𝔓*AD,Ma.c.* 16 septima 𝔓 requieuit *äAʒMA,Da.c.* requiebit 𝔓 si *s.l.m2A,om.ä* 17 dictae epistulae *äa.c.* dictam epistolam *AD* 18 nunc] modo *Ma.c.m2* respondens *ä* 19 eas ministrando *ä* 20 ne] nec *äa.c.AD* scribtura *ä* scripturae et *A* scripturas 𝔓 21 consummasset 𝔓 deum] eum 𝔓 do (ds *m2*) *ä* et *om.A* 23 *pr.* a *om.A* ad 𝔓 quia] qui *A* 24 consummauerit *A* quae] qui *A,DMa.c.*

sent, uidit esse facienda, ut deinceps non ea, quae non erant, sed ex his, quae iam erant, crearet et faceret, quicquid faceret. ita utrumque uerum esse monstratur, et quod dictum est: requieuit ab operibus suis, et quod dictum est: usque nunc operatur, quoniam Genesi non potest euangelium esse contrarium.

12. Uerum his, qui haec ideo dicunt, ne credatur modo deus sicut illam unam nouas animas, quae non erant, facere, sed ex illa una, quae iam erat, eas creare uel ex fonte aliquo siue thesauro quodam, quem tunc fecit, eas mittere, facile respondetur etiam illis sex diebus multa deum creasse ex his naturis, quas iam creauerat, sicut ex aquis alites et pisces, ex terra autem arbores, faenum, animalia. sed quod ea, quae non erant, tunc fecerit, manifestum est. nulla enim erat auis, nullus piscis, nulla arbor, nullum animal et bene intellegitur ab his creatis requieuisse, quae non erant et creata sunt,
2 id est cessasse, ne ultra, quae non erant, crearentur. sed nunc quod dicitur animas non in nescio quo fonte iam existentes mittere nec de se ipso tamquam suas particulas inrorare nec de illa una originaliter trahere nec pro delictis ante carnem commissis carneis uinculis compedire sed nouas creare singulas singulis suam cuique nascenti, non aliquid facere dicitur, quod ante non fecerat. iam enim sexto die fecerat hominem ad imaginem suam, quod utique secundum animam rationalem fecisse intellegitur. hoc et nunc facit
3 non instituendo, quod non erat, sed multiplicando, quod erat. unde et illud uerum est, quod a rebus, quae non erant, instituendis requieuit, et hoc uerum est, quod non solum gubernando, quae

3 *Gen. 2, 2 4 *Ioh. 5, 17 10 cf. Gen. 1, 11—12. 20—25 21 cf. Gen. 1, 26—27

1 uidet 𝔓 esse *om.* *A* ea *om.AD,Ma.c.m2* 2 quicquid] quid 𝔓 5 genesis *äp.c.m2ADM* euangelio *äADM* 6 $\overline{\text{ds}}$ ($\overline{\text{dm}}$ *m2*) *A* 7 illam unam] ex illa una *A* non erant] nouerat *ä* ex illa una] illam unam *A* 8 ex ponte *D* ex sponte *Ma.c.m2* sponte *A* 9 quem] que 𝔓 quae *ä* 10 deum multa *A* $\overline{\text{ds}}$ ʒ que 𝔓 11 ex aquis *om.A,Ma.c.m2* ex as(aq^{a} *m2*) *D* pices ʒ ex *om.A,Ma.c.m2* 13 bene] nec *AD,Ma.c.m2* 14 creatis] creaturis *Mp.c.m2A* et creata—non erant] nisi *s.l.m2A* 15 nec (c *del.m2*) *D* ultra] ulla *ä* 16 non nescio in quo *äp.c.m2* fonte] fouente ʒ 17 se *om.ADA,Ma.c.m2* illa una] una unam *A* 18 ante carnem] una carne *ä* 19 sua *ä* 22 intell.] *add.* tandem post longam disputationem ecclesiasticam confirmati (*leg.* confirmasti) sententiam ʒ 23 replicando 𝔓 24 instituendo *Dp.c.m2* restituendis 𝔓

fecit, uerum etiam aliquid, non quod nondum sed quod iam creauerat, numerosius creando usque nunc operatur. uel sic ergo uel alio quolibet modo eximus ab eo, quod nobis obicitur de requie dei ab operibus suis, ne propterea non credamus nunc usque fieri animas nouas non ex illa una sed sicut illam unam.

13. Nam quod dicitur: 'quare facit animas eis, quos nouit cito morituros?', possumus respondere parentum hinc peccata uel conuinci uel flagellari. possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere, quem scimus omnibus temporaliter transeuntibus rebus, ubi sunt etiam animalium ortus et obitus, cursum ornatissimum atque ordinatissimum dare, sed nos ista sentire non posse, quae si sentiremus, delectatione ineffabili mulceremur. non enim frustra per prophetam, qui haec diuinitus inspirata didicerat, dictum est de deo: q u i p r o f e r t n u m e r o s e s a e c u l u m. unde musica, 2 id est scientia sensusue modulandi, ad admonitionem magnae rei etiam mortalibus rationales habentibus animas dei largitate concessa est. unde si homo faciendi artifex carminis nouit, quas quibus moras uocibus tribuat, ut illud, quod canitur, decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat et transeat, quanto magis deus, cuius sapientia, per quam fecit omnia, longe omnibus artibus praeferenda est, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quae tamquam syllabae ac uerba ad particulas huius saeculi pertinent, in hoc labentium rerum tamquam mirabili cantico uel breuius uel productius, quam modulatio praecognita et praefinita deposcit, praeterire permittit! hoc cum etiam de arboris 3

14 *Esai. 40, 26

1 nondum *ex* erat dum *A* *alt.* quod *om.ä* 2 sic] si 𝔓,*Aa.c.m2* 3 aliquolibet modo *äa.c.m2* alio(o *eras.*𝔓) quodlibet modo 𝔓ʒ alio modo quolibet *M* alio modo quodlibet *AD* 5 illa una] ulla una *ex* una ulla *A* sed—unam *om.A* illam unam] illa una *A*,*Da.c.m2* illā *ex* illa *m2 et s.l. add.* unā *M* 6 quale 𝔓 fecit *Ma.c.m2A* animas *om.A* 9 temp. *om.A* generaliter *AD*,*Ma.c.m2* 11 atque ord. *om.A* ista] ita *äa.c.m2AA* possumus *ä* 12 delectione ʒ mulgeremur *ä* mulceremus *A* frusta *ä* 14 numerose (—sae *ä*) *ex* numero *äM* musica] moysi ait *ä* 15 sensusuo (uo *del.m2*)*ä* sensus uel *A* molandi (emulandi *m2*)*ä* bene modu(*ex* o *D* o *A*)landi *ADM* ad *om.A* 16 rationabiles *ä*𝔓 17 carm. art. ς 18 ac succed. *om.A* 19 corruat 𝔓 et] ac ς 20 deus *om.A* quem *Ma.c.m2A* facit 𝔓ʒ*D* artibus *om.AD*,*Ma.c.m2* 21 perferenda *A* 22 ac] hac 𝔓 ad *A* ad] hac *A* 24 recognita *ä* 25 premittit *A* arborum *A* —ibus 𝔓

folio dixerim et de nostrorum numero capillorum, quanto magis de hominis ortu et occasu, cuius temporalis uita breuius productiusue non tenditur, quam deus, dispositor temporum, nouit uniuersitatis moderamini consonare!

14. Id etiam, quod aiunt omne, quod in tempore coepit esse, inmortale esse non posse, quia omnia orta occidunt et aucta senescunt, ut eo modo credi cogant animum humanum ideo esse inmortalem, quod ante omnia tempora sit creatus, non mouet fidem nostram. ut enim alia taceam, coepit esse in tempore inmortalitas carnis Christi, quae tamen iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur.

15. Illud uero, quod in libro aduersus Rufinum posuisti, quosdam huic sententiae calumniari, quod deum dare animas adulterinis conceptibus uideatur indignum, unde conantur adstruere meritis gestae ante carnem uitae animas quasi ad ergastula huius modi iuste posse perduci, non me mouet multa cogitantem, quibus
2 haec possit calumnia refutari. et quod ipse respondisti non esse uitium sementis in tritico, quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo, qui frumenta furatus est, nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confouere, quia sator inmunda ea proiecerit manu, elegantissima similitudo est. quam et antequam legerem, nullas mihi obiectio ista de adulterinis fetibus in hac quaestione faciebat angustias generaliter intuenti multa bona deum facere etiam de no-
3 stris malis nostrisque peccatis. animalis autem cuiuscumque creatio, si habeat prudentem piumque consideratorem, ineffabilem laudem creatori excitat, quanto magis creatio non cuiuslibet animalis sed hominis! si autem causa creandi quaeritur, nulla citius et melius

1 cf. Matth. 10, 30. Luc. 12, 7 6 Sallust. Iug. 2, 3 10 *Rom. 6, 9 12 cf. Apolog. adu. libros Rufini III 28

1 filio ȝ filiis *Aa.c.m2* nostro *AD,Ma.c.m2* 4 moderamine ℘*D* consonari *AD,Ma.c.* 5 esse *om.ä*℘ 6 inmortales ℘ 7 credere *Mp.c.m2* cogamur *Mp.c.m2* animā humana(*ex* u)m *A* animum hominum *ä* 9 creatum *A* creata(*ex* u) *A* mouit *ä,ADMa.c.m2* 10 inmortalitas (in *del.m2*) *D* iam *om.A* 12 quod in libro *om.A* 13 huius *Ap.c.m2* sententiā *A* 14 conatur *ä* 16 mundi ς me *om.A* 17 posset ℘*A* refutare *A* 18 esse *om.*℘ esse ideo *ä* in eo *ex* i(*fuit* e)deo *m2ä* 19 debuisset *Aa.r.D* 21 et *om.ä* 23 intuentibus ȝ deum bona ℘ 25 habet ℘ pium prudentemque *ADM* 26 exc. creatori ℘ excitant *A*

respondetur, nisi quia omnis creatura dei bona est; et quid dignius, quam ut bona faciat bonus deus, quae nemo potest facere nisi deus?

16. Haec et alia, quae possum, sicut possum, dico aduersus eos, qui hanc opinionem, qua creduntur animae sicut illa una singulis fieri, labefactare conantur. sed cum ad poenas uentum est paruulorum, magnis, mihi crede, coartor angustiis nec, quid respondeam, prorsus inuenio; non solum eas poenas dico, quas habet post hanc uitam illa damnatio, quo necesse est trahantur, si de corpore exierint sine Christianae gratiae sacramento, sed eas ipsas, quae in hac uita dolentibus nobis uersantur ante oculos, quas enumerare si uelim, prius tempus quam exempla deficiunt. languescunt 2 aegritudinibus, torquentur doloribus, fame et siti cruciantur, debilitantur membris, priuantur sensibus, uexantur ab inmundis spiritibus. demonstrandum est utique, quomodo ista sine ulla sua mala causa iuste patiantur. non enim dici fas est aut ista ignorante deo fieri aut eum non posse resistere facientibus aut iniuste ista uel facere uel permittere. numquidnam, sicut animalia inrationabilia 3 recte dicimus in usus dari naturis excellentioribus etsi uitiosis, sicut apertissime in euangelio uidemus porcos ad usum desideratum concessos esse daemonibus, hoc et de homine recte possumus dicere? animal est enim sed rationale etsi mortale. anima est rationalis in illis membris, quae tantis afflictionibus poenas luit. deus bonus est, deus iustus est, deus omnipotens est; hoc dubitare omnino dementis est. tantorum ergo malorum, quae fiunt in paruulis, causa iusta dicatur. nempe cum maiores ista patiuntur, solemus dicere 4 aut sicut in Iob merita examinari aut sicut in Herode peccata

19 cf. Matth. 8, 31—32. Marc. 5, 12—13. Luc. 8, 32—33

1 dei *om.*äℙℨ*A* 2 ut *om.*ℨ quā *A* fecere ℨ 3 *pr.* possumus *A* 4 qua *ex* aqua ä una illa ℙ 5 singule (*s.l.m2*) singulis *D* 6 mihi *om.A* quoarctor ℙ nec *ex* ne *m2*ä 7 non—dico *om.A* 8 haec ℨ quo] quia (i *del.*) ä trahatur ä 9 exierit ä sed et eas *A* 11 quam tempus *A* deficiant ℙ —ent ς 13 a spir. inm. *A* 14 utique] itaque ä istas *A* ulla *om.A* 15 iuste] iste *D* dici *om.*ℨ aut *ex* ut *AD* 16 eum *ex* enim *m2A* illa *A* 17 uel *om.*ℙ numquinnam ℨ numquid non ä inrationalia ℙ 18 usis ℙℨ usu *A*,*Da.c.m2* 19 desideratos ä 21 rationabile ä etsi—rationalis *transp. post* 25 ista ä 22 luunt ä*p.c.m2* lugit ℙ 23 *alt.* est *eras.A* omnino] omni modo *ADM* 25 iudicatur *A* ista etsi mortale (—les *m2*) animaest (st *del.m2*) rationalis par(r *del.*)tiuntur ä (*cf. ad l.* 21) 26 iobi ä merita] erit *A*

puniri et de quibusdam exemplis, quae deus manifesta esse uoluit, alia, quae obscura sunt, hominum coniecturae concedi; sed hoc in maioribus. de paruulis autem quid respondeamus, edissere, si poenis tantis nulla in eis sunt punienda peccata; nam utique nulla est in illis aetatibus examinanda iustitia.

17. De ingeniorum uero diuersitate quid dicam? quae quidem in paruulis latet, sed ab ipsis exordiis naturalibus ductum apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi et obliuiosi sunt, ut ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint, quidam uero tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos
2 moriones uulgo uocant. respondetur fortasse: 'corpora hoc faciunt'. sed numquid secundum hanc sententiam, quam defendi uolumus, anima sibi corpus elegit et in eligendo, cum falleretur, errauit? aut, cum in corpus cogeretur intrare necessitate nascendi, alia corpora praeoccupantibus animarum turbis ipsa aliud non inuenit et sicut in spectaculo aliquo locum ita carnem, non quam uoluit, sed quam
3 ualuit, occupauit? numquid haec et talia dicere possumus uel sentire debemus? doce igitur, quid sentire, quid dicere debeamus, ut constet nobis ratio nouarum animarum singulis corporibus singillatimque factarum.

18. Ego quidem non de ingeniis sed saltem de poenis paruulorum, quas in hac uita patiuntur, dixi aliquid in libris illis de libero arbitrio. quod quale sit et cur mihi in ista, quam habemus in manibus, quaestione non sufficiat, intimabo et eum ipsum de tertio libro
2 locum secerptum his litteris inseram. nam ita se habet: de cruciatibus autem corporis, quibus affliguntur

25 August. de lib. arb. III 68

1 quibus *ä* dn̄s *A* 2 talia *AD,Ma.r.* hominibus *Dp.c.m2* homini *ς* coniectare *ℙAʒM,Dp.c.* concedi *scripsi* conceditur *codd.* 6 diuersitatem (m *del.*)*ä*; *add.* immo absurditate *ℙA* 7 ducta *ς* 8 gradibus *A* grandinibus (ni *del.*)*ä* sint *Da.c.* ne] nec *Dp.c.m2* 9 discere *om.D* litter. *om.A* elem.]*add.* scire *s.l.m2D* potuerit *A* 10 pectoribus *ʒ* 11 muriones *A* muriones *ℙ* respondeatur *ä* 12 secundum *om.ℙ* defundi *Ma.c.* diffundi *A* uoluimus *A,Dp.c.* 13 eligit *A* elegendo *AMa.c.m2,D* legendo *ä* 15 et *om.ℙ* 17 alia *äℙ* uel dicere *ℙA* 18 debeamus] debemus *ä* 19 singillatimque fact. singulis corp. *ς* 21 *pr.* de *om.A* saltim *A* 22 quasi *ʒ,Ma.r.* pat. uita *A* 23 et] ut (aut *m2*)*ä* in] ad *s.l.m2ä* istā *äp.c.m2M* 24 questionem *äADM* non *om.A* de *om.ä* 25 decerptum *Ap.c.m2* ecerptum *ʒ* excerptum *ς* secretum *ä* scriptum *A* 26 corporis *del.D*

paruuli, quorum per aetatem nulla peccata sunt, si animae, quibus animantur, non prius quam ipsi homines esse coeperunt, maior querela et quasi misericors deponi solet, cum dicitur: quid mali fecerunt, ut ista paterentur? quasi possit esse innocentiae meritum, antequam quisque nocere aliquid possit! cum autem boni aliquid operatur deus in 3
emendatione maiorum, cum paruulorum suorum, qui eis cari sunt, doloribus ac mortibus flagellantur, cur ista non fiant, quando, cum transierint, pro non factis erunt, in quibus facta sunt, propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si temporalibus incommodis emendati rectius elegerint uiuere, aut excusationem in futuri iudicii supplicio non habebunt, si uitae huius angoribus ad aeternam uitam desiderium conuertere noluerint? quis autem nouit, quid paruulis, de 4
quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur aut exercetur fides aut misericordia probatur, quis ergo nouit, quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reseruet deus, quoniam, quamquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt? non 5
enim frustra etiam infantes illos, qui, cum dominus Iesus Christus necandus ab Herode

28 cf. Matth. 2, 1—18

2 anima 𝔓 3 maior] talis 𝔓 5 male *A* 6 posset *ä* mer. inn. ς 7 aliquid nocere *August. de lib. arb.* posset *A* 8 operantur *A* operetur *ä* 9 emendationē *A* 10 hac 𝔓 aut *ä* 11 cur *ex* cum *m2ä* quis 𝔓 12 factis *ex* factas *A* **erunt *A* 13 *pr.* factae *A* quod *A,Ma.c.m2* *alt.* factae *Aa.c.* 14 temporibus *ä* 16 futurum (futuro *m2*) *D* supplicia *A* —iis *A* 17 si] *add.* de *s.l.m2D* languoribus *D* ad] ab ʒ 18 eterne uite 𝔓 uoluerunt 𝔓ʒ*DA* 19 quis *ex* quibus *m2ä* quid] quod *äDp.c.* 21 exerceretur (—ceatur *m2*) *ä* *alt.* aut] autem ʒ 22 quid] quod 𝔓 23 secretis *ä* 24 conuersationis ʒ quoniam] qui *August. de lib. arb.* 25 quamquam] tamquam *A* fecerunt *D* ne 𝔓 26 aliquid *om.D* 28 dominus noster 𝔓*ADM* negandus ʒ herodem (m *del.*) *ä*

quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia.

19. Haec tunc dixi, cum hanc ipsam, de qua nunc agitur, uellem communire sententiam. sicut enim paulo ante commemoraui, quaecumque illarum de animae incarnatione quattuor opinionum uera esset, inculpatam substantiam creatoris et a nostrorum peccatorum societate remotissimam nitebar ostendere. et ideo, quaecumque illarum ueritate posset conuinci et repudiari, ad curam intentionis meae, quam tunc habebam, non pertinebat, quandoquidem cunctis diligentiore disputatione discussis, quaecumque illarum recte uinceret ceteras, me securissimo fieret, quando etiam secundum omnes id, quod agebam, inuictum persistere demonstrabam. nunc uero unam uolo, si possim, rationem rectam eligere ex omnibus et propterea huius ipsius, de qua nunc agimus, defensionem in his, quae commemoraui de illo libro, uerbis meis attentius intuens ualidam firmamque non uideo.

20. Nam uelut firmamentum eius illud est, quod ibi dixi: quis autem nouit, quid paruulis, de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur aut exercetur fides aut misericordia probatur, quis ergo nouit, quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reseruet deus? sed hoc non inmerito dici uideo de his, qui uel pro Christi nomine ac uera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur uel sacramento Christi iam inbuti sunt, quia sine societate unius mediatoris liberari a damnatione non possunt, ut possit eis etiam pro illis malis, quae hic in diuersis

18 August. de lib. arb. III 68

1 honore *ägM* 3 hac ipsa *ä* 4 conmonere *ä* sententiam (m *del.*) *ä* 5 quattuor *om.g* 6 ura *g* esse *A* a *om.*P 7 societatem P amnitebar (am *del.*) *D* quaecumque *om.A* queque P 8 illarumque *A* ueritatem *äa.c.A* posse *äa.c.m2gA* possit *AM,Da.c.m2* 9 tunc *om.A* 10 diligentiori *Dp.c.m2A* dispositione *A* discursis *A* concussis P 11 me *om.A* securissimum *ex* sicurrissimo *m2A* 12 persisterem *A* persistere* *M* 13 possum P*ADM* ratione recta P*D,Mp.r.* ratione recte *g* elegere *M* legere *g* 14 defensione P 15 in *om.ä* 17 est *om.*P 18 quid] quod *äDp.c.,g* 19 duritia* *A* iudicia *A* 20 exerceatur *äA* 21 ergo] autem *ADM* inquam *ς* 22 conpensationes *g* 23 merito *A* 24 de *om.A* uel] legē *A* pro *om.ä* 25 patitur *ä* induti *ä*

afflictionibus pertulerunt, compensatio illa praestari. nunc autem, cum ista quaestio non possit absolui, nisi etiam de his paruulis respondeatur, qui post grauissimos cruciatus sine sacramento Christianae societatis expirant, quae circa eos compensatio cogitanda est, quibus insuper et damnatio praeparata est? nam et de baptismo paruulorum in eodem libro non quidem sufficienter sed, quantum illi operi satis esse uidebatur, utcumque respondi, quod etiam nescientibus et fidem suam nondum habentibus prodest, non tamen de damnatione eorum paruulorum, qui sine illo ex hac uita emigrant, tunc aliquid dicendum putaui, quia non, quod nunc agitur, agebatur. 3

21. Sed ut omittamus et contemnamus ea, quae breui tempore patiuntur nec transacta reuocantur, numquid similiter contemnere possumus, quod per unum hominem mors et per unum hominem resurrectio mortuorum? sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur. per hanc enim 2 apostolicam diuinam claramque sententiam satis euidenter elucet neminem ire in mortem nisi per Adam, neminem in uitam aeternam nisi per Christum. hoc est quippe 'omnes' et 'omnes', quia, sicut omnes homines per primam, hoc est per carnalem, generationem pertinent ad Adam, sic omnes homines ad secundam, id est spiritalem, generationem ueniunt, quicumque ad Christum perueniunt. ideo ergo dictum est et hic 'omnes' et ibi 'omnes', quia, sicut omnes, 3 qui moriuntur, non nisi in Adam moriuntur, ita omnes, qui uiuificabuntur, non nisi in Christo uiuificabuntur. ac per hoc, quisquis nobis dixerit quemquam resurrectione mortuorum uiuificari nisi in Christo, tamquam pestis communis fidei detestandus est. item,

13 *I Cor. 15, 21—22

1 compensatione *M* illa *om.ADM* ista ʒ 2 nisi etiam *om.A* etiam] eam ℙ 3 grauissimo cruciatus (s *del.m2*) *ä* cruciatos ℙ xpiani ℙ 4 societate ℙ *expirauit *A* 5 et insuper *ä* praeparanda *ä* de *om.*ʒ 6 operis *ADMa.c.* 8 prode est (*alt.* e *del.*) *ä* 9 ullo ℙ 10 agitur nunc *A* agebatur *ex* agebant *m2D* 11 ut hoc *A* 14 hom. *om.A* 16 omnes *del. uid.A* uiuificantur *ä* 18 *alt.* nem.] nem. ire ℙ*ADM* 19 et omnes *om.ä* 21 sic] si ʒ omnes] ut nec (et omnes *m2*) *ä* 23 quia sic. omnes *om.A* 24 *alt.* qui] si *ä* uiuificantur *ä* 25 uiuificantur *ä* ac] hac *äa.c.*ℙ 26 nobis] non *AD*,*Ma.c.m2* resurrectionē *A* in resurrectione ς nisi] non (*eras.M*) posse nisi *ADM* posse nisi ς

quisquis dixerit, quod in Christo uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt, hic profecto et contra apostoli praedicationem uenit et totam condemnat ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo uiuificari omnino non posse. qui autem non uiuificantur in Christo, restat, ut in ea condemnatione maneant, de qua dicit apostolus: per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. cui delicto obnoxios paruulos nasci et omnis credit ecclesia et ipse iam contra Iouinianum disputans et exponens Ionam prophetam, sicut paulo ante commemoraui, fide ueracissima definisti, credo et in aliis locis opusculorum tuorum, quae uel non legi uel in praesentia non recordor. huius igitur damnationis in paruulos causam requiro, quia neque animarum, si nouae fiunt singulis singulae, uideo esse ullum in illa aetate peccatum nec a deo damnari aliquam credo, quam uidet nullum habere peccatum.

22. An forte dicendum est in paruulo carnem solam esse peccati, nouam uero illi animam fieri, qua secundum dei praecepta uiuente in adiutorio gratiae Christi et ipsi carni edomitae ac subiugatae possit incorruptionis meritum comparari? sed quia in paruulo anima nondum id agere potest, si Christi acceperit sacramentum, per hanc gratiam carni eius adquiritur, quod illius moribus nondum potuit; si autem sine illo sacramento anima paruuli exierit, ipsa quidem in aeterna uita erit, unde eam nullum peccatum potuit separare, caro uero eius non resurget in Christo non percepto ante mortem illius sacramento?

7 *Rom. 5, 18 11 paulo ante] = cap. 6 17 cf. Rom. 8, 3

1 uiuificantur *ä* etiam] et *A* 2 sacramento eius participationis *A* 3 apostolicam *ADM* 4 cum *exp.D* 5 qui 𝔓 alter ʒ omn. uiu. *A* 6 uiuificatur *ADM* ut *om.*ʒ eadem (*ex* eodem *M*) damnatione *ADM* ea *om.ä* 7 maneat *äa.c.m2ADM* remaneant *A* 8 in *eras.AM* 10 iuuinian. 𝔓 iouian. ʒ*A* et *om.*ʒ ihonam 𝔓 11 uerissima *A* 13 praesenti *ä* damnationem 𝔓 paruolis 𝔓 paruulis *A* 15 illa] ulla *äAD* 17 est *om.A* solam causam ς 18 quae *äa.c.*ʒ praeceptum *A* 19 et ipsi—21 Christi *om.A* et domitae *Ma.c.m2* adomitae *A* subiunctae *Ma.c.* subiectae *A* 20 conpo(u *m2*)tari *ä* conpensari 𝔓 in *om.Ma.c.m2* anima *om.*𝔓 id ag. nond. 𝔓 21 si] nisi *A*ʒ*DM* acceperat 𝔓 22 carni *om.*𝔓 23 ullo 𝔓 et ipsa 𝔓 24 erit] est 𝔓 nullam *Da.c.,om.ä* separari *D* 25 huius 𝔓 *pr.* non *om.A* resurgit *ä* surget ʒ*a.c.* a. mort. illius] eius a. mort. *A*

23. Hanc opinionem numquam audiui, numquam legi, sed plane audiui et credidi, propter quod et locutus sum, quia ueniet hora, quando omnes, qui sunt in monumentis, audient uocem eius et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae — ipsa est, de qua dicitur: et per unum hominem resurrectio mortuorum, ipsa est, qua in Christo omnes uiuificabuntur —, qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicii. quid 2 hic ergo de illis infantibus intellegendum est, qui, priusquam possent agere uel bene uel male, sine baptismo corpore exuti sunt? nihil hic de talibus dictum est. sed si caro eorum ideo non resurget, quia nec boni aliquid egerunt nec mali, nec illorum resurrectura est, qui percepta baptismi gratia in illa aetate defuncti sunt, in qua nihil bene uel male agere potuerunt. si autem illi inter sanctos resurgent, id est inter eos, qui bene egerunt, inter quos et illi resurrecturi sunt nisi inter eos, qui male egerunt, ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas siue in resurrectionem uitae siue in resurrectionem iudicii? quae sententia, priusquam refellatur, ipsa nouitate iam displicet. deinde quis ferat, si credant 3 se illi, qui ad baptismum cum suis paruulis currunt, propter carnes eorum, non propter animas currere? beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouum sed ecclesiae fidem firmissimam seruans ad corrigendos eos, qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum, non carnem sed animam dixit non esse perdendam et mox natum rite baptizari posse cum suis quibusdam coepiscopis censuit.

2 *Ps. 115, 1 3 *Ioh. 5, 28 6 *I Cor. 15, 21 7 *I Cor. 15, 22 22 cf. Cyprianus epist. 64, 2—6 p. 718—21 H.

2 plane] plenam 𝔓 audi ʒ 3 uenit *M* 4 in mon. sunt *ADMA* 5 procedunt *AMa.c.m2,D* bona] bene *ä*𝔓ʒ,*Ap.c.* 6 de qua—ipsa est *om.A* 7 est *om.*𝔓 9 cogerunt ʒ 10 possint *ä* possunt 𝔓 11 *pr.* uel *om.A* bonum 𝔓 exsuti sumus ʒ 12 hic *om.A* sed *om.ä* 13 fecerunt 𝔓*ADM* 14 aetate *om.A* quid *D* 15 mala *D* sanctos *in ras.M* eos *AD* 17 ne] neque 𝔓 18 receptura *äa.c.A* repturas ʒ resurrectione *ä* 19 resurrectione *ä*𝔓ʒ 20 iam *om.A* qui sperat *AA* 21 se *om.A* quia babtismum *D* 23 firmatissimam ς 24 seserbans 𝔓 corrigendum 𝔓*ADM*,*Aa.c.* 25 paru. *om.A* 26 dixi *A* non *om.*ʒ possem dum sui 𝔓

24. Sed contra Cypriani aliquam opinionem, ubi, quod uidendum fuit, fortasse non uidit, sentiat quisque, quod libet; tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo sentiat, qui ex unius delicto omnes in condemnationem duci praedicat, ex qua condemnatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum, dominum nostrum, in quo uno omnes uiuificantur, quicumque uiuificantur, contra ecclesiae fundatissimum morem nemo sentiat, ubi ad baptismum, si propter paruulorum sola corpora curreretur, baptizandi offerrentur et mortui.

25. Quae cum ita sint, quaerenda causa atque reddenda est, quare damnentur animae, quae nouae creantur singulis quibusque nascentibus, si praeter Christi sacramentum paruuli moriantur. damnari enim eas, si sic de corpore exierint, et sancta scriptura et sancta est testis ecclesia. unde illa de animarum nouarum creatione sententia, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea, si oppugnat, non sit et tua.

26. Nolo mihi dicatur pro hac sententia debere accipi, quod scriptum est: qui finxit spiritum hominis in ipso et: qui finxit singillatim corda eorum. aliquid fortissimum atque inuictissimum requirendum est, quod nos non cogat deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. nam uel tantundem ualet uel plus est forsitan creare quam fingere et tamen scriptum est: cor mundum crea in me, deus. nec ideo putari potest anima hoc loco optare se fieri, prius-
2 quam aliquid esset. sicut ergo iam existens creatur innouatione

3 cf. Rom. 5, 18 5 Rom. 7, 25 6 cf. I Cor. 15, 22 18 *Zach. 12, 1 19 Ps. 32, 15 23 Ps. 50, 12

1 ubi] uidi 𝔓 2 fuit] *add.* quod ille 𝔓 uidi *A* quisquis *A* 3 sentit 𝔓 quae ς 4 in omnes *A* condemnatio ʒ duci] duo *A* 6 $\overline{\text{oms}}$ uiuificatur *D* 7 quic. uiu. *om.ä* ecclesiae] $\overline{\text{oms}}$ *A* fundamentum ς 8 sola paru. ς,*Mp.c.m2* paru. *om.AD,Ma.c.m2* 9 curritur *A* offerentur *AʒA* offentur *D* 10 est atque redd. *ADM* 11 damnantur *ADM* noue *A* noua *Ma.c.m2D* noba 𝔓 12 moriuntur *ADA,Ma.c.m2* 14 eccl. test. 𝔓 creationem *D* conditione 𝔓 15 sententiae *äa.c.* —am *D* 16 obpugnatio (io *eras.M*) *ADM* 17 nam nolo *ä* pro hac sent.] prophete sentiam 𝔓 hanc *D* 21 anim. *om.A* damnatorum *AMa.c.m2* 22 iam *ä* ualet et *ADM* 23 et *om.ä* tam ʒ est *om.*ʒ 24 potest] putem ʒ animam 𝔓 se *ex* si *m2ä* 25 esset] ēē *A*

iustitiae, sic iam existens fingitur conformatione doctrinae. nec illud, quod in Ecclesiaste scriptum est: tunc conuertetur in terram puluis, sicut fuit, et spiritus reuertetur ad dominum, qui dedit illum, istam confirmat sententiam, quam esse uolumus nostram; plus enim hoc suffragatur eis, qui ex una putant omnes esse animas. nam sicut 3
conuertitur, inquiunt, puluis in terram, sicut fuit, et tamen caro, de qua hoc dictum est, ad hominem non reuertitur, ex quo propagata est, sed ad terram, unde primus homo factus est, sic et spiritus ex illius unius spiritu propagatus non tamen ad eum reuertitur sed ad dominum, a quo illi datus est. uerum quia hoc testimonium 4
ita pro istis sonat, ut non omni modo huic opinioni, quam defendi uolo, uideatur esse contrarium, admonendam tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. nam licet nemo faciat optando, ut uerum sit, quod uerum non est, tamen, si fieri posset, optarem, ut haec sententia uera esset, sicut opto, ut, si uera est, abs te liquidissime atque inuictissime defendatur

27. Haec autem difficultas etiam illos sequitur, qui iam existentes alibi animas et ab initio diuinorum operum praeparatas a deo mitti opinantur in corpora. nam et ab his hoc idem quaeritur: si animae inculpatae oboedienter ueniunt, quo mittuntur, cur in paruulis, si non baptizati uitam istam finierint, puniuntur? eadem prorsus in utraque sententia difficultas est. illi sibi uidentur de hac facilius 2
exire quaestione, qui animas adseuerant pro meritis uitae prioris singulas singulis corporibus implicari. hoc enim putant esse in Adam mori, in carne scilicet, quae propagata est ex Adam, supplicia pendere, a quo reatu, inquiunt, gratia Christi liberat pusillos cum

2 *Eccle. 12, 7 27 cf. I Cor. 15, 22 28 cf. Ps. 113, 13 al.

1 confirmatione *äPADM* 2 illo *äa.c.m2* eclesiastaes *ä* ecclesiasten *Λ* et tunc *ADM* conuertentur *ʒ* 4 deum *ä* illud *D* 5 uol. esse *ς* uoluimus *ADM* nolumus *Λ* 6 omnes *om.*P 7 inquanto *ä* et *om.ä* 8 est et ad *ʒ* 9 prius *Aa.c.m2* primitus *ä* et] reuertitur *Λ* 10 ex *om.A* ex—sed *om.Λ* un. ill. P spiritus *ʒ* 11 deum *äΛ* datum P*Λ* qui *äAMa.c.m2,D* 12 ita *om.*P it *ʒ* 15 nam lic. n. fac.] ne talibus testimoniis fugiat *Λ* 17 ut *om.ä* 19 quia *äa.c.ʒ* iam hic *Λ* 20 domino *äΛ* 23 istam *om.*P 24 facilius *ex* difficilius *ä* 25 singulas in singulis *ä* 28 reatu] reos *ä* pus.—*p. 224, 2* liberat *om.*P

magnis. hoc quidem recte, ueraciter, optime, quod gratia Christi liberat a reatu peccatorum pusillos cum magnis. sed in alia superiore uita peccare animas et inde praecipitari in carceres carneos non credo, non adquiesco, non consentio, primo, quoniam nescio per quos circuitus id agunt isti, ut post nescio quanta uolumina saeculorum iterum ad istam sarcinam corruptibilis carnis et supplicia pendenda redeundum sit, qua opinione quid horribilius cogitari possit, ignoro. 3 deinde quis tandem iustus defunctus est, de quo non, si isti uera dicunt, solliciti esse debeamus, ne in sinu Abrahae peccans in flammas illius diuitis deiciatur? cur enim non et post hoc corpus peccari 4 possit, si et ante potuit? postremo longe aliud est in Adam peccasse — unde dicit apostolus: in quo omnes peccauerunt — et aliud est extra Adam nescio ubi peccasse et ideo in Adam, id est in carnem, quae ex Adam propagata est, tamquam in carcerem trudi. illam uero opinionem, quod ex una fiant omnes animae, nec discutere uolo, nisi necesse sit, atque utinam ista, de qua nunc agimus, si uera est, sic abs te defendatur, ut hoc necesse iam non sit.

28. Quamuis autem desiderem, rogem, uotis ardentibus exoptem et expectem, ut per te mihi dominus huius rei auferat ignorantiam, tamen, si — quod absit — minime meruero, patientiam mihi petam a domino deo nostro, in quem sic credimus, ut aliqua nobis non aperiri etiam pulsantibus nullo modo aduersus eum murmurare debeamus. meminerimus ipsis apostolis dictum: multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. in his, quantum ad me adtinet, etiam hoc deputem nec,

10 cf. Luc. 16, 22—23 12 Rom. 5, 12 22 cf. Matth. 7, 7—8. Luc. 11, 9—10 24 *Ioh. 16, 12

1 optime—magnis *om.*ʒ optinet *A* optimeque ς 2 magnis] maioribus *ä* 3 precipitare *Aa.c.* 4 sentio 𝔓 per nescio *A* 5 fieri circ. *uel* circ. fieri ς aiunt ς 6 corruptibilem *ADM* et] ad *A* 7 cogitare ʒ 8 de inquis ʒ tandem] tam *ä* si] nisi 𝔓 uera dicunt] ueri(*ex* a)diciores *A* dicunt *ex* norunt *A* 9 flamma 𝔓 10 cur] quis 𝔓 haec *äa.c.*𝔓 peccare 𝔓*A* 12 unde—13 peccasse *om.A* 14 carne *äʒ,Aa.r.* carcere *äp.c.* 15 tradi *A* 16 istam 𝔓,*om.ä* 17 iam necesse ς 20 et *om.A* expetam ς per] pro *AD*, *Ma.c.m*2 22 sic] si *äAMa.c.m*2,*DA* ut si 𝔓*A* nobis *om.D* 23 aperire (t *s.l.m*2) *A* aperiat *A* a puls. *ä,Aa.c.* aduersum ʒ 24 memine primus ʒ memini prius ς 25 non *om.*ʒ 26 deputent *A* nec] ne *ä,Aa.c.* neque ς

qui hoc sciam, me indigner indignum, ne hoc ipso etiam conuincar indignior. multa enim alia similiter nescio, quae commemorare uel numerare non possum; et hoc tolerabiliter ignorarem, nisi metuerem, ne aliqua istarum opinionum contra illud, quod firmissima retinemus fide, incautis obreperet mentibus. sed antequam sciam, quaenam earum potius eligenda sit, hoc me non temere sentire profiteor, eam, quae uera est, non aduersari robustissimae ac fundatissimae fidei, qua Christi ecclesia nec paruulos homines recentissime natos a damnatione credit nisi per gratiam nominis Christi, quam in suis sacramentis commendauit, posse liberari.

CXXXII.

AUGUSTINUS AD HIERONYMUM DE SENTENTIA IACOBI APOSTOLI.

1. Quod ad te scripsi, honorande mihi in Christo frater Hieronyme, quaerens de anima humana, si nascentibus singulis nouae singulae nunc usque fiunt, ubi peccati uinculum contrahant, quod per sacramentum gratiae Christi etiam in infantibus recens natis

1 indiger *Ma.c.m2,om.A* ne] nec *A* me *ex* mae *ä* ipsum *A* conuincor *A* 2 indignor ʒ alia *om.Ma.c.m2* et alia *ä* uel num. *om.A* 3 enumerare ℙς 4 istorum *ADM* firmissime *ex* firmissa *m2ä* fide ret. ς 5 obriperet *äℙAD, Ma.c.m2* 6 eorum ʒ temere *ex* timere *m2äA* 7 eamque ueram esse *A* 8 homines *om.*ℙ 9 credi *A* ni *A* Christi *om.*ʒ 10 commendabit ℙ—ui *A* possit *äa.c.* liberari] *add.* explicit epistula agustini ad hieronimum *ä* explicit epistula sancti agustini ad hieronimum de origine animae *M* explicit de anima sancti augustini episcopi ad sanctum hieronimum epistula uel libellus *A*

ℙ = *Escorialensis & I. 14 s. VIII—IX.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ʒ = *Parisinus lat. 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
Eug = *Eugippii excerpta ex operibus S. Augustini p. 34—49 Knoell*

haec epistula est inter Augustini epistulas CLXVII (III p. 586 Goldbacher)

agustinum (*sic*) ad iheronimum de epistola iacobi ℙ item augustinus (incipit epistola agustini *M*) ad hieronimum (*ex* —mo *A*) de eo (deo *M*) quod scriptum est qui totam legem seruauerit offendat autem (*om.A*) in uno (unū *A*) factus est omnium reus *AʒDM*

14 honerande ʒ 17 gratia ℙ in *om.*ℙ*A* recenter ℙς

non dubitamus esse soluendum, cum in non paruum uolumen procederet, nolui ulla alia onerare quaestione. sed quod urguet acrius,
2 multo minus est neglegendum. proinde quaero et per dominum obsecro, ut exponas mihi, quod multis existimo profuturum, aut, si iam uel abs te uel ab aliquo expositum habes, dirigas nobis, quo- 5
modo accipiendum sit, quod in epistula Iacobi apostoli est: quicumque enim totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. quae res talis ac tanta est, ut, quod hinc tibi non iam olim scripsi, me multum paeniteat. 10

2. De agenda namque praesenti uita, quomodo ad uitam perueniamus aeternam, non de praeterita perscrutanda, quam penitus demersit obliuio, sicuti est illud, quod de anima quaerendum putaui, haec uertitur quaestio. eleganter autem dictum esse narratur, quod huic rei satis apte conuenit. cum quidam ruisset in puteum, 15
ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet, ne moreretur, quam suffocaret, ne loqueretur, accessit alius eoque uiso miserans ait: 'quomodo huc cecidisti?' at ille: 'obsecro', inquit, 'quomodo hinc me
2 liberes, non, quomodo huc ceciderim, quaere'. ita, quoniam fatemur et fide catholica tenemus de reatu peccati tamquam de puteo etiam 20
paruuli infantis animam Christi gratia liberandam, satis est ei, quod modum, quo salua fiat, nouimus, etiam si numquam, quomodo in malum illud deuenerit, nouerimus. sed ideo putaui esse quaerendum, ne forte ex illis opinionibus incarnationis animae aliquam teneamus incautius, quae liberandam prorsus animam paruuli contradicat 25
3 negans eam esse in isto malo. hoc igitur firmissime retento, quod anima paruuli de reatu peccati liberanda est nec alio modo liberanda nisi gratia dei per Iesum Christum, dominum

6 *Iac. 2, 10 28 Rom. 7, 25

1 solu. esse non dub. ς in non] non in ʒ*M* 2 ulla] illa *A* honerare *Aʒ* 3 quaeso ℙ deum ς 5 alico ℙ alio aliquo *AʒDM* 6 ap. iac. *Eug.cod.Vat.* apostoli *om.*ℙ scriptum est ς 7 enim] autem ℙ*Eug* obseruauerit *Eug. codd.plerique* obseruaberit ℙ offendet ℙ 9 ac tanta] hac tantum ℙ huic *D* 10 multum me ς me *om.*ℙ 12 de *om.AʒDM* prescrutanda ℙ 13 dimersit ℙ demergit *Eug* sicut ℙʒ 15 quo ℙ conueniunt ʒ 17 et eo ς mirans *M* admirans ς 18 at ille *om.AʒDM* cogita quomodo *ADM* me hinc ℙ 19 quaeras *Eug.codd.praeterVat.*ς 21 anime ʒ gratiae ʒ 22 quo] quomodo ς fiant ʒ 28 Christum *om.*ℙ

nostrum, si possumus etiam ipsius mali causam et originem nosse, uaniloquis non disputatoribus sed litigatoribus paratius instructiusque resistimus; si autem non possumus, non, quia latet miseriae principium, ideo pigrescere misericordiae debet officium. aduersus eos autem, qui sibi uidentur scire, quod nesciunt, hoc 4 tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. aliud est enim, quod nescire malum est, aliud, quod sciri uel non potest uel non opus est uel ad uitam, quam quaerimus, indifferens est. hoc uero, quod de litteris apostoli Iacobi nunc requiro, in hac ipsa, qua uiuimus et, ut semper uiuamus, deo placere studemus, actione uersatur.

3. Quomodo ergo intellegendum est, obsecro te: quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus? itane, qui furtum fecerit, immo uero, qui dixerit diuiti: 'hic sede', pauperi autem: 'tu sta illic', et homicidii et adulterii et sacrilegii reus est? quod si non est, quomodo, qui in uno offendit, factus est omnium reus? an illud, quod dixi de diuite et paupere, ad ista non pertinet, quorum si quis in uno offenderit, fiet omnium reus? sed recolendum est, 2 unde uenerit ista sententia et quae illam superiora pepererint quibusque conexa dependeat. fratres mei, nolite, inquit, in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriae. etenim, si introierit in conuentu uestro uir aureum anulum habens in ueste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu et intendatis in eum, qui indutus est ueste praeclara,

12 Iac. 2, 10 15 cf. Iac. 2, 3 21 *Iac. 2, 1—6

2 uaniloquiis $A\beta D$,*Ma.r.* 4 deb. mis. *Eug.cod.Vat.* 5 quod] et *D* 7 *alt.* est *om.*ς scire $A\beta D$,*Ma.c.Eug* (*praeter unum Paris.*) 8 uel non opus est] uel non potest (*erasa*) *D*,*om.*𝔓 9 iac. ap. 𝔓 hoc ϐ 10 et deo 𝔓 12 igitur ς qui *Ma.c.m?* 13 aufendat ϐ 14 una ϐ factum est autem omnium ϐ 15 sede hic ς 16 homocidio ϐ sacrilegi 𝔓 quid 𝔓 17 offendat ς 18 dixit $A\beta DM$*Eug.cod.Vat.* diuiti *D* non *om.A* 19 factus est 𝔓 20 illa ς superiorum 𝔓 —rem $A\beta DM$ —ri ς 21 dependet *D* —deant *Eug. cod.Vat.* 23 nostri *om.ADM* 24 conuentum uestrum *Eug.codd.nonnulli* conspectu uestro 𝔓 anulum aureum ς 27 uestē praeclaram ϐ

et dicatis: 'tu sede hic bene', pauperi autem dicatis: 'tu sta illic' aut: 'sede sub scabello pedum meorum', nonne iudicastis apud uosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum? audite, fratres mei dilectissimi: nonne deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni, quod promisit deus diligentibus se? uos autem exhonorastis pauperem, propter illum scilicet, cui dictum est: 'tu sta illic', cum habenti anulum aureum dictum esset: 'tu sede hic
3 bene'. ac deinde sequitur eandem ipsam sententiam latius uersans et explicans: nonne, inquit, diuites per potentiam opprimunt uos et ipsi adtrahunt uos ad iudicia? nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super uos? si quidem legem perficitis regalem secundum scripturas: 'diliges proximum tuum sicut te ipsum', bene facitis; si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quasi transgres-
4 sores. uidete, quem ad modum transgressores legis appellet, qui dicunt diuiti: 'sede hic' et pauperi: 'sta illic'. unde, ne putarent contemptibile esse peccatum in hac una re legem transgredi, secutus adiunxit: quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. qui enim dixit: 'non moechaberis', dixit et: 'non occides'. quodsi non occides, moechaberis autem, factus es transgressor

12 *Iac. 2, 6—9 23 *Iac. 2, 10—11

1 dicatis ei ς aut. dic.] aut dicatur ʒ 3 iudicastis *Eug.cod.Vat.* iudicati estis 𝔓 iudicatis *AʒDM Eug. cet. codd.* (*cf. p. 239, 1*) 4 cogitationes 𝔓ʒ 5 mei dil.]carissimi ς 7 fidei ʒ repromisit *AʒDM* 9 tu *om.*ς 11 hac 𝔓ʒ inde *M* 13 ipsi *om.AʒDM* trahunt *AʒDM* uos *om.AʒDM* 16 perfectis 𝔓 scripturam *AʒD* 17 diligis 𝔓 dili**s *M* 18 facis 𝔓 acc. pers. ς personam *Eug. cod.Vat.* 19 redarguiti ʒ,*Ma.r.* 20 uide 𝔓ς appellat *AʒDM* 21 diuite ʒ hic bene *Eug.cod.Vat.* tu sta ʒ 23 autem *om.*ς totum ʒ 24 aufendat ʒ 25 mecaueris 𝔓 26 quodsi et *A* occidas 𝔓,*Mp.c.m²* —dis ς 27 mecaueris 𝔓 moecharis *AʒDM Eug.codd.nonnulli* est (t *eras.*) *AM*

legis propter illud, quod dixerat: redarguti a lege quasi transgressores. quae cum ita sint, consequens uidetur — nisi alio modo intellegendum ostendatur —, ut, qui dixerit diuiti: 'sede hic' et pauperi: 'sta illic' huic honorem amplior quam illi deferens, et idolatres et blasphemus et adulter et homicida et, ne — quod longum est — cuncta commemorem, reus omnium criminum iudicandus sit; offendens quippe in uno factus est omnium reus.

4. At enim, qui unam uirtutem habet, omnes habet et, qui unam non habet, nullam habet. hoc si uerum est, confirmatur ista sententia. sed ego eam exponi uolo, non confirmari, quae per se ipsam est apud nos omnium philosophorum auctoritatibus firmior. et illud quidem de uirtutibus et uitiis si ueraciter dicitur, non est consequens, ut propter hoc omnia peccata sint paria. nam illud de inseparabilitate uirtutum, etsi forsitan fallor, tamen, si uerum memini, quod uix memini, omnibus philosophis placuit, qui easdem uirtutes agendae uitae necessarias esse dixerunt. hoc autem de parilitate 2 peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani; quam eorum uanitatem in Iouiniano illo, qui in hac sententia Stoicus erat, in aucupandis autem et defensitandis uoluptatibus Epicureus, de scripturis sanctis dilucidissime conuicisti. in qua tua suauissima et praeclarissima disputatione satis euidenter apparuit non placuisse auctoribus nostris uel ipsi potius, quae per eos locuta est, ueritati omnia paria esse peccata. quomodo autem 3 fieri possit, ut, etiam si hoc de uirtutibus uerum est, non tamen ideo cogamur fateri aequalitatem omnium peccatorum, quantum possum,

1 Iac. 2, 9 19 cf. adu. Iouin. II 21—34

1 id ς redarguiti *Ma.r.* redarguit ℙ 2 quasi] quas *D* 4 huic non *AʒDM* ampl. *Eug,om.cet.* 5 quem *M*ς quum ℙ idolatris *AʒDM* hidolater ℙ idololatra ς 6 commemorarem *AMa.r.,ʒD* 7 sit *Eug* est *cet.* offendet *Ma.c.m2* —dat *Aa.c.m2D* aufendet ʒ factu ʒ 9 ad ℙ aut ʒ ait *D* 10 non ullam *D* 11 nolo ℙ ipsa ʒ*D* 12 est *om.AʒDM* omnium *Eug* omnibus *cet.* philosophiam *D* est firmior *Mp.c.m2* firmior est ς 13 quidam ʒ et de uitiis *Eug.codd.praeterVat.* 14 ut] at ʒ haec ℙ 15 etsi] nisi ς 17 necessaria ℙ 18 soli Stoici] solis dici *D* 19 iubiniano ℙ 20 hanc sententiam ʒ aucupandū ʒ def. *Eug* defensandis *cet.* 21 uoluntatibus *AʒD,Ma.c.m2* epicureos *AMa.c.m2,D* 23 ipsis *AD,Ma.r.* qui ʒ 24 esse paria ς 25 si] sibi ℙ hoc de] octo ʒ 26 ad qualitatem *AʒD*

adiuuante domino aperire conabor. quod si effecero, adprobabis, ubi causae defuero, tu supplebis.

5. Certe hinc persuadent, qui unam uirtutem habuerit, habere omnes et omnes deesse, cui una defuerit, quod prudentia nec ignaua nec iniusta nec intemperans potest esse; nam si aliquid horum fuerit, prudentia non erit. porro, si prudentia tunc erit, si et fortis et iusta et temperans sit, profecto, ubi fuerit, secum habet ceteras. sic et fortitudo inprudens esse non potest uel intemperans uel iniusta; sic temperantia necesse est ut prudens, fortis et iusta sit; sic iustitia non est, si non sit prudens, fortis et temperans. ita, ubi uera est aliqua earum, et aliae similiter sunt. ubi autem aliae desunt, uera illa non est, etiamsi aliquo modo similis esse uideatur.

6. Sunt enim, ut scis, quaedam uitia uirtutibus aperta discretione contraria, ut inprudentia prudentiae. sunt autem quaedam tantum, quia uitia sunt, ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia, ut eidem prudentiae non inprudentia sed astutia. nunc enim eam dico astutiam, quae usitatius in malitiosis intellegi et uocari solet, non sicut loqui nostra scriptura consueuit, quae saepe astutiam in bono ponit, unde est: a s t u t i u t s e r p e n t e s et illud: u t d e t i n n o c e n t i b u s a s t u t i a m. quamquam et apud illos Romanae linguae disertissimus dixerit: n e q u e i l l i t a m e n a d c a u e n d u m d o l u s a u t a s t u t i a d e e r a t astutiam ponens in bono; sed apud illos rarissimum, apud nostros autem frequentissimum est. itemque in partibus temperantiae apertissime contraria est effusio parsimoniae; ea uero, quae tenacitas etiam uulgo dici solet, uitium est quidem, tamen parsimoniae simile non

19 *Matth. 10, 16 *Prou. 1, 4 21 Sallust. Cat. 26, 2

1 efficero *AMa c.m2,D* 2 ibi ʒ ubi uero ς 3 hic ℘ 4 quod si ʒ ignauia *AMa.r.,ʒD* 5 iusta *AMa.c.m2,ʒD* aliqua *AʒD,Ma.c.m2* fuerit] defuerit *Ap.c.m2 Eug. codd. praeter Vat. et unum Par.* 6 si *eras.A* 7 et ceteras ℘,*A* (et *s.l.m2*) 8 sic et ς 9 sic et ς 10 si non] nisi ς non—aliqua *om.*℘ et *s.l.m2A,om.ʒDM* uera est] est una uera ς 11 *pr.* aliae] alia ℘ uera una illa ς 13 sis ʒ 15 quae(e)dam *AʒD* fallacis *AMa.r.,D* 16 eam] eandem *Eug.codd.plerique* 18 et non *Eug* nostra loqui ς 19 est] est illut ℘ estote ς ut et innoc. *Aa.c.m2ʒDM* ut et innoc. det ς 20 astutia *Ap.r.D* —tiae *ʒM* 22 dolos ℘ aut *om.*℘ deerat *Eug* deerant *cet.* 23 pones *AMa.c.m2,ʒD* autem *om.*ς 25 ea—26 pars. *ponit post p. 231, 11* poterat ʒ etiam *om.*℘ς uulgo etiam *Eug.cod.Vat.* 26 dici uulgo ς quidem est ς est *om.M* si tamen *Eug.cod.Vat.*

natura sed fallacissima specie. item dissimilitudine manifesta con- 3
traria est iniustitia iustitiae; solet autem quasi imitari iustitiam uindicandi libido, sed uitium est. ignauia fortitudini perspicue contraria est, duritia uero distat natura, fallit similitudine. constantia pars quaedam uirtutis est; ab hac inconstantia, longe abhorret et indubie contrasistit, pertinacia uero constantia dici affectat et non est, quia illa est uirtus, hoc uitium.

7. Ut ergo non iterum eadem commemorare necesse sit, exempli gratia ponamus aliquid, unde possint cetera intellegi. Catilina, ut de illo scripserunt, qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat eratque patiens inediae, algoris, uigiliae, supra quam cuiquam credibile est, ac per hoc suis et sibi magna praeditus fortitudine uidebatur. sed haec forti- 2
tudo prudens non erat — mala enim pro bonis eligebat —, temperans non erat — corruptelis enim turpissimis foedabatur —, iusta non erat — nam contra patriam coniurauerat — et ideo nec fortitudo erat, sed duritia sibi, ut stultos falleret, nomen fortitudinis inponebat. nam si fortitudo esset, non uitium sed uirtus esset; si autem uirtus esset, a ceteris uirtutibus tamquam inseparabilibus comitibus numquam relinqueretur.

8. Quapropter, cum quaeritur etiam de uitiis, utrum et ipsa similiter et omnia sint, ubi unum erit, aut nulla sint, ubi unum non erit, laboriosum est id ostendere propterea, quia uni uirtuti duo uitia opponi solent, et quod aperte contrarium est et quod specie similitudinis adumbratur. unde, illa Catilinae quia fortitudo non erat, 2
quae secum uirtutes alias non habebat, facilius uidebatur; quod uero ignauia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atque tolerandi supra quam cuiquam credi-

11 Sallust. Cat. 5, 3 28 Sallust. Cat. 5, 3

1 nature ʒ*D* 2 autem] enim *Eug.cod.Vat.* mitari iustitia ʒ 3 uind. se ς persp.] per specię ℙ *in mg.* 4 naturae *Mp.c.m2* natura natura *D* a(*s.l.m2*)natura naturae *A* 5 instantia *M* 8 haec eadem ς est *AʒD,Ma.c.m2* 10 sitim] fec̄ ʒ famen *AMa.c.* 11 poterant ℙ 13 suis et sibi *Eug* et sibi et suis *cet.* 14 mala—15 erat *om.*ℙ 15 foe(fae, fe)debatur ℙ*AʒD,Ma.c.m2* 16 nec] non *Eug.cod.Vat.* 17 stultus ʒ 19 tam ʒ*DM* 20 relinqueremur ℙ 21 dum ς et *s.l.m2A,om.*ʒ*DM* 22 et *Eug.,om.cet. pr.* sunt *D* 24 *pr.* quid ℙ 26 secum] secundum ℙ esset cum *Aa.r.*ʒ*DM* esset cum secum ς 27 qualibet ℙʒ*D,Aa.c.m2* quālibet *M*

3 bile est fuit, aegre persuaderi potest. sed forte acutius intuentibus ignauia apparet ipsa duritia, quia laborem bonorum studiorum, quibus uera adquiritur fortitudo, neglexerat. uerumtamen, quia sunt audaces, qui timidi non sunt, et rursus timidi, a quibus absit audacia, cum sit utrumque uitium, quoniam, qui uera uirtute fortis est, nec temere audet nec inconsulte timet, cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus.

9. Unde aliquando uitium uitio tollitur, ut amore laudis amor pecuniae, aliquando unum cedit, ut plura succedant, uelut, qui ebriosus fuit, si modicum bibere tenacitate et ambitione didicerit. pos-
2 sunt itaque uitia cedere etiam uitiis succedentibus, non uirtutibus, et ideo plura sunt. uirtus uero quo una ingressa fuerit, quoniam secum ceteras ducit, profecto uitia cedent omnia, quaecumque inerant; non enim omnia inerant, sed aliquando totidem, aliquando plura paucioribus uel pauciora pluribus succedebant.

10. Haec utrum ita se habeant, diligentius inquirendum est. non enim et ista diuina sententia est, qua dicitur: 'qui unam uirtutem habuerit, omnes habet eique nulla est, cui una defuerit', sed hominibus hoc uisum est multum quidem ingeniosis, studiosis, otiosis, sed
2 tamen hominibus. ego uero nescio, quem ad modum dicam. non dico uirum, a quo denominata dicitur uirtus, sed etiam mulierem, quae uiro suo seruat tori fidem, si hoc faciat propter praeceptum et promissum dei eique primitus sit fidelis, non habere pudicitiam aut eam nullam uel paruam esse uirtutem — sic et maritum, qui hoc idem seruat uxori —, et tamen sunt plurimi tales, quorum sine ali-
quo peccato esse neminem dixerim, et utique illud qualecumque
3 peccatum ex aliquo uitio uenit. unde pudicitia coniugalis in uiris feminisque religiosis cum procul dubio uirtus sit — non enim aut nihil aut uitium est —, non tamen secum habet omnes uirtutes. nam

1 persuadere ℙ*Eug.codd.praeterVat.* ē persuadere persuadere ʒ 3 neglegebat ℙ 4 qui timidi] quid mihi ʒ sint ℙ a *om.*ℙ*D* abest ς 6 cogitur ς 8 uitico tollatur ʒ 9 cedat ʒ uelut] uel ℙ 10 fuerit *AʒDM* si *om.*ʒ biberet ℙʒ,*Aa.c.m2Ma.r.* uiueret *D* biberit ς; *add.* et *AʒDM* tenacitatem et ambitionem ℙς dedicerit ʒ*D* 11 itaque] etiam *Eug.cod.Vat.* etiam cedere ς uitis ʒ non uirt. *om.AʒDM* 13 cedunt *D* cadant ʒ quae(cumque *add.s.l.*)*A* 16 habebunt ℙ 17 una ʒ 18 habuerint ʒ est *Eug* inest *cet.* 19 otiosis *Eug,om.cet.* 23 eique] et que ʒ*D* et quae *Aa.c.m2M* 24 aut̄ ʒ eam *Eug* iam *s.l.m2A,om.cet.* pudicitiam ς 25 idem] ipsum ℙ quidem *Eug.cod.Vat.*

si omnes ibi essent, nullum esset uitium; si nullum uitium, nullum omnino peccatum; quis autem sine aliquo peccato? quis ergo sine aliquo uitio, id est fomite quodam uel quasi radice peccati, cum clamet, qui super pectus domini discumbebat: s i d i x e r i m u s, q u i a p e c c a t u m n o n h a b e m u s, n o s i p s o s d e c i p i m u s e t u e r i t a s i n n o b i s n o n e s t? neque hoc apud 4 te diutius agendum est, sed propter alios, qui haec forte legerint, dico. nam tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iouinianum etiam hoc de scripturis sanctis diligenter probasti; ubi etiam ex hac ipsa epistula, cuius uerba sunt, quorum nunc intellectum requirimus, posuisti, quod scriptum est: i n m u l t i s e n i m o f f e n d i m u s o m n e s. non enim ait 'offenditis', sed ait 'offendimus', cum Christi loqueretur apostolus, et cum hoc loco dicat: q u i c u m q u e a u t e m t o t a m l e g e m s e r u a u e r i t, o f f e n d a t a u t e m i n u n o, f a c t u s e s t o m n i u m r e u s, ibi non in uno sed in multis nec quosdam sed omnes dixit offendere.

11. Absit autem, ut quisquam fidelis existimet tot milia seruorum Christi, qui ueraciter dicunt se habere peccatum, ne se ipsos decipiant et ueritas in eis non sit, nullam habere uirtutem, cum uirtus magna sit sapientia. d i x i t a u t e m h o m i n i: e c c e p i e t a s e s t s a p i e n t i a. absit autem, ut dicamus tot ac tantos fideles et pios homines dei non habere pietatem, quam Graeci uel εὐσέβειαν uel expressius et plenius θεοσέβειαν uocant. quid autem 2 est pietas nisi dei cultus? et unde ille colitur nisi caritate? caritas enim de corde puro et conscientia bona et fide non ficta magna et uera uirtus est, quia ipsa est et finis praecepti. merito dicta est fortis

4 cf. Ioh. 13, 25; 21, 20 *I Ioh. 1, 8 8 cf. adu. Iouin. II 2 11 Iac. 3, 2 13 Iac. 2, 10 18 cf. I Ioh. 1, 8 20*Hiob 28, 28 24 cf. I Tim. 1, 5 26 cf. Cant. 8, 6

1 si null. uit. *om.AʒDM* 2 *pr.* qui ς peccati *D*; *add.* est ς 4 supra ʒ*M* domini *om.*ʒ hominis ℙ disc. *Eug* recumbebat (pec— ʒ) *cet.* 6 nec *ex* ne *A* 7 ag. est diut. *Eug.cod.Vat.* forte hoc ς hoc *AʒDM* 8 iuuin. ℙ 9 *alt.* etiam] eam ℙ 10 intellectu ℙ 12 *pr.* ait *om.*ℙ *alt.* ait *Eug.om.cet.* off. omnes ς 14 autem *om.*ℙ aufendat ʒ 16 dicit ς affende ʒ 17 exae(e *M*)stimet *A,Ma.c.m2* militia *AMa.r.,D* 19 et] ut ℙ 20 dixit—sap. *om.*ℙ autem] *add.* ipsa sapientia ς 21 autem *Eug* ergo *cet.* toth hac ℙ 22 dei *s.l.m2A* 23 eusebian *ADM* esebian ʒ eusebia ℙ planius *Eug.cod.Vat.* theosebian *AʒDM* tehosebia ℙ autem *om.*ʒ 24 pietas est ς ille *om.*ℙ 25 enim *Eug* igitur *cet.* 26 ipsa—*p. 234, 1 pr.* quia *om.*ʒ et *om.*ς *tert.* est *exp.*ℙ

sicut mors, siue quia nemo eam uincit sicut mortem siue quia in hac uita usque ad mortem est mensura caritatis, sicut dominus ait: maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis, siue potius, quia, sicut mors animam auellit a sensibus carnis, sic caritas
3 a concupiscentiis carnalibus. huic subseruit scientia, cum est utilis; nam sine illa inflat. quod uero illa aedificando inpleuerit, nihil ibi ista inane, quod inflet, inueniet. utilem porro scientiam definiendo monstrauit, ubi, cum dixisset: ecce pietas est sapientia, continuo subiunxit: abstinere uero a malis
4 scientia est. cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis sit caritas? an quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute praeditus, quanto autem minus, tanto minus inest uirtus, quia ipsa est uirtus, et quanto minus inest uirtus, tanto magis est uitium? ubi ergo illa plena et perfecta fuerit, nihil ex uitio remanebit.

12. Proinde mihi uidentur Stoici ideo falli, quia proficientem hominem in sapientia nolunt omnino habere sapientiam, sed tunc habere, cum in ea fuerit omnino perfectus, non quia illum prouectum negant, sed nisi ex profundo quodam emergendo repente emicet in auras sapientiae liberas, nulla ex parte esse sapientem.
2 sicut enim nihil interest ad hominem praefocandum, utrum aquam stadiis multis super se habeat altam an unum palmum uel digitum, sic illos, qui tendunt ad sapientiam, proficere quidem dicunt tamquam ab imo gurgitis surgentes in aërem, sed, nisi totam stultitiam

3 *Ioh. 15, 13 7 cf. I Cor. 8, 1 9 *Hiob 28, 28 12 cf. Rom. 13, 10

1 eum ʒ 2 sicut] sic ℙ 3 hac *Mp.r.Eug.codd.nonnulli* hanc *cet.* 4 quis ponat *Eug* ponat *cet.* ponat quis ς 7 illā flat ʒ uera ʒ *alt.* illa *om.D* 8 inueniat ℙ 9 ibi ʒ sapienti ʒ 11 qui] quid ℙ 13 uirtutem ʒ 14 *pr.* inest *Ap.c.m2Eug* est *cet.* *pr.* uirtus] uirtute *Aa.c.m2*ʒ*DM* uirtus ei *uel* ei uirtus ς *alt.* inest *Eug* est *cet.* 15 magis ℙ*Eug* maius *ADM* minus ʒ est *om.*ℙ fuerit *Ap.c.m2Eug.codd.praeterVat.* erit *cet.* 16 uitiū ℙ 17 ideo ℙ*Eug,om.cet.* fallunt ʒ 18 hab. omn. *A*ʒ*DM* sed tunc] sectunt ʒ 19 in *om.Eug.cod.Vat.* omn. perf. fuerit ς fuerint ʒ profectum ℙ prouentum ʒ 20 negent ʒ ex] et ʒ quoddam ʒ 21 emicetur ℙʒ*D,AMa.c.m2* enitatur *Mp.c.m2* sapientia *D* 22 interest (inter *in ras.*) *AM* est inter ℙ nrm est ʒ nr est *D* prefoc. (ef *in ras.*) *A* preuoc. ℙ prouoc. ʒ*D,Ma.c.m2* 23 an] aut ς uno palmo ς uel] aut (au ʒ) *A*ʒ*DM* digito ς 25 surgentes (—tis ʒ) gurgitis *A*ʒ*DM* aerę ℙ nisi totam] in isto tam *D*

uelut opprimentem aquam proficiendo uelut emergendo euaserint, non habere uirtutem nec esse sapientes, ubi autem euaserint, mox habere totam nec quicquam stultitiae remanere, unde omnino ullum peccatum possit existere.

13. Haec similitudo, ubi stultitia uelut aqua et sapientia uelut aër ponitur, ut animus a praefocatione stultitiae tamquam emergens in sapientiam repente respiret, non mihi uidetur satis accommodata nostrarum scripturarum auctoritati, sed illa potius, ut uitium uel stultitia tenebris, luci autem uirtus uel sapientia comparetur, quantum ista similia de corporalibus ad intellegibilia duci possunt. non itaque sicut de aquis in aërem surgens, ubi earum summum 2 transierit, repente, quantum sufficit, inspiratur, sed sicut de tenebris in lucem procedens paulatim progrediendo inluminatur. quod donec plenissime fiat, iam eum tamen dicimus tamquam de abditissima spelunca egredientem uicinia lucis afflatum tanto magis, quanto magis propinquat egressui, ut illud, quod in eo lucet, sit utique ex lumine, quo progreditur, illud autem, quod adhuc obscurum est, sit ex tenebris, unde egreditur. itaque et n o n i u s t i f i c a b i t u r 3 i n c o n s p e c t u d e i o m n i s u i u e n s et tamen i u s t u s e x f i d e u i u i t. et induti sunt sancti iustitia alius magis, alius minus et nemo hic uiuit sine peccato et hoc alius magis, alius minus; optimus autem est, qui minimum.

14. Sed quid ago? tamquam oblitus, cui loquar, doctori similis factus sum, cum proposuerim, quid abs te discere uelim. sed quia de peccatorum parilitate, unde in id, quod agebam, incidit quaestio, examinandam tibi sententiam meam promere statueram, iam eam

18 Ps. 142, 2 19 *Hab. 2, 4. Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38 20 cf. Hiob 29, 14

1 oppriment ℙ emergendum *Aa.c.m2ʒ* 3 totum *Eug.codd.Vat. et Desmoyersii* stultitia ℙ.*Ma.c.m2* nullum *Eug.cod.Vat.* 5 stultitiae ℙ 6 preuocatione ℙ 7 in *om.AʒDM* sapientiam *Eug.codd.praeterVat.* —tia *cet.* respiceret *AMa.r.,ʒD* accommoda *Eug.codd.praeterVat. et unum Par.* 8 auctoritate *Eug.codd.plerique* 9 uel] et ς sapientiae ℙ com(n)pararetur *AMa.c.,ʒD* 10 dici *A,ʒp.r.* 11 summa ℙ 13 egrediendo *Eug.cod.Vat.* 16 egressus sui (*super* sui *m2* ł sibi id est luci) *M* 17 quo] co ℙ 20 sancti *om.ʒ* iustitiam ℙ magis *Eug* maius *cet.* 21 magis *Eugʒ* maius *cet.* 22 obtimum ℙ 23 ago *Eug* ego *cet.* loquor *AʒDM* 24 dicere *AʒD,Ma.c m2,om.*ℙ 25 in *om.AʒDM* id] hic ʒ

tandem aliquando concludam, quia, etsi uerum est eum, qui habet unam, omnes habere uirtutes, eum, qui unam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria, quia, ubi uirtus nulla est, nihil quidem rectum est nec tamen ideo non est prauo prauius distortoque
2 distortius. si autem — quod puto esse uerius sacrisque litteris congruentius — ita sunt animae intentiones ut corporis membra, non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus, et aliud inluminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine et tenebroso inumbratur obstaculo, profecto ita, ut quisque inlustratione piae caritatis affectus est in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil, sic dici potest habere aliam, aliam non habere, aliam magis
3 minusue habere uirtutem. nam et 'maior est in isto caritas quam in illo' recte possumus dicere et 'aliqua in isto, nulla in illo', quantum pertinet ad caritatem, quae pietas est, et in ipso uno homine, quod maiorem habeat pudicitiam quam patientiam et maiorem hodie quam heri, si proficit, et adhuc non habeat continentiam et habeat non paruam misericordiam.

15. Et ut generaliter breuiterque conplectar, quam de uirtute habeo notionem, quod ad recte uiuendum adtinet, uirtus est caritas, qua id, quod diligendum est, diligitur. haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est, plenissima uero, quae iam non possit augeri, quam diu hic homo uiuit, in nemine; quam diu autem augeri potest,
2 profecto illud, quod minus est, quam debet, ex uitio est. ex quo uitio non est iustus in terra, qui faciet bonum et non peccabit. ex quo uitio non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens. propter quod uitium, si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non

24 *Eccle. 7, 21. cf. III Reg. 8, 46 25 Ps. 142, 2 27 *I Ioh. 1, 8

4 prauo prauius est ς distortusque ℙ 7 *pr.* quo A_3DM 9 quisquis ς 10 *tert.* alio] aliquo A_3DM 11 sic (c *exp.*) *A* potest dici ℙ aliam et aliam ς 12 minusue] aliam minusue A_3D aliamue(ue m^2)minus *M* aliam minus ς *alt.* in *om.*$_3$ 14 pietatis $Aa.c.m^2{}_3DM$ 16 profecit ℙ 18 brebique ℙ 19 habeam ℙ 20 qua] quia $Ap.c.m^2{}_3$ quo A_3 22 homo hic ς in neminem A_3D in nemine est (est *in ras.*) *M* est in nemine ς 23 debet] libet *Eug.codd.praeter Vat.et unum Par.* 24 faciet *Goldb. sec. LXX* faciat *codd.* 25 peccauit A_3D *Eug.cod.Vat.,Ma.c.m2* peccet *Eug.duo codd.,Mp.c.m2* (*cf. LXX*) 28 nosmet ς seducimus ς

est. propter quod etiam, quantumlibet profecerimus, necessarium est nobis dicere: dimitte nobis debita nostra, cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata dimissa sint. uidet 3 itaque, qui recte uidet, ubi et quando et unde speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adici possit. si autem praecepta non essent, non utique esset, ubi se homo certius inspiceret et uideret, unde auerteretur, quo conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. magna est ergo utilitas praeceptorum, si libero arbitrio tantum detur, ut gratia dei amplius honoretur.

16. Quae si ita se habent, unde fit omnium reus, si in uno offendat, qui totam legem seruauerit? an forte, quia plenitudo legis caritas est, qua deus proximusque diligitur, in quibus praeceptis caritatis tota lex pendet et prophetae, merito fit omnium reus, qui contra illam facit, in qua pendent omnia? nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia 'non adul- 2 terabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces' et, si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur in eo, quod 'diliges proximum tuum tamquam te ipsum'. dilectio proximi malum non operatur, plenitudo autem legis caritas. nemo 3 autem diligit proximum nisi diligens deum, ut hoc, quantum potest, proximo inpendat, quem diligit tamquam se ipsum, ut et ille diligat deum, quem si ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. ac per hoc, qui totam legem seruauerit, si in uno offenderit, fit omnium reus, quia contra caritatem facit, unde tota lex pendet. reus itaque fit omnium faciendo contra eam, in qua pendent omnia.

2 Matth. 6, 12 10 cf. Iac. 2, 10 11 *Rom. 13, 10 13 *Matth. 22, 40 15 *Rom. 13, 9—10

1 proficeremus *AMa.c.m2*,ʒ*D* proficerimus *Ap.c.m2* 2 demitte ʒ*p.c.* 3 omnium *D* demissa ʒ uidet] quid *AʒDM* 4 recta ʒ unde et quando et ubi ς 7 quid prec. *om.D* 8 libere ʒ uero ℘ 10 fiet ς 12 qua—carit. *om.*℘ 14 reus omnium *AʒDM* illa *AʒD* pendet ℘ 15 faciendę ʒ 16 facis *A Ma.c.m2* fais *D* 17 concupiscis ℘ aliud est ς 19 quod est ς diligis ℘*M* 21 legis est ς 22 ut] et ς 23 proximū ʒ diligat ς se] te ʒ illi ʒ 24 ac] hac ℘ʒ 27 eam, in qua] praeceptum, in quo *Eug. codd. praeter Va¹.* pendet ℘

17. Cur ergo non dicantur paria peccata? an forte quia magis facit contra caritatem, qui grauius peccat, minus, qui leuius, et hoc ipso admittit magis et minus, quo fit quidem omnium reus, sed grauius peccans uel in pluribus peccans magis reus, leuius autem uel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto minore, quanto minus peccauerit, tamen, etiam si in uno offenderit, reus omnium, quia contra eam facit, in
2 qua pendent omnia? quae si uera sunt, eo modo et illud absoluitur, quod ait homo etiam apostolicae gratiae: in multis enim offendimus omnes. offendimus enim, sed alius grauius, alius leuius. quanto quisque magis minusue peccauerit, tanto in peccato committendo maior, quanto in diligendo deo et proximo minor et rursus tanto minor in peccati perpetratione, quanto maior in dei et proximi dilectione, tanto itaque plenior iniquitatis, quanto inanior caritatis, et tunc perfectissimus in caritate, quando nihil restat ex infirmitate.

18. Nec sane, quantum arbitror, putandum est leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem domini Iesu Christi, si illam distantiam sedendi et standi ad honores ecclesiasticos referamus. quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiae
2 contempto paupere instructiore atque sanctiore? si autem de cotidianis consessibus loquitur, quis non hic peccat, si tamen peccat, nisi cum apud se ipsum intus ita iudicat, ut ei tanto melior, quanto ditior illo uideatur? hoc enim uidetur significasse dicendo: nonne

9 Iac. 3, 2 24 *Iac. 2, 4

1 dicatur ℙ iudicantur ʒ 3 adm.—quo] quod adm. ς amittit ℙ*A.Ma.c.m*^{2} ammittat ʒ magis et minus *om.AʒDM* magis] maius ℙ quo] quod *AʒD, Ma.c.* qui ℙ quidem fit *M* sed] si ʒ 4 lebis ℙ 5 maior ℙ 7 reus est o. ℙ reus o. est ς fit reus o. *Mp.c.m*^{2} erit reus o. *Eug.cod.Vat.* fecit *AʒD, Ma.c.m*^{2} 8 pendet ℙ adsoluit ʒ 9 greciae ʒ gratiam ℙ 10 off. enim] omnes enim off. *AʒDM pr.* alius] unus ς 11 maius minusue ℙ*Eug.codd.nonnulli* grauius leuiusue (*uel* —que) ς peccato *om.*ℙ 12 quanto] quan ʒ 13 maior *ex* inanior ʒ 15 perfecti simus *M* perfecti sumus ℙʒ*D* ex] et ʒ 18 domini nostri ℙ*AEug.codd.Vat.et unus Par.* 19 illa ʒ sedenti ʒ et] ac *AʒDM* 21 contem(*ex* n)to paupere ʒ contemptore *D* 22 consensibus *AMa.c.m*^{2},ʒ*D* quosensibus ℙ hinc ℙ 23 diiudicat ℙ 24 illa ℙ illi *AMa.c.m*^{2},ʒ*DEug.cod.Vat.* ille *AMp.c.m*^{2},*Eug.codd.reliqui* uideatur] esse uid. ς dicendo *om.AʒDM* cum dicit ς

iudicastis apud uosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

19. Lex itaque libertatis lex caritatis est, de qua dicit: si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: 'diliges proximum tuum sicut te ipsum', bene facitis; si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores. et post illam sententiam ad intel- 2
legendum difficillimam, de qua satis dixi, quod dicendum putaui, eandem legem libertatis commemorans: sic, inquit, loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari. et quoniam, quid paulo ante dixerit, nouit, quoniam in multis offendimus omnes, suggerit dominicam tamquam cotidianam cotidianis etsi leuioribus tamen uulneribus medicinam: iudicium enim, inquit, sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. hinc enim et dominus: dimittite, inquit, et dimitte- 3
tur uobis; date et dabitur uobis. superexultat autem misericordia iudicio; non dictum est: 'uincit misericordia iudicium' — non enim est aduersa iudicio —, sed 'superexultat', quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. beati enim misericordes, quia ipsorum miserebitur deus.

20. Et hoc utique iustum est, ut dimittatur eis, quia dimiserunt, et detur eis, quia dederunt. inest quippe deo et misericordia iudicanti et iudicium miseranti, propter quod ei dicitur: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine; nam quisquis

3 Iac. 2, 8—9 10 Iac. 2, 12 13 Iac. 3, 2 15 Iac. 2. 13 17 *Luc. 6, 37—38 18 *Iac. 2, 13 22 *Matth. 5. 7 26 Ps. 100. 1

1 iudicatis A_3DM 2 iniq. cog. ς 4 perf. leg. ς perfecistis *M* perfecisti ℙ reg.] legalem ℙ 5 diligis ℙ*Eug.codd.nonnulli* tuum *om.*ς 6 facis ℙ accipis ℙ 7 redarguiti ℙA_3 redargu*te *M* 8 tamquam A_3DM 10 sic] si ℙ inq. loq. *Eug* loq. inq. *cet.* loquamini inq. ς 12 quid] quod ℙ 14 quotidianis quotidianam ς 16 facit A_3DM misericordia *D* 17 dimitte ℙ*AD* 18 superexaltat A_3DM *Eug.codd.praeter Vat.* (superexsultat) *et unum Par.* (superexaltet) 19 misericordiam *Aa.r.*$_3DM$ 21 superexaltat A_3DM*Eug.codd.praeter Vat. et unum Par.* 23 ipsis A_3M ipsi *D* deus *s.l.m*^{2}*A*,*om.*$_3DM$ 24 quia—quia] qui—qui ℙ 25 iudicandi *M* 26 miserandi *Mp.c.m*^{2} miserenti *Eug.codd.nonnulli*

uelut nimium iustus iudicium sine misericordia quasi securus expectat, iram iustissimam prouocat, quam timens ille dicit: ne intres
2 in iudicium cum seruo tuo. unde dicitur populo contumaci: quid uultis mecum iudicio contendere? cum enim rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? quae igitur spes est, nisi superexultet misericordia iudicio sed erga illos, qui misericordiam fecerunt ueraciter dicendo: dimitte nobis, sicut et nos dimittimus, et sine murmuratione dando?
3 hilarem enim datorem diligit deus. denique sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiae operibus loquitur, ut, quos uehementer illa sententia terruerat, consoletur, cum admonet, quomodo etiam peccata cotidiana, sine quibus hic non uiuitur, cotidianis remediis expientur, ne homo, qui, cum in uno offenderit, fiat omnium reus, in multis offendendo, quia in multis offendimus omnes, magnum aggerem reatus sui minutatim collectum ad tribunal tanti iudicis peruehat et eam, quam non fecit, misericordiam non inueniat, sed potius dimittendo atque donando mereatur sibi dimitti debita reddique promissa.

21. Multa dixi, quibus tibi taedium fortassis inferrem, qui haec, quae tamen adprobas, non expectas discere, quia ea docere consuesti. si quid autem est in eis, quantum ad res ipsas pertinet — nam, quali eloquio explicata sint, non nimis curo —, si quid ergo est in eis, quod eruditionem offendat tuam, quaeso, ut rescribendo admoneas et

2 *Ps. 142, 2 4 Hier. 2, 29 5 *Prou. 20, 8—9 8 cf. *Iac. 2, 13 9 Matth. 6, 12 11 II Cor. 9, 7 13 cf. Iac. 5, 16 16 Iac. 3, 2

2 dixit ς 3 iudicio 𝔓*Eug.codd.Vat.et unus Par.* 8 superexultat 𝔓 —altet (*ex* —tat *A*) *AʒDM Eug.codd.praeterVat.et unum Par.* misericordiam *Aa.c. ʒDM Eug.duo codd.* iudicium 𝔓ς 9 nobis debita nostra *Eug.codd.praeterVat.* 12 iacob ʒ 14 quot. pecc. ς hic non *Eug* non hic *cet.* 16 offenderat ʒ fiat *Eug* sit ʒ fit *cet.* 17 propter magnum ς 18 perueat 𝔓 perueniat *AʒM* peruenit *D* 19 sed] si *Aa.c.m2*ʒ donando *Eug.codd.praeter unum Par.* dando *cet.* 20 meretur *D* debita] peccata ς reddique] sed idque ʒ 22 tamen quae ς quae] qui ʒ expecta 𝔓 dicere *AMa.c.*,ʒ*D* quia *Eug* quod *cet.* doce ʒ conuesti ʒ consuisti 𝔓,*AMa.c.m2* 23 si quid] quit ʒ ad *om.D* rem ipsam *AʒDM* nam] non ʒ 24 eloquia 𝔓 nimis] minus *AMa.c.m2*,ʒ in eis est *Mp.c.*,ς est *s.l.m2A,om.*ʒ*D,Ma.c.* 25 tuam off. *M* scribendo *M*

me corrigere non graueris. infelix est enim, qui non tantos et tam 2
sanctos tuorum studiorum labores et digne honorat et de his domino deo nostro, cuius munere talis es, gratias agit. unde cum libentius debeam a quolibet discere, quod inutiliter ignoro, quam promptius quoslibet docere, quod scio, quanto iustius hoc abs te caritatis debitum flagito, cuius doctrina in nomine et adiutorio domini tantum in Latina lingua ecclesiasticae litterae adiutae sunt, quantum numquam antea potuerunt! maxime tamen, istam sententiam: quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, si quo alio modo melius exponi posse nouit dilectio tua, per dominum obsecro, uti nobiscum communicare digneris. 3

CXXXIII.

AD CTESIPHONTEM.

1. Non audacter, ut falso putas, sed amanter studioseque fecisti, ut nouam mihi ex ueteri mitteres quaestionem, quae ante litteras tuas plerosque in oriente decepit, ut per simulatam humilitatem superbiam discerent et dicerent cum diabolo: in caelum ascendam, super sidera caeli ponam thronum

9 Iac. 2, 10 18 *Esai. 14, 13—14

1 et tam] etiam *AMa.c.m2,ʒD* 2 dignissime ℘ 3 nostra ℘ est ʒ 4 discere—quosl. *om.*ʒ 5 quoslibet (quos *exp.*) *A* hoc abs te *Eug* abs te hoc *cet.* 6 huius ℘ et in adiutorio *Eug.codd.praeterVat.et unum Par.* 7 in latinam linguam ℘ eccl. *om.Eug.cod.Vat.* 8 tamen] ergo *Eug.codd.praeter Vat.et unum Par.* 9 quic. autem *Eug.codd.praeterVat.et unum Par.* aufendat ʒ 11 exponi (*ex* —ne *M*) mel. *AʒDM* tua dil. ϛ 12 uti *Eug* ut id *cet.* dign.] *add.* expl epis sci ag ad hier de eo quod script ē qui totā legē seruauer *M*

A = *Lugdunensis 602 s. VI* (*def. initium usque ad p. 243, 3* dictum).
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
n = *Palatinus lat. 178 s. X.*
℘ = *Casinensis R. 297 s. XI.*

hieronim ad thesifontem *M* incipit epistola hieronimi ad thesiphontem contra heresim pelagii *n* incipit liber beati ieronimi pbri ad ctesifontem contra eos qui apathian (*s. l.* hoc est impassibilitatem) praedicant ℘; *periit titulus una cum initio epistulae in A*

16 uetere ℘

2 meum, ero similis altissimo. quae enim potest alia maior esse temeritas quam dei sibi non dicam similitudinem sed aequalitatem uindicare et breui sententia omnium hereticorum uenena conplecti, quae de philosophorum et maxime Pythagorae et Zenonis, principis Stoicorum, fonte manarunt? illi enim, quae Graeci appellant *πάθη*, nos perturbationes possumus dicere, aegritudinem uidelicet et gaudium, spem et metum, quorum duo praesentia, duo futura sunt, adserunt extirpari posse de mentibus et nullam fibram radicemque uitiorum in homine omnino residere meditatione et ad-
3 sidua exercitatione uirtutum. aduersum quos et Peripatetici, qui de Aristotelis fonte descendunt, fortissime disputant et Academici noui, quos Tullius sequitur, et eorum non dico res — quae nullae sunt — sed umbras et uota subuertunt. hoc est enim hominem ex homine tollere et in corpore constitutum esse sine corpore et optare potius quam docere dicente apostolo: miser ego homo, quis me libe-
4 rabit de corpore mortis huius? et quia epistolaris breuitas non potest omnia conprehendere, strictim tibi uitanda describam. unde et illud Uergilianum est:

hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque neque auras
dispiciunt clausae tenebris et carcere caeco.

quis enim potest aut non gestire gaudio aut maerore contrahi aut spe extolli aut timore terreri? quam ob rem et grauissimus poeta Flaccus scribit in satira:

nam uitiis nemo sine nascitur; optimus ille est, qui minimis urgetur.

13 cf. Cicero de off. III 26 15 *Rom. 7, 24 19 Uergil. Aen. VI 733 sq. 24 Horat. sat. I 3, 68 sq.

1 et ero sim. *M* sim. ero ꝑ alia pot. esse maior (maior *s.l.*) *M* 2 sibi dei *n* 3 uendicare *np.c.m2*ꝑ 4 p(h *s.l.m2*)ytagore *M* p(h *s.l.m2*)ithagorae *n* pitagorę ꝑ 5 illa *n* 6 *ΠΑΘΕ M* 7 gaudium] *add.* et *M* 8 fimbriam *n* 10 aduersus ꝑ et *om.n* (peri *s.l.*)patetici *M* peripa(te *s.l.m2*)tici *n* 11 discendunt *n a.c.m2* achademici *codd.* noui ꝑ non *M*,*om.n* 14 *pr.* corpore] homine ς *alt.* et *om.M* 15 docere] docere (*s.l.* ł dolere) *M* homo *om.n* 16 quia *ex* qui *m2 n* 17 discribam *n a.c.m2* 18 uirg. *n*ꝑ 20 neque (ue *eras.*)*n* nec ς 21 respiciunt *np.c.m2* despic. *cet.* 22 cum gaudio *M* merore *codd.* contrahi] non (con *s.l.m2*)trahi *n* 23 spe] *add.* non *s.l.m2n* timore] *add.* non *s.l.m2n* 24 scripsit *Mn* satyra *Mp.c.n* 25 sine (*s.l.m2*) uitiis (*ex* uitis) nemo *n* 26 urguetur *Mnp.c.m2*

2. Pulchre quidam nostrorum ait: philosophi, patriarchae hereticorum, ecclesiae puritatem peruersa maculauere doctrina, ut nesciant illud dictum de humana fragilitate: quid gloriatur terra et cinis? praesertim cum idem apostolus dicat: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et ducentem me in captiuitatem et iterum: non enim, quod uolo, hoc ago, sed, quod nolo, illud operor. si, quod non uult, operatur, 2 quomodo stare potest hoc, quod dicitur, posse hominem sine peccato esse, si uelit? qua ratione potest esse, quod uelit, cum apostolus adserat se, quod cupiat, inplere non posse? cumque ab eis quaeramus, qui sint illi, quos absque peccato putent, noua stropha eludere cupiunt ueritatem, se non eos dicere, qui sint uel fuerint, sed qui esse possint. egregii doctores dicunt esse posse, quod num- 3 quam fuisse demonstrant dicente scriptura: omne, quod futurum est, iam factum est in priore tempore. neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctorum et quasi in 4 corpore pulcherrimo naeuos quosdam et maculas demonstrare, quod plerique nostrorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiolis scripturarum possint hereticorum et per eos philosophorum argumenta conuinci. quid enim dicit uas electionis? conclusit deus omnia sub peccato, ut omnium misereatur. et in alio loco: omnes enim peccauerunt et indigent gloria dei. Ecclesiastes quoque, per quem se cecinit 5 ipsa sapientia, libere protestatur et dicit: non est homo iustus super terram, qui faciat bonum et non peccet, et iterum: si peccauerit populus; non est enim homo, qui non peccet, et: quis gloriabitur castum se habere cor? et: non est mun-

1 Tertull. adu. Hermog. c. 8 fin. cf. id. de praescr. haeret. c. 7 3 *Eccli. 10, 9 5 *Rom. 7, 23 7 *Rom. 7, 19 15 cf. Eccle. 1, 9—10 18 cf. Horat. sat. I 6, 67 21 cf. Act. 9, 15 *Rom. 11, 32 23 *Rom. 3, 23 25 *Eccle. 7, 21 27 *III Reg. 8, 46 28 *Prou. 20, 9 29 *Hiob 14, 4—5

3 de] *hic incipit* Δ 6 in capt.] captiuum *ex* captiuantem *m2n* 8 illud] id ς 10 si uelit *om.M* pot. illud esse *n* 11 cupit *pa.c.* quae(e)rimus *np.c.m2*ς 12 strofa Δ stropa *n a.c.m2* 16 priore Δ —ri *cet.* 17 neque] nec enim *n* 18 pulcerrimo Δ 19 similiter *M* 23 in *om.M* etenim *n* 24 ecclesiastis Δ et ecclesiastes *n* 25 est enim ς 27 pop. tuus ς

dus a sorde, nec si unius diei fuerit uita eius. unde et Dauid: ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis concepit me mater mea et in alio psalmo: non iustificabitur in conspectu
6 tuo omnis uiuens. quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deludunt. aiunt enim ad conparationem dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit; neque enim ait: 'non iustificabitur ad conparationem tui omnis uiuens', sed: non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. quando enim dicit 'in conspectu tuo', hoc intellegi uult, quod etiam, qui hominibus sancti uidentur, dei scientiae atque notitiae nequaquam sancti sint.
7 homo enim uidet in facie, deus in corde. sin autem inspiciente deo et omnia contemplante, quem cordis arcana non fallunt, nullus est iustus, perspicue ostenditur hereticos non hominem in excelsa sustollere sed dei potentiae derogare; multaque alia, quae si de scripturis sanctis uoluero congregare, non dicam epistulae, sed uoluminis quoque excedam modum.

3. Nihil noui adserunt, qui in huiusce modi sibi adplaudentes perfidia simplices quidem indoctosque decipiunt, sed ecclesiasticos uiros, qui in lege dei die ac nocte meditantur, decipere non ualent. pudeat eos principium et sociorum suorum, qui aiunt posse hominem sine peccato esse, si uelit — quod Graece dicunt *ἀναμάρτητον* — et, quia hoc ecclesiarum per orientem aures ferre non possunt, simulant se 'sine peccato' quidem dicere, sed *ἀναμάρτητον* dicere non audere, quasi aliud sit 'absque peccato' et aliud *ἀναμάρτητον* et non Grae-

2 *Ps. 50, 7 4. 9 Ps. 142, 2 13 cf. I Reg. 16, 7 21 cf. Ps. 1, 2

1 fuerit super terram ς 2 Dauid dicit ς 3 peccatis *n* 5 omnes Δ omnis homo *M* 10 dicit enim *n* dicitur *M* conspecto Δ 11 omnibus *n* 12 noticiae *np.c.m2* sunt *n* 13 enim *om.*Þ deus autem ς si ς 14 arc. Δ,*na.c.m2* arch. *cet.* 15 in excelsum tollere Þ 16 scribt. Δ 19 adser.] scribunt *n* eiuscemodi (ce *in ras.m2*) *n* applaudentes sibi ς sibi] sibi quidem *M* appl. *Mnp.c.* 20 quidem] quosque *n* et ind. ς 21 qui—ualent] decipere non ualent, qui meditantur in lege dei die ac nocte *n* 22 pudeat ergo ς principum *M,np.r.* 23 graece Δ gr(a)eci *cet.* *ANAMAPΘΩΛΟΝ* (*s.l.* anamartolon *m2*) *n* 24 quia *ex* qui *n* sim. se] simulantes Δ 25 *ANANAPΘΩΛΟΝ* (*sic,s.l.* anamartolon *m2*) *n* 26 aliut Δ *passim* absque] sine ς *pr.* et *om.*ς amarteton (*sic*) *M* *ANAN*(*M p.c.m1*)*APΘΩΛΟΝ n*

cum sermonem, qui apud illos conpositus est, duobus uerbis sermo Latinus expresserit. si 'absque peccato' dicis et ἀναμάρτητον te 2
dicere diffiteris, damna ergo eos, qui ἀναμάρτητον praedicant. sed non facis. nosti enim, quid intrinsecus discipulos tuos doceas aliud ore commemorans et aliud celans conscientia, nobisque alienis et indoctis loqueris per parabolas, tuis autem mysteria confiteris [et hoc iuxta scripturam te facere iactas, quia dictum est: t u r b i s I e s u s i n p a r a b o l i s l o q u e b a t u r et ad discipulos in domo dicit: u o b i s d a t u m e s t s c i r e m y s t e r i a r e g n i c a e l o r u m, i l l i s a u t e m n o n e s t d a t u m]. sed, ut 3
dicere coeperam, exponam breuiter principum et sociorum tuorum nomina, ut animaduertas, qualium consortium glorieris. Manicheus electos suos, quos inter ἀψίδας Platonis in caelestibus conlocat, dicit omni carere peccato nec, si uelint, posse peccare; ad tanta enim eos uirtutum culmina transcendisse, ut carnis operibus inludant. Priscillianus in Hispania pars Manichei, de turpitudine cuius te 4
discipuli diligunt plurimum uerbum perfectionis et scientiae sibi temere uindicantes; soli cum solis clauduntur mulierculis et illud eis inter coitum amplexusque decantant:

t u m p a t e r o m n i p o t e n s f e c u n d i s i m b r i b u s a e t h e r
c o n i u g i s i n g r e m i u m l a e t a e d e s c e n d i t e t o m n i s
m a g n u s a l i t m a g n o c o m m i x t u s c o r p o r e f e t u s.

qui quidem et partem habent Gnosticae hereseos de Basilidis inpietate uenientem. unde et uos adseritis eos, qui absque legis scientia sint, peccata uitare non posse. quid loquar de Priscilliano, qui 5

5 cf. Matth. 13, 10—17. Marc. 4, 10—12. Luc. 8, 9—10 7 *Matth. 13, 3 9 *Matth. 13, 11 20 Uergil. Georg. II 325—327

1 aput Δ 2 dicis et] dicens *ex* dices *n* et *s.l.M* ΑΝΑΝ(*Mp.c.ml*)ΑΡΘΩΛΟΝ *n* dicere te ς te *om.M* 3 damnas *np.c.* eos ergo ς ergo *om.n* ΑΝΑΝ(*Mp.c.ml*)ΑΡΘΩΛΟΝ *n* 4 docueras *n* 6 confit. *om.n* et—10 datum ς,*om.codd.*; *seclusi additamentum* 11 principum (*non* principium) *hoc quidem loco* (*cf. p. 244, 22*) *praebent codd.* 12 nomina] omnia *M* qualium (*s.l.* quorum) *M* consortium Δ —tio *cet.* gloriaris *Ma.c.*ς maniceus Δ 13 ΑΥΙΔΑC Δ ΒΑΨΙΔΑC (*B et I s.l.*) *M* ΑΡΧΑC (*s.l.* archas *m*2) *n* conl. Δ coll. *cet.* 16 priscilianus Δ par *n* manachei Δ manicheis (s *s.l.*) *n* de *s.l.M* 17 plur. *om.M* tibi ς 18 uendicantes *np.c.m*2 21 laete Δ*M* discendit Δ omnis Δ*M* —es *n*℘ 22 fętus *n*℘ foetus *M* 23 et *om.*ς habet ℘ haereseos Δ heresaeos *n* 24 ass. *codd.* 25 sunt ς loquor ς prisciliano Δ

et saeculi gladio et totius orbis auctoritate damnatus est? Euagrius Ponticus Hiborita, qui scribit ad uirgines, scribit ad monachos, scribit ad eam, cuius nomen nigredinis testatur perfidiae tenebras, edidit librum et sententias περὶ ἀπαθείας, quam nos 'inpassibilitatem' uel 'inperturbationem' possumus dicere, quando numquam animus ulla cogitatione et uitio commouetur et — ut simpliciter
6 dicam — uel saxum uel deus est. huius libros per orientem Graecos et interpretante discipulo eius Rufino Latinos plerique in occidente lectitant. qui librum quoque scripsit quasi de monachis multosque in eo enumerat, qui numquam fuerunt et quos fuisse describit Origenistas et ab episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium uidelicet et Eusebium et Euthymium et ipsum Euagrium, Or quoque et Isidorum et multos alios, quos enumerare taedium est.
7 et iuxta illud Lucretii:

ac ueluti pueris absinthia taetra medentes
cum damus, prius ora circum
inlinimus dulci mellis flauoque liquore,

ita ille unum Iohannem in ipsius libri posuit principio, quem et catholicum et sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem
8 ceteros, quos posuerat hereticos, ecclesiae introduceret. illam autem temeritatem, immo insaniam eius, quis possit digno explicare sermone, quod librum Sexti Pythagorei, hominis absque Christo atque ethnici, inmutato nomine Xysti, martyris et Romanae ecclesiae episcopi, praenotauit? in quo iuxta dogma Pythagoricum, qui

3 ad eam—tenebras] = ad Melaniam 15 cf. Lucretius I 935—937

2 hiberita *M* hibionita (hebionita *p.c.m2*)*n* (*Ἴβωρα fuit oppidum in Ponto, cf. Procopius, hist. arc. c. 18, p. 119, 7 Haury*) scripsit — scribsit — scribsit *Δ* monacos *Δa.c.* 4 *ΠΕΡΙ ΑΠΑΕΕΙΑC Δ ΠΕΡΙ ΑΠΑΘΙΑC* (*s.l.* periapatias)*M LEPIANEAC* (*s.l.* Lereaneas)[*sic*]*m2*)*n* 6 ulla cog. et] nullo perturbationis *ς* *alt.* et *om.n* 8 ruphino *n* Ruffino *ς* 9 scribit *n* 10 fuerint *n* discribit *n a.c.* 11 et *om.M* 12 euthim. *þ* euthem. *ΔM* euthen. *n* Or *om.Δ* 13 hisid. *þ* h(*exp.*)esid. *M* 15 ac ueluti *s.l.þ* pueris] per *þ* absenthia *Ma.c.* taeaetra (*alt.* ae *eras.*) *Δ* tetra *cet.* 16 damus] dare conantur *ex Lucretio ς* ora prius *Mp.c.n* prius oras pocula *ex Lucretio ς* circum *om.n* 17 linimus *nþ* contingunt *ex Lucretio ς* dulci—liquore] melle liquato uasorum circum *n* flauoque] fauique *M* 19 fuisse *om.n* 21 digno possit *M* digno *om.n* 22 Xysti *ς* pythagoraei *n* phytagorei *M* 23 adque ethinici *Δ* xisti *Mn* Sixti *ς* romani *Δ* 24 pytag. *þ* phytag. *M* Pythagoricorum *ς* qui *om.M*

hominem exaequant deo et de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur, ut, qui uolumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. denique in ipso 9 uolumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla Christi fit mentio, ut episcopum et martyrem sine Christi fide fuisse contendat. unde et uos plurima contra ecclesiam usurpatis testimonia. fecerat hoc et in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum primum sex librorum defensionis Origenis Eusebii Caesariensis, quem fuisse Arrianum nemo qui nesciat, unum 'Pamphili' praenotaret, quo scilicet egregia illa quattuor Origenis περὶ ἀρχῶν uolumina Latinis infunderet auribus. uis adhuc et alium nosse erroris 10 tui principem? doctrina tua Origenis ramusculus est. in eo enim psalmo, ubi scriptum est — ut de ceteris taceam —: insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei, adserit uirum sanctum, de quorum uidelicet et tu numero es, cum ad uirtutum uenerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati, quae hominum sunt, nec cogitatione uitiorum aliqua titillari. nec erubescas de societate talium rennuens eorum nomina, quorum blasphemiis iungeris. Iouiniani secunda quaestio tui ingenii disciplina est. quicquid illi responsum est, tibi responsum credito. nec fieri potest, ut diuersus sit eorum exitus, quorum est una sententia.

4. Cum haec se ita habeant, quid uolunt miserae mulierculae oneratae peccatis, quae circumferuntur omni uento doctrinae semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes et ceteri mulierc ularum socii prurientes auribus et ignorantes, quid audiant, quid loquantur, qui uetustissimum caenum quasi nouam suscipiunt temperaturam, qui iuxta Hiezechihel liniunt parietem absque temperamento, qui superueniente ueritatis pluuia dissipatur?

3 cf. Hier. 51, 7 13 *Ps. 15, 7 22 cf. II Tim. 3, 6—7 25 cf. II Tim. 4, 3 27 cf. Ezech. 13, 10

1 exaequant (n *eras.*) *M* dicunt (*exp.*, *s.l.* dicit) *M* 2 filosophi Δ,*Ma.c.* sub—*p. 249, 6* flectere *exciderunt in* Δ 3 nom̄ ebibant ꝑ babyllonis (*pr.* l *exp.*) *M* 5 fit x̄pi *n* 7 pampili *n a.c.m2* 9 fuisse Arr.] hereticum esse *n* nemo est ς unum] unum nomine *M* nomine ς pampili *n a.c.*; *add.* martyris *M* 11 tui erroris ς 12 tua *s.l.M* 18 renuens ꝑ 19 secunda—20 illi *om.M* 20 *pr.* resp.] responsum (*s.l.* ł responso) *M* 21 est *s.l.m2 n* 22 ita se *n* 24 et—peru. *om.n* 27 suscipiant ꝑ hezechiel *n* ezechiel *M* linunt *M*,ꝑ*a.c.* 28 qui] et ς dissipantur ς

2 Simon Magus heresin condidit Helenae meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium inmunditiarum repertor, choros duxit femineos. Marcion Romam praemisit mulierem, quae deceptarum sibi animos praepararet. Apelles Philumenen suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, inmundi spiritus praedicator, multas ecclesias per Priscam et Maximillam, nobiles et opulentas
3 feminas, primum auro corrupit, dein heresi polluit. dimittam uetera, ad uiciniora transcendam. Arrius, ut orbem caperet, sororem principis ante decepit. Donatus, per Africam ut infelices quosque fetentibus pollueret aquis, Lucillae opibus adiutus est. in Hispania Agape Elpidium, mulier uirum, caecum caeca duxit in foueam successoremque sui Priscillianum habuit Zoroastris magi studiosissimum
* et ex mago episcopum, cui iuncta Galla non gente sed nomine germanam huc illucque currentem alterius et uicinae hereseos reliquit
4 heredem. nunc quoque mysterium iniquitatis operatur; duplex sexus utrumque supplantat, ut illud propheticum cogamur adsumere: clamauit perdix, congregauit, quae non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio. in dimidio dierum derelinquent eum et nouissimum eius erit insipiens.

5. Illud uero, quod ad decipiendos quosque postea huic sententiae coaptarunt: 'non absque dei gratia', cum prima legentes fronte decipiat, introspectum et diligentissime uentilatum decipere non potest. ita enim dei gratiam ponunt, ut non per singula opera eius nitamur et regamur auxilio, sed ad liberum referunt arbitrium et ad praecepta legis ponentes illud Isaiae: legem enim in adiutorium dedit deus, ut in eo deo referendae sint gratiae, quod tales nos condiderit, qui nostro arbitrio possimus et

11 cf. Matth. 15, 14. Luc. 6, 39 17 *Hier. 17, 11 26 *Esai. 8, 20

1 heresin þ —sim *Mn* 2 anthiocenus þ reppertor (*pr.* p *exp.*) *M* 3 marchion *M* decepturam *Ma.c.* deceptorum *Mp.c.* decipiendos ς 4 praeparet *Ma.c.n* appelles *M*þ felumenen *M* philomenen *n* 7 auro *om.n* deinde *n* 8 corrumperet (t *s.l.m*2) *n* deciperet ς 9 affricam *n* fęt. *n* foet. þ 11 helpidium þ uirum *om.M* 10 sui] qui ς 12 cui] cum *n* germanam (*alt.* m *del.*) *n* 19 dimidio] medio *n* derelinquet eas ς eam *Mp.c.* 21 decip.] *add.* homines ς 23 intro inspectum *M* 25 eius *in mg.M* ad *om.n* referantur *M* praeferant *n* 26 in—deus] deus in adiutorium posuit ς 26 in *s.l.*þ 28 possumus *n*

eligere bona et uitare mala. et non intellegunt ista dicentes, quod 2
per os eorum intolerabilem blasphemiam diabolus sibilet. si enim in
eo tantum dei est gratia, quod propriae nos condidit uoluntatis et
libero arbitrio contenti sumus, nec ultra eius indigemus auxilio, ne,
si indiguerimus, liberum frangatur arbitrium, ergo nequaquam ultra
orare debemus nec illius clementiam precibus flectere, ut accipiamus
cotidie, quod semel acceptum in nostra est potestate. istius modi
homines tollunt orationem et per liberum arbitrium non homines
propriae uoluntatis sed dei potentiae factos esse se iactant, qui
nullius ope indiget. tollantur et ieiunia omnisque continentia. quid 3
enim mihi necesse est laborare, ut accipiam per industriam, quod
semel meae factum est potestatis? hoc, quod dico, non est meum
argumentum; unus discipulorum eius, immo iam magister et totius
ductor exercitus et contra apostolum uas perditionis, per soloecis-
morum et non — ut sui iactitant — syllogismorum spineta decurrens
sic philosophatur et disputat: 'si nihil ago absque dei auxilio et per sin- 4
gula opera illius est omne, quod gessero, ergo non ego, qui laboro,
sed dei in me auxilium coronabitur frustraque dedit arbitrii pote-
statem, quod inplere non possum, nisi ipse me semper adiuuerit.
destruitur enim uoluntas, quae alterius ope indiget. sed liberum
dedit arbitrium deus, quod aliter liberum non erit, nisi fecero, quod
uoluero. ac per hoc aut utor semel potestatem, quae mihi data est,
ut liberum seruetur arbitrium, aut, si alterius ope indigeo, libertas
in me arbitrii destruitur'.

6. Qui haec dicit, quam non excedit blasphemiam? quae here- 5
ticorum uenena non superat? adserunt se per arbitrii libertatem
nequaquam ultra necessarium habere deum et ignorant scriptum:
quid habes, quod non accepisti? si autem ac-

13 unus disc.] *scil.* Caelestius? 14 cf. Act. 9, 15 28 I Cor. 4, 7

2 intoller. *n* 3 tantum *ex* tamen m^2n dei *om.n* 7 est in nostra *n* 8 tollant *n* 9 se esse ς se *om.M* 10 indigeant *n* indigent ς et *ex* etiam *n,om.*ƥ 11 per] perdam *Mp.c.* 12 meum non est ς 13 ex. doctor tot. *n* 14 doctor *Δn* solucismorum *Ma.c.m*^{2} 15 ut sui] uti ς ian(n *exp.*)ctant *M* sill. *Δa.c.,n* (*ex* sil.) sicut (ut *eras.*) n 17 eius *M* qui *ex* quod m^2n 18 aux. in me cor. *n* in me cor. aux. ς 19 quod (*s.l.* l cum) *M* quam ς possum (*s.l.* possim) *M* possumus ƥ 22 aut] ait *M* ait aut ς potestate *Mn*ƥ 24 arbitrii in me ς destruetur (*ex* dist— m^2Mn) *Mn*ƥ 25 hoc *n* blas-femiam *Δ*

cepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? magnas deo agit gratias, qui per arbitrii libertatem rebellis in deum
2 est! quam nos libenter amplectimur, ita dumtaxat, ut agamus semper gratias largitori sciamusque nos nihil esse, nisi, quod donauit, in nobis ipse seruauerit dicente apostolo: non est uolentis neque currentis sed miserentis dei. uelle et currere meum est, sed ipsum meum sine dei auxilio non erit meum. dicit enim idem apostolus: deus est, qui operatur in uobis et uelle et perficere, et saluator in euangelio: pater meus usque modo operatur et ego operor.
3 semper largitor semperque donator est. non mihi sufficit, quod semel dedit, nisi semper dederit. peto, ut accipiam, et cum accepero, rursum peto. auarus sum ad accipienda beneficia dei nec ille deficit in dando nec ego satior in accipiendo. quanto plus bibero, tanto plus sitio. legi enim psalmistae uoce cantari: gustate et uidete, quoniam suauis est dominus. omne, quod habemus bonum, gustus est domini. cum me putauero ad calcem peruenisse uirtutum, tunc habebo principium. principium enim sapientiae timor domini, qui expellitur atque destrui-
4 tur caritate. haec est in hominibus sola perfectio, si inperfectos esse se nouerint. et uos, inquit, cum omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. si inutilis est, qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere non potuit? unde et apostolus ex parte accepisse et ex parte conprehendisse se dicit et necdum esse perfectum, praeteritorum obliuisci et in futurum se extendere. qui semper praeteritorum obliuiscitur et futura desiderat, ostendit se

5 *Rom. 9, 16 8 Phil. 2, 13 9 Ioh. 5, 17 15 Ps. 33, 9 18 *Ps. 110, 10 19 cf. I Ioh. 4, 18 21 *Luc. 17, 10 24 cf. I Cor. 13, 9—12 26 cf. Phil. 3, 12—13

2 ag. deo gr. *M* deo gr. ag. *n* lib. arb. ς 3 est] non (*s.l.m2*) est *n* ut *s.l.M* 4 scimus enim *n* 5 nobis semper ipse *n* reseruauerit ꝑ 6 miserantis *n* 7 sed *om.*ꝑ dei semper aux. *M*ꝑ 8 est *om.M* nobis *Mn* 11 dominator *n* 12 donauit ς donauerit ς 13 rursus ς 14 nec—acc. *om.n* 15 psalm. uoce] a psalmista ς 17 domini] dn̄s Δ peruenire *n* 18 habebo] bibo *M* enim *om.*Δ 20 est in *om.*ς 21 se *s.l.M*ꝑ 22 debemus *n* 24 expleri *n* 25 *alt.* et *om.n* 26 praeteritorumque *n*ꝑ extendisse *n*

praesentibus non esse contentum. quod autem sursum deorsum iactitant liberum a nobis arbitrium destrui, audiant e contrario eos arbitrii destruere libertatem, qui male eo abutuntur aduersum beneficium largitoris. quis destruit arbitrium? ille, qui semper agit deo gratias et, quodcumque in suo fluit riuulo, ad fontem refert, an qui dicit: 'recede a me, quia mundus sum; non habeo te necessarium'. dedisti enim mihi semel arbitrii libertatem, ut faciam, quod uoluero; quid rursum te ingeris, ut nihil possim facere, nisi tu in me tua dona conpleueris? fraudulenter praetendis dei gratiam, ut ad conditionem hominis referas et non in singulis operibus auxilium dei requiras, ne scilicet liberum arbitrium uidearis amittere, et, cum dei contemnas adminiculum, hominum quaeris auxilia'?

7. Audite, quaeso, audite sacrilegium: 'si', inquit, 'uoluero curuare digitum, mouere manum, sedere, stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, duobus digitulis narium purgamenta decutere, releuare aluum, urinam digerere, semper mihi auxilium dei erit necessarium?' audi, ingrate, immo sacrilege, apostolum praedicantem: siue manducatis siue bibitis siue aliud quid agitis, omnia in nomine domini agite et illud Iacobi: age nunc qui dicitis: hodie et cras proficiscemur in illam ciuitatem et faciemus illic annum unum et negotiemur et lucremur — qui nescitis de crastino; quae est enim uita uestra? aura enim estis siue uapor paululum apparens, deinde dissipata — pro eo, quod debeatis dicere: si dominus uoluerit et uixerimus, ut faciamus hoc aut illud. nunc autem exultatis in superbiis uestris; omnis istius modi

6 *Esai. 65, 5 18 *I Cor. 10, 31 20 *Iac. 4, 13—16

1 rursum *n* deorsum *om.M* 2 a *om.M* audi*(*s.l.* a *m2*)nt Δ 4 liberum (*s.l.*) arb. *M* deo agit *M* 5 suo] quo (q *eras.*)*n* fluit riu.] riu. fuit ς referat (a *exp.*)*M* 8 uolo þ 9 gratiam dei *n* ut] *om. et s.l.* si *M* 10 condicionem þ et] e(*s.l.* u)t *M* 12 quaeras *M* 13 sacrilegum *M* 15 descutere *n* leuare (*ex* lauare) aluum *n* uel aluum purgare þ 16 degerere *Ma.c.m2*þ nec. erit ς 19 dei þ age (*s.l.* ł agite) *M* ecce *n* 20 quid Δ et] aut ς 22 unum *om.*þ *pr.* et] ut ς 23 enim est ς 24 enim est *M* est enim ς 25 dein *n a.c.m2*þ dissipati *n* —tur þ disputat (*seq.ras. 1—2 litt.*) *M* debebatis *M* 27 ut fac.] faciemus *Mp.c.*; *add.* aut ς

3 gloriatio pessima est. iniuriam tibi fieri putas et destrui arbitrii libertatem, si ad deum semper auctorem recurras, si ex illius pendeas uoluntate et dicas: oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse eruet de laqueo pedes meos? unde et audes lingua proferre temeraria unumquemque suo arbitrio regi? si suo regitur arbitrio, ubi est auxilium dei? si Christo rectore non indiget, quomodo scribit Hieremias: non est in homine uia eius et: a domino gressus hominis diriguntur? facilia dicis dei esse mandata et tamen
4 nullum proferre potes, qui uniuersa conpleuerit. responde mihi: facilia sunt an difficilia? si facilia, profer, quis ea inpleuerit et cur Dauid in psalmo canat: qui fingis dolorem in praecepto et iterum: propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras et dominus in euangelio: intrate per angustam portam et: diligite inimicos uestros et: orate pro his, qui persequuntur uos? sin autem difficilia, cur ausus es dicere facilia dei esse mandata, quae nullus inpleuerit? non intellegis tuas inter se pugnare sententias? aut enim facilia sunt et infinita est multitudo hominum, qui ea inpleuerint, aut difficilia et temere dixisti esse facile, quod difficile est.

8. Soletis et hoc dicere, aut possibilia esse mandata et recte a deo data aut inpossibilia et non in his esse culpam, qui accepere mandata, sed in eo, qui dedit inpossibilia. numquid praecepit mihi deus, ut essem, quod deus est, ut nihil inter me esset et dominum creatorem, ut maior essem angelorum fastigio, ut haberem, quod angeli non habent? de illo scriptum est quasi proprium: qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est

3 *Ps. 24, 15 7 *Hier. 10, 23 8 *Prou. 16, 9 12 *Ps. 93, 20 13 Ps. 16, 4 15 Matth. 7, 13 Matth. 5, 44 etc. 16 *Matth. 5, 44 27 *Esai. 53, 9

2 semper ad deum *n* 3 ad dom. semper *n* 4 euellit Δ euellet ς 5 quemquem ꝑ quo̅ que̅ *n a.c.* 6 arb. suo ς arb. reg. ς *alt.* si] et si *M* 7 scripsit *n* ieremias ꝑ 8 deo *n*ꝑ 9 dicimus *M* esse dei *n* dei *om.M* praecepta Δ 11 sunt *om.n* si fac. *om.n* 12 laborem Δ praeceptum Δ 13 uerba *ex* umbra *m2n* 16 iis ς persec. *Mn*ꝑ 17 sin *ex* sia Δ si ꝑ esse dei *M* 18 repugnare ς 21 est *s.l.m2n* 23 accipere Δ,*n a.c.* acceperi(n *s.l.*)t *M* 25 et *s.l.*Δ 27 qui pecc. proprium *n* 28 est *om.*ς

in ore eius. si hoc et mihi commune cum Christo est, quid ille habebit proprium? alioquin per se tua sententia destruitur. adseris posse hominem esse sine peccato, si uelit, et post grauissimum somnum ad decipiendas rudes animas frustra conaris adiungere: 'non absque dei gratia'. si enim semel per se homo potest esse sine peccato, quid necessaria est gratia dei? sin autem sine illius gratia nihil potest facere, quid necesse fuit dicere posse, quod non potest? 'potest', inquit, 'esse sine peccato, potest esse perfectus, si uoluerit'. quis enim Christianorum non uult esse sine peccato aut quis perfectionem recusat, si sufficit ei uelle et statim sequitur posse, si uelle praecesserit? nullusque Christianorum est, qui nolit esse sine peccato: omnes ergo sine peccato erunt, quia omnes cupiunt esse absque peccato. et in hoc ingratis teneberis, ut, qui aut nullum aut rarum quemque sine peccato proferre potes, omnes absque peccato esse fatearis. 'possibilia', inquit, 'mandata dedit deus'. et quis hoc negat? sed quomodo haec sit intellegenda sententia, uas electionis apertissime docet; ait enim: quod erat inpossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati et de peccato condemnauit peccatum in carne et iterum: ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. quod ne de lege tantum Moysi dictum putes et non de omnibus mandatis, quae uno legis nomine continentur, idem apostolus scribit dicens: consentio enim legi dei iuxta interiorem hominem; uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. miser ego homo,

16 cf. Act. 9, 15 17 *Rom. 8, 3 21 Gal. 2, 16 24 *Rom. 7, 22—25

1 cum Chr. comm. ς 2 habuit ς alioqui ς sua *n* de(i)structur *Mnp* 3 post] per *n* 4 non *ex* si *m2n* 5 homo per se ς 6 dei gratia *M* si p 7 inquis *n* 11 que *om.*ς est *om.n* nollit (*pr.* l *exp.*)*n* non uelit p 12 quia] quod *n*; *add.* utique ς absque] sine *n* 13 ingratus (*s.l.* l ingratis *M*) *AMp* qui aut] quia *M* aut (*exp.*,*s.l.* quia *m2*) *n* 14 quemquam ς sine *M* esse posse *M* 15 inquis *n* madata *n* 16 int sit. ς 19 similitudinem ς 20 damnauit *n* carne] *add.* ut iustificatio impleretur in nobis *n* 22 moysi tantum *M* putes *om.n* et—mandatis *om.*p 25 autem] enim *M* aliquam (qu *eras.*) *A* 28 ergo *A*

quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum, dominum nostrum. cur hoc dixerit, alio sermone demonstrat: scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. quod enim operor, non cognosco. non enim, quod uolo, hoc operor, sed, quod odi, illud facio. sin autem, quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. nunc autem nequaquam ego operor illud, sed, quod in me habitat, peccatum. scio enim, quoniam non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. uelle enim adiacet mihi, operari autem bonum non inuenio. non enim, quod uolo bonum, hoc facio, sed, quod nolo malum, hoc ago. sin autem, quod nolo ego, hoc facio, nequaquam ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum.

9. Reclamabis et dices Manicheorum dogma nos sequi et eorum, qui de diuersis naturis ecclesiae bella concinnant, adserentium malam esse naturam, quae inmutari nullo modo possit. hoc non mihi sed apostolo inputa, qui nouit aliud esse deum, aliud hominem, aliam carnis fragilitatem, aliam spiritus fortitudinem. caro enim desiderat contra spiritum et spiritus contra carnem et haec inuicem sibi aduersantur, ut non, quae uolumus, ipsa facia-
2 mus. a me numquam audies malam esse naturam, sed, quomodo sit carnis fragilitas disserenda, ipso, qui scripsit, docente discamus. interroga eum, quare dixerit: non enim, quod uolo, hoc operor, sed, quod odi malum, illud facio, quae

3 *Rom. 7, 14—20 23 *Gal. 5, 17 28 *Rom. 7, 15 et 19

1 liberauit $\Delta\mathfrak{p}$ 3 cur autem ς dixit *M* 4 quia] quod *n* 7 hoc] illud ς,*om.M* si *M*$\mathfrak{p}$ 8 nolo] odi $\mathfrak{p}$ illud] hoc ς 10 ego *om.*ς habitat (*ex* habeat) in me *M* 11 quoniam] quod ς 13 operari] perficere ς 15 si *M*$\mathfrak{p}$ 16 *pr.* ego *om.*ς facio] ago Δ 17 in me hab. *M* 18 nos] eos $\Delta p.c.m^2$ 19 adserent Δ 20 immo(u *s.l.m*^{2})tari *n* et hoc ς 22 hom. esse *M* esse hom. ς 23 *et* 24 aduersus *M* 23 et *om.M* 24 et *om.n* 25 quaecumque *n* 26 malum *Mn a.c.* 27 deserenda *np.c.m*^{2} qui n̄ prescripsit $\mathfrak{p}$ 28 quare hoc dixerit *n*

necessitas illius inpediat uoluntatem, quae tanta uis odio digna imperet facere, ut non, quod uult, sed, quod odit et non uult, facere conpellatur: respondebit tibi: o homo, tu quis es, qui respondeas deo? numquid dicit figmentum figulo: quare me fecisti sic? an non habet potestatem figulus luti de eadem massa aliud quidem uas facere in honorem, aliud autem in contumeliam? obice deo fortiorem calumniam, quare, 3 cum adhuc in utero essent Esau et Iacob, dixerit: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. accusa eum iniquitatis, cur Achar, filius Charmi, de Hierichuntina praeda aliqua furatus sit et tanta milia hominum illius uitio trucidata sint, quam ob rem filii Heli peccauerint et omnis paene populus extinctus arcaque sit capta, Dauid peccauit, ut numeraret populum, et cur in toto Istrahel tanta hominum caesa sint milia, et ad extremum — quod solet nobis obicere contubernalis uester Porphyrius — qua ratione clemens et misericors deus ab Adam usque ad Moysen et a Moysi usque ad aduentum Christi passus sit uniuersas gentes perire ignorantia legis et mandatorum dei. neque enim Britanni, fertilis prouincia 4 tyrannorum, et Scythiae gentes omnesque usque ad oceanum per circuitum barbarae nationes Moysen prophetasque cognouerant. quid necesse fuit in ultimo uenire tempore et non, priusquam innumerabilis periret hominum multitudo? quam quaestionem beatus apostolus ad Romanos scribens prudentissime uentilat. ignoras haec et dei concedis scientiae; dignare et ista nescire, quae quaeris. con-

3 *Rom. 9, 20—21 9 *Mal. 1, 2—3 et Rom. 9, 13 11 cf. Ios. c. 7 12 cf. I Reg. capp. 2—4 14 cf. II Reg. c. 24 23 cf. Rom. c. 9

1 imperat *n a.c.* 2 et non uult *om.M* et non quod (*del.*) uult *n* 3 tu *om.M* 4 figm. fig. dic. *n* 7 autem *om.Mn* 8 fort.] factori (*ex* —re) *M* 9 adhuc cum ς 10 autem *om.n* 11 achar (*cf. LXX*) Δ, *np.c.m2* achan *cet.* hiericunth. *M* hierechunt. *n* hierecunt. Δ Ierichunt. ς 12 sint] s̄ *M* 13 Eli ς peccauerunt *n* 14 peccarit *Engelbrecht* enumeraret ς 15 istrahel Δ israhel *n* isrl̄ *M* iſhl̄ þ Israele ς sint Δ,*Mp.c.* sunt *cet.* 16 porphirius þ phorphir(i *s.l.*)us *n* 17 Moysi] moyse *Mp.c.*ς moysen þ *alt.* ad *om.n* 19 britanni Δ britannia (*pr.* n *exp.*) *n* brittania *M*þ fertiles Δ 20 scythie Δ scythicae *M* scithicae *n* sciti (*ras. 1—2 litt.*) cae þ Scoticae ς 22 fuit eum ς uenire tempore] tempore (*s.l.* incarnari x̄pm *add.*) *M* prius (quam *s.l.add.m2*) *n* 24 ignorans *M*þ 25 concedit þ concedens *M* *alt.* et] et tu *M* igitur et tu ς

cede deo potentiam sui, nequaquam te indiget defensore. ego miserabilis, qui tuas expecto contumelias, qui illud semper lego: gratia salui facti estis et: beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata, ut de mea fragilitate loquar, noui me multa uelle, quae sancta sunt, et tamen inplere non posse — spiritus enim fortitudo ducit ad uitam, sed carnis fragilitas reducit ad mortem — et audio dominum commonentem: uigilate et orate, ne intretis in temptationem. spiritus promptus, caro autem infirma.

10. Frustra blasphemas et ignorantium auribus ingeris nos liberum arbitrium condemnare. damnetur ille, qui damnat. ceterum nos ab eo differimus brutis animalibus, quod liberi arbitrii conditi sumus, sed ipsum liberum, ut diximus, arbitrium dei nititur auxilio illiusque per singula ope indiget, quod uos non uultis, ut, qui semel liberum habet arbitrium, deo adiutore non egeat. liberum arbitrium dat liberam uoluntatem et non statim ex libero arbitrio
2 facit deum, qui nullius opibus indiget. tu ipse, qui perfectam et deo aequalem in hominibus iustitiam iactitas et peccatorem esse te confiteris, responde mihi, uelis an nolis carere peccato. si uis, quare iuxta sententiam tuam non inples, quod desideras? sin autem non uis, contemptorem te praeceptorum dei esse demonstras. si contemptor es, utique et peccator. si peccator, audi tibi scripturam loquentem: peccatori dixit deus: quare tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum? tu autem odisti disciplinam et
3 proiecisti uerba mea retrorsum. uerba dei dum

3 *Eph. 2, 8 Ps. 31, 1 8 *Matth. 26, 41 etc. 24 *Ps. 49, 16—17

1 indiget te *n* te indigeat ϸ defensorem ϸ 2 expecto] excipio *M* 4 iniquitatis Δ 6 sancta] facienda ς 7 deducit ϸ ducit ς 9 spir. quidem *n* promtus *M* prumptus Δ; *add.* est *n* 11 blasfemas Δ 12 condempnare—dampnetur—dampnat *n* 13 nos ab] non ex ς diff. a ς quod *ex* ut *M* arbitrii *om.n* 15 uultis] *add.* sed id uultis ς 16 hab. lib. ς non *exp.M* 18 facit deum] homo facit, sed domini auxilio ς ope *M* aequalemque deo *n* 19 te esse ς te *n* 21 si ϸ autem *in mg.*Δ 22 contemtorem *M*ϸ contemtor ϸ 23 es, utique] utique est (*s.l.* es *m2*) *M* si peccator *om.*Δ tibi *om.M* dicentem Δ 25 et] et quare *n* assumis *Mp.c.*ϸ assumes *Ma.c.* adsumes Δ*n* 26 autem] uero ς 27 uerba mea] sermones meos Δ

non uis facere, post tergum tuum proicis et nouus apostolus orbi terrarum facienda et non facienda decernis. sed non est ita, ut loqueris; aliud in tua mente uersatur. quando enim te dicis peccatorem et posse hominem sine peccato esse, si uelit, illud uis intellegi, te quidem sanctum esse et omni carere peccato, sed per humilitatem peccati nomen adsumere, ut alios potius laudes et tibi detrahas.

11. Illud quoque argumentum uestrum ferre quis possit? dicitis his uerbis: 'aliud est esse, aliud esse posse'. esse non est in nostra positum potestate, esse autem posse generaliter dici, quod, licet alius non fuerit, tamen possit esse, qui esse uoluerit. rogo, quae est ista argumentatio: posse esse, quod numquam fuit, posse fieri, quod nullum fecisse testeris, id cuilibet tribuere, qui an futurus sit ignores, et dare nescio cui, quod in patriarchis, prophetis et apostolis fuisse nequeas adprobare? audi ecclesia- 2
sticam simplicitatem siue rusticitatem aut inperitiam, ut uobis uidetur. loquere, quod credis; publice praedica, quod secreto discipulis loqueris. qui dicis te habere arbitrii libertatem, quare non libere, quod sentis, loqueris? aliud audiunt cubiculorum tuorum secreta, aliud nostrorum populi. etenim uulgus indoctum non potest arcanorum tuorum onera sustentare nec capere solidum cibum, quod infantiae lacte contentum est. necdum scripsi et 3
comminaris mihi rescriptorum tuorum fulmina, ut scilicet hoc timore perterritus non audeam ora reserare, et non animaduertitis idcirco nos scribere, ut uos respondere cogamini et aperte aliquando dicere, quod pro tempore, personis et locis uel loquimini uel tacetis. nolo uobis liberum esse negare, quod semel scripseritis. ecclesiae uictoria est uos aperte dicere, quod sentitis. aut enim idem responsuri estis, quod et nos loquimur, et nequaquam eritis aduersarii sed

21 cf. Hebr. 5, 12

1 pos *Mn* 4 et] nec *n* 6 ass. *M*$\mathfrak{p}$ 9 est—posse] est (*s.l.*) esse posse (*s.l.* aliud esse *add.*) *M* 10 dicit $\mathfrak{p}$ 11 alius] aliquis $\mathfrak{p}$ 12 fuerit ς 15 profetis Δ in prophetis *n* et *om.*ς adpr. Δn appr. *cet.* 16 aut] audi $\mathfrak{p}$ 17 disc. tuis *n* 18 arb.] liberi arb. *M* 19 eloqueris *M* 20 rostrorum ς 21 archanorum *n*,$\mathfrak{p}a.c.$ 23 nescriptorum (ne *exp.*) *n* flumina *n* 24 animaduertis $\Delta a.c.\mathfrak{p}$ animaduertisti *M* aduertisti *n* 26 discere *Mp.c.* loquemini Δ, $\mathfrak{p}a.c.$ 27 scripsistis *M* ecclesiae uictoria est *om.*$\mathfrak{p}$ 28 enim *om.n*

amici, aut, si contraria nostro dogmati dixeritis, in eo uincemus, quod omnes cognoscent ecclesiae, quid sentiatis. sententias uestras prodidisse superasse est. patet prima fronte blasphemia. non necesse habet conuinci, quod sua statim professione blasphemum
4 est. minamini nobis responsionem, quam uitare nullus potest, 5
nisi qui omnino non scribit. unde nostis, quid dicturi simus, ut responsionem paretis? forsitan uestra dicemus et frustra ingenii uestri acuitis stilum. Eunomiani, Arriani et Macedoniani nominibus separati, inpietate concordes nullum nobis laborem faciunt; loquuntur enim, quod sentiunt. sola haec heresis est, quae publice 10
erubescit loqui, quod secreto docere non metuit. magistrorum silentia profert rabies discipulorum. quod audierunt in cubiculis, in tectis praedicant, ut, si placuerit audientibus, quod dixerunt, referatur ad gloriam magistrorum, si displicuerit, culpa sit discipuli,
5 non magistri. ideo creuit uestra heresis et decepistis plurimos 15
maximeque eos, qui adhaerent mulieribus et sciunt se peccare non posse, quia semper docetis, semper negatis, et audire meremini illud propheticum: g l o r i a i l l i s i n p a r t u b u s e t p a r t u r i t i o n i b u s. d a i l l i s, d o m i n e. q u i d d a b i s i l l i s?
6 u u l u a m s t e r i l e m e t u b e r a a r e n t i a. feruet animus, 20
non possum uerba cohibere. epistolaris angustia non patitur longi operis magnitudinem. nullius in hoc opusculo nomen proprie tangitur; aduersus magistrum peruersi dogmatis locuti sumus. qui iratus fuerit atque rescripserit, suo quasi mus prodetur indicio ampliora in uero certamine uulnera suscepturus. 25

12. Multi anni sunt, quod ab adulescentia usque ad hanc aetatem diuersa scripsi opuscula, semperque habui studium audientibus

12 cf. Luc. 12, 3 18 *Os. 9, 11 19 *Os. 9, 14

1 nostra *na.c.m2* uincimus Δ 3 blasfemia Δ*n* 4 sua *om.M* blasfemum Δ blasfemium (i *del.*) *n* 6 qui *ex* quod *M* scripsit þ sumus *Mn* 7 forsitam Δ*a.c.* dicimus Δ,*Ma.c.* 8 acuetis ς eunominiani Δ arriani (*alt.* r *exp.*) Δ et *om.*ς machedoniani *M* 10 loquntur *n* locuntur *M*þ 11 silentia(u *s.l.*)m *n* 13 auditoribus ς dixerint *n* 14 magistri *M* si— mag. *om.M* 17 docetis semper, negatis semper *n* 18 illut profeticum Δ gloriam ς illius *M*,*om.*ς parturionibus *n* 21 *pr.* non] nec ς epistularis Δ,þ*a.c.* 23 aduersum Δ qui si *n* 24 iratus] locutus *n* quasi mus] quasi unus *Ma.c.* qui sit *n* 26 quo *n* adulesc. *ex* adulisc. Δ*n* 27 habui— *p. 260, 6* ore *exciderunt in* Δ studio ς

loqui, quod publice in ecclesia didiceram, nec philosophorum argumenta sectari sed apostolorum simplicitati adquiescere sciens illud scriptum: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo et: fatuum dei sapientius est hominibus. cum haec ita se habeant, prouoco aduersarios, ut omnes retro chartulas discutiant et, si quid in meo ingeniolo uitii reppererint, proferant in medium. aut enim bona erunt et contradicam eorum calumniae aut reprehen- 2
sibilia et confitebor errorem malens emendare quam perseuerare in prauitate sententiae. et tu ergo, doctor egregie, aut defende, quod locutus es, et sententiarum tuarum acumina adstrue eloquio subsequenti, ne, quando tibi placuerit, neges, quod locutus es, aut, si certe errasti quasi homo, libere confitere et discordantium inter se redde concordiam. in mentem tibi ueniat tunicam saluatoris nec 3
a militibus fuisse conscissam. fratrum inter se cernis iurgia et rides atque laetaris, quod alii tuo nomine, alii Christi appellentur. imitare Ionam et dicito: si propter me est ista tempestas, tollite me et mittite me in mare. ille humilitate proiectus est in profundum, ut in typum domini gloriosius surgeret; tu superbia ad astra sustolleris, ut de te loquatur Iesus: uidebam satanan quasi fulgur de caelo cadentem.

13. Quod autem in scripturis sanctis iusti appellantur ut Zacharias et Helisabeth, Iob, Iosaphat et Iosias et multi, quorum nominibus sacra scriptura contexta est, quamquam in promisso opere plenius — si dominus gratiam dederit — dicturus sim, tamen in praesenti epistula hoc breuiter strinxisse sufficiat, quod iusti appellentur, non

3 1 Cor. 1, 19 4 *I Cor. 1, 25 14 cf. Ioh. 19, 24 17 *Ion. 1, 12 20 *Luc. 10, 18

5 est *om.n* se ita ꝑ 6 ut *ex* et *M* cartulas *n*,ꝑ*a.c.*; *add.* ex integro ς 7 repperierunt *na.r.* 11 astrue ꝑ astruae (*alt.* a *exp.*) *M* 12 placuerit *om.M* 13 certe *om.*ꝑ 14 mente *n* tonicam *Mp.c.m2*; *add.* conscissam *n* 15 conscissam *om.n* 16 appellantur *M* 17 est *om.Mn* 18 *pr.* me *om.Mn* *alt.* me *om.*ς 19 deiectus ς gloriosus *n* resurgeret ς 20 per superbiam *n* *p.c.m2*ꝑ 21 satanam ꝑ quasi fulgur *om.M* sicut ς fulgor *n* cad. de coelo ς 22 multi iusti ς appellentur ς ut] et *M* 23 elisabeth *M* elisabet *n* 24 sancta *M* 25 grat. dom. ς ds̄ *M* 26 perstrinxisse ς appellantur *n*

2 quod omni uitio careant, sed ex maiori parte uirtutum. denique et Zacharias silentio condemnatur et Iob suo sermone reprehenditur et Iosaphat et Iosias, qui iusti absque dubio scripti sunt, fecisse narrantur, quae domino displicerent. quorum alter inpio auxilium tulit et correptus est a propheta, alter contra praeceptum domini ex ore Hieremiae occurrit Nechao, regi Aegyptio, et interfectus est, et tamen uterque iustus appellatur. de ceteris non est huius temporis scribere; neque enim a me librum [sed epistulam] flagitasti, qui dictandus ex otio est, et omnes oppositiones eorum Christi auxilio destruendae. quod nobis sanctarum scripturarum testimoniis adse-
3 rendum est, in quibus cotidie credentibus loquitur deus. illudque per te sanctae atque inlustris domus conciliabulum precor atque commoneo, ne per unum aut — ut multum — tres homunculos suscipiant tantarum faeces hereseon aut — ut parum dicam — infamiam, ut, ubi primum uirtus et sanctitas laudabatur, ibi praesumptionis diabolicae et sordidissimae societatis turpitudo uersetur. sciantque se, qui huiusce modi hominibus opes suggerunt, hereticorum multitudinem congregare et Christi hostes facere et nutrire aduersarios eius frustraque aliud lingua praetendere, cum manu sentire aliud conprobentur.

2 cf. Luc. 1, 20—22 4 cf. III Reg. c. 22 5 cf. IV Reg. 23, 29. II Par. 35, 20—25. Hier. c. 22

1 quo *n* ex *Mn* quod ς,*om.*þ polleant parte uirtutum þ parte uirtutum commendentur ς 2 silentio *om.M* suo] sub ς 3 scripti] dicti ς 4 domino *om.n* 5 contra *ex* cū *M* 6 ieremiae þ egyptio *n* aegipti þ interemptus *n* 7 appellantur *n* non est *s.l.M* 8 librum sed epistolam a me *n* sed epistulam *seclusi* 9 est ex otio ς oblatrationes ς 10 ads. *Δn* ass. *cet.* 12 atque] et ς inl. *Δn,Ma.c.* ill. *Mp.c.*þ 13 ut *om.M*þ 14 feces *M* fecces (*pr.* c *exp.*)*n* haereseon *Δ*þ heres(i *s.l.*)um *M* parum] pure *ex* purum *M* 15 presumtionis *M* 16 se *om.*ς 17 suggerent *n* haer. *Δ*þ 18 enutrire ς 19 protendere *M* manus (s *exp.n*) *Mn* comprobetur *n*; *add.* explicit ad ctesifontem *Δ* explicit epistola ad thesiphontem *n*

CXXXIV.
AD AUGUSTINUM.

Domino uere sancto et omni mihi affectione uenerabili papae Augustino Hieronymus in Christo salutem.

1. Uirum honorabilem, fratrem meum, filium dignationis tuae, Orosium presbyterum et sui merito et te iubente suscepi. sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent et iuxta Appium canina exerceretur facundia. itaque duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus ad tempus respondere non potui, non quo quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta beatum apostolum unusquisque in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic. certe, quicquid dici potuit et sublimi ingenio 2 de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque

6 incidit — 262, 10 moriatur] cf. August. epist. CCII A, 3 (IV p. 303, 7 G.) 8 cf. Sallust. Hist. II 37 Dietsch = IV 54 Maurenbrecher. Lactant. Diuin. Inst. VI 18, 26. Hieron. Epist. 119, 1, 3 12 Rom. 14, 5 13 *I Cor. 7, 7

ä = *Ambrosianus O 210. sup. s. VII.*
𝔓 = *Escorialensis & I. 14 s. VIII—IX.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ϑ = *Parisinus lat. 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

Haec epistula est inter Augustini epistulas CLXXII (III p. 636 Goldb.); de titulo cf. adnot. ad epist. LXVII

3 Dom. — aff. *et* in Chr. sal. *om.ADMCB* 5 uenerabilem *ADMCB* 6 *pr.* et *ex* e *ä* sed] ipse 𝔓 7 melius tacere *B* 8 nostrā *M* iusta *ä* apium *B* exercetur *AMa.c.m2,DCB* 9 fecundia *äa.c.* facunda *Ma.c.m2* nomini meo *August. in epist. CCII A, 3 (IV p. 303, 10 G.)* nomine *ä,Ma.c.m2* 10 eruditissimi *D* —mus *C* 11 ad tempus *om.ADMCB* quod *ä et Aug. epist. CCII A, 3* quiddam *ADMCB* 12 putem *om.*ϑ beatum *om.*ς 14 et *om.* 𝔓 sublimi *äϑ et Aug. epist. CCII A, 3* ad sublimi 𝔓 a*sumi (sūmo *m2*) *M* assumi *AD* a summi *C* summo *B* tam sublimi *ex uno cod. Paris. lat. 1862 s. IX recepit Goldb.* 15 de] et (*s.l.m2*) de *A* scripturae (*ex* —ra) sanctae (*ex* —ta) *ä* sanctarum (*s.l.m2*) scripturarum *B* sanctarum *eras.* ϑ, *om. ADMC* haurire *äa.c.* auri *C* a] et (*del.*) a *ä* adque *ä*𝔓*C*

dissertum est. sed quaeso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium; nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. ceterum aemuli et maxime heretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere.
3 mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari tuaque dicta quasi mea defendere — certe et in dialogo, quem nuper edidi, beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum — magisque demus operam, ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat paenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

2. Sanctae et uenerabiles filiae tuae Eustochium et Paula et genere suo et exhortatione tua digne gradiuntur specialiterque salutant beatitudinem tuam, omnis quoque fraternitas, quae nobiscum do-
2 mino saluatori seruire conantur. sanctum presbyterum Firmum anno praeterito ob rem earum Rauennam et inde Africam Siciliamque direximus, quem putamus iam in Africae partibus commorari. sanctos tuo adhaerentes lateri ut meo obsequio salutes, precor. litteras quoque meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi, quae si ad te uenerint, ei dirigere non graueris. incolumem te et mei memorem Christus dominus custodiat, domine uere sancte et beatissime papa.

6 cf. dial. adu. Pelag. III 19

1 disertum *ä*,*Ba.c.m2* tuam *s.l.m2B* 2 me tuum] meum *ä* causam *AC* 3 deserimus *äa.c.m2* dixerimus *D* si *in ras.m2B* diuersis ʒ 4 animae *M* 5 decretum] de ceterum ʒ statutum *ADMCB* est *om.*ʒ te amare] eum (tuum *m2*)re *ä*; *add.* te ς suscepere *äa.c.* suspicere *ADC*,*Mp.c.m2* coler *Aa.c.m2C* 6 et *s.l.m2A*,*om.ä* dialogo] alio loco *AC* 7 tuae beat. *ADMCB* sum *ex* suum *ä* magis credemus ℙ 8 ecclesia *ADMCB* 9 facultates *ä* ne] nam *ADMCB* 10 se (*s.l.m2B*) aperta *ADMCB* apta ℙ se *om.*ℙ foris *D* morietur *ADMCB* 11 *pr.* et] ac ℙ*ADMCB* paula et eusto(*ex* a *M*)chium *ADMCB* eustochia ʒ eostocia ℙ 12 *alt.* et *om.ä* grediuntur ʒ gratiantur *ex* gratiuntur *ä* que *add.m2MB* 13 quae] qui *D* quo *Aa.c.m2C* 14 saluatore ℙ conatur ℙʒ*B*,*AMp.c.* firminum *C* 15 ob *om.*ℙ rem mearum *AM* rem mearunt *D* remeantem ℙ inde in *ADMCB* 16 que] et *D* dimisimus *ex* dicimus *m2A* commemorari (me *eras.*)*A* conmanere *ä* 17 sancto *ä*,*Mp.r.* tuos ʒ id herentes *D* 18 queque *D* ad] per ℙ sanctum *om.*ℙ firminum *C* dirigi ʒ dirige *ä*ℙ 19 quae—graueris *om.ä*ℙʒ incolomem *A* te *om.*ʒ memorem mei *ä*ℙʒ 20 dominus *om.ä* dominus deus noster ℙ deus noster ʒ sanctae *A* in sanctae ʒ et beat.—*p. 263, 4* amis. *om.ä* 21 papae *D*; *add.* et subter ʒ

Grandem Latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur 3
penuriam et idcirco praeceptis tuis parere non possumus, maxime
in editione Septuaginta, quae asteriscis ueribusque distincta est;
pleraque enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

CXXXV.
EPISTULA INNOCENTII PAPAE AD AURELIUM.

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius.

Piissimum iter ad nos perueniendi tuas affectiones bene con-
presbyter noster credidit Hieronymus. conpatimur gregis nostri
membro et, quod faciendum duximus uel facere potuimus, sumus
uelociter executi. germanitas tua, frater karissime, citius litteras
memorato reddere festinet.

CXXXVI.
EPISTULA INNOCENTII AD HIERONYMUM.

Dilectissimo filio Hieronymo presbytero Innocentius.

Numquam boni aliquid contentionem fecisse in ecclesia testatur 1
apostolus et ideo hereticorum correptiones primas fieri iubet magis
quam diuturna duci conlatione. quae regula dum neglegenter
aspicitur, malum non uitatur, quod cauendum est, sed augetur.
tamen, quoniam dolor gemitusque tuus ita uiscera quatit nostra, 2
ut non * * tractandi consulendique sit, primum constantiae tuae

9 cf. I Cor. 12, 26 16 cf. Tit. 3, 9—10

2 penuria $\mathfrak{P}D$ tuis praeceptis $\mathfrak{P}\mathfrak{z}$ patere *D* parare $\mathfrak{z}$ 3 astericis $\mathfrak{P}B$ uersibusque $A\mathfrak{z}DMC$ obelibusque $\mathfrak{P}$ uerubusque ς 4 ob fraudem] fraude $\mathfrak{P}\mathfrak{z}$

ö = Vaticanus lat. 3787 saec. XI.

In Auellana quae dicitur collectione (CSEL uol. XXXV) est haec epistula XLIV (p. 98 Guenther)

8 piissimam ς iter *ö* etiam ς tuam affectionem ς 9 hieronimus *ö* 12 reddere ς redire *ö*

ö = Vaticanus lat. 3787 saec. XI.

In Auellana collectione est haec epist. XLII (p. 96 G.)

15 hieronimo presbitero *ö* 17 primum ς 18 duci ς ducis *ö* 19 accipitur *Baronius* 20 quatit uiscera ς 21 ut non tractandi *ö* *lacunam post* non *indicauit Guenther, quam sic fere expleuerit*: ut non ⟨exprobrand tempus sed⟩ tractandi (*aliorum coniecturas recenset idem u. d.*)

adloquor fidem. pro ueritate quisque iniuria aut, ut dicis, periculo percelletur, quia expectet beatitudinem, multis saepe narrasti et tuarum te praedicationum bene memorem commonemus. item excitati tanta malorum scena arripere auctoritatem sedis apostolicae ad omne comprimendum nefas festinauimus, sed, in quem in- 5
3 surgeremus, nec nomine appellatum legimus nec criminis aliqua ratione taxatum. quod ergo possumus, condolemus. si deposueris autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem, aut iudices conpetentes tribuam aut, si aliquid urgentius sollicitiusque nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime. tamen epi- 10
scopo fratri meo Iohanni scripsi, ut circumspectius agat, ne quid circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale prouidere et propellere, ne accidat, etiam ipsi sit et postea molestissimum.

CXXXVII.

EPISTULA INNOCENTII AD IOHANNEM. 15

Dilectissimo fratri Iohanni Innocentius.

1 Direptiones, caedes, incendia, omne facinus extremae dementiae generosissimae sanctae uirgines Eustochium et Paula deplorauerunt in locis ecclesiae suae perpetrasse diabolum; nomen enim hominis causamque reticuerunt. quod etsi ambiguum non 20
sit a quo commissum, oportuit tamen custodiam germanitatem tuam gregis illius sollicitius prouidere, ne quid huius modi oriretur,
2 quod cum aliorum periculo tuam lacessit neglegentiam. †amice gregem domini et tales agnas incendio, armis et persecutionibus nudas, debiles post suorum caedes et mortes uix uiuere audiuimus: nihil mouet 25

1 libens quisque *Vallarsi* 2 qui *Baronius* narrasti *Valiarsi* narrastis *ö* 3 tuarum te ς tu aūre *ö* item] itaque *Baronius* idem (= iidem) *Engelbrecht* 4 tanta—scena *Caraja* tantā—scenā *ö* 9 solliticiusque *ö* 10 a nobis *Baronius* redardabo *ö* 13 ne accidat *Guenther* (*qui priorum coniecturas recenset*) ne accidere uel ne accidat *ö*

ö = *Vaticanus lat. 3787 saec. XI.*

In Auellana collectione est haec epistula XLIII (*p. 97 G.*)

17 facinus ς facimus *ö* 18 eusthochium *ö* palla *öa.c.* 21 sit *Caraja* sit sed *ö* sit et *Baronius* custodiam ς custodem *ö* custodire *Caraja*, *Baronius* 22 et gregis *Caraja* et gregi *Baronius* 23 tua *Caraja*, *Baronius* neglegentiam *Guenther* neglegentia *ö* amice *ö* adice *Hartel* amittere *Caraja* admittere in *Baronius* anxium esse *Engelbrecht* 24 deuiles *ö*

pietatem illam sacerdotii tui de tanta diaboli in te atque in tuos potestate admissa? in te, inquam; prorsus enim sacerdotis grauitatem condemnat tantum nefas in ecclesia fuisse completum. ubi prouisiones tuae? ubi certe, si casus euenerant, auxilia uel consolationes, cum plus se adhuc metuere dicant, quam conqueruntur esse perpessas? altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius collocutae. uide, frater, antiqui hostis insidias et spiritu 3 boni rectoris peruigila, ut haec, quae ad nos opinione magis quam accusatione manifesta delata sunt, uel corrigantur uel retundantur, ne ius ecclesiasticum de labefactatis causas eum, qui non defenderit, praestare conpellat.

CXXXVIII.
AD RIPARIUM.

Domino uere sancto atque omni mihi affectione uenerabili Ripario Hieronymus in Christo salutem.

Christi te aduersum hostes catholicae fidei bella bellare tuis 1 litteris et multorum relatione cognoui uentosque esse contrarios et in perditionem mutuam fautores esse perditionis, qui defensores saeculi esse deberent; tamen scias in hanc prouinciam nullis humanis

8 peruigila ut *Caraſa* peruigili aut *ö* 10 causis *Caraſa*

u = *Ambrosianus H. 59. sup. s. XIII.*
y = *Vallicellianus D. 2 s. XIV.*
v = *Corsinianus 41. G. 18 s. XV.*
φ = *Cantabrigiensis uniuersitatis 409 + 410 s. XV.*
χ = *Vaticanus lat. 368 s. XV.*
ƀ = *Mazarinianus 574 s. XV.*
ɡ = *Parisinus lat. 1891 s. XV.*

titulo caret u ad riparium ɡ hieronimus ad ripparium *vχ* beati hieronimi presbiteri ad riparium *φ* epla beati iheronimi presbiteri ad riparium presbiterum *ƀ* hieronymus ad riparium exhortatoria ad defendendū (*sic*) ecclesiam et fidem christi *y*

14 *salutationem* (domino—salutem) *om.ς* mihi] in *ƀ* 15 ⟨fratri⟩ Rip. *Engelbrecht* hieronymus *yɡ* iheronimus *uƀ* hieronimus *cet.* in xpo · d · salutem *y* 16 xpi te *φɡ* xipe *u* xpi *y* xps (*in mg.* xpm *eadem manu*) *v* christus *χ* te *ƀ* fidei dei *uyv* bella *om.χ* bellari *up.c.* et tuis *ς* 18 fautores *φɡ* factores *cet.* 19 saeculi] fidei *u* in hac prouincia *ς*

auxiliis sed proprie Christi sententia pulsum esse non solum de urbe, sed de Palaestinae quoque finibus Catilinam nosque dolere uel plurimum, quod cum Lentulo multi coniurationis socii remanserunt,
2 qui in Ioppe remorantur. nobis autem melius uisum est locum mutare quam fidei ueritatem aedificiorumque et mansionis amoenitatem amittere quam eorum communione maculari, quibus inpraesentiarum aut cedendum erat aut certe cotidie non lingua sed gladiis dimicandum. quanta autem passi simus et quomodo excelsa manus Christi pro nobis in hoste saeuierit, puto te celebri nuntio omnium
3 cognouisse. quaeso ergo te, ut arreptum opus inpleas nec patiaris te praesente non habere Christi ecclesiam defensorem. certe sciat unusquisque, quod uel tibi sufficiat pro uirili parte, quia non uiribus corporis sed caritate animi dimicandum est, quae superari numquam potest. sancti fratres, qui cum nostra sunt paruitate, plurimum te salutant. puto autem et sanctum fratrem Alentium diaconum tuae dignationi cuncta narrare fideliter. incolumem te et memorem mei Christus, dominus noster, tueatur omnipotens, domine uere sancte et suscipiende frater.

2 Catilinam] Pelagium innuere uidetur

1 pulsam *y* 2 palestine (—ę χ) *yvχ* palesthine *u* cantilenam *uvχ* cantelenam *y* nos quoque ƀ uel *om.φg* 3 lentilo ƀ 4 in ioppe remorantur *φg* suo opere moriantur *cet.* 5 -que *φg,om.cet.* amęn. χ amen. *uyvb* 6 eorum] peruersorum *codd.praeter φg* maculam χ 7 aud—aud *u* cedendum *uyb* credendum *cet.* non lingua quotidie g cot. *uyb* quot. *cet.* gladio *φ* 8 simus *φg,vp.c.* sumus *cet.* 9 hoste *φg* hostes *cet.* hostem ς celebre *ua.c.* celebriori ƀ nuntio omnium *φg* omnium nuntio *uvχ* omni nuntio *y* nuntio ƀ 10 ergo] i g (= igitur) *u* te *om.codd.praeter φg* acceptum *y* 11 presentem χ ecclesia *uχ* scit ς 12 sufficiat *φg* suffic̄ *u* sufficit *cet.* 13 caritate *φg* cura te χ circa te (*in mg.* uł contra *eadem manu y*) *cet.* anima ƀ est *om.φ* qui *y* 15 alentinum *codd.praeter φg* dyaconum ƀ 16 cūcta (*alt.* c *exp.*) *v* incolumen χ te *om.y* 18 suscipiende] uere munde *y* frater] *add.* finis *v*

CXXXIX.

AD APRONIUM.

Nescio, qua temptatione diaboli factum sit, ut tuus labor 1
et sancti Innocentii presbyteri industria et nostrum desiderium ad
praesens nequaquam uideatur habere effectum. deo gratias, quod
te sospitem et fidei calore feruentem inter ipsa diaboli temptamenta
cognoui. hoc meum gaudium est, quando in Christo audio filios meos
dimicare; et istum zelum in nos ipse confirmet, cui credimus, ut pro
fide eius sanguinem uoluntarie fundamus. euersam nobilem domum 2
funditus doleo et tamen, quid in causa sit, scire non potui; neque
enim portitor litterarum nosse se dixit. unde dolere possumus pro
amicis communibus et Christi, qui solus potens et dominus est, et
eius clementiam deprecari, licet ex parte dei mereamur offensam, qui
inimicos domini fouemus. optimum autem facies, si cunctis rebus

u = *Ambrosianus H. 59. sup. s. XIII.*
y = *Vallicellianus D. 2 s. XIV.*
v = *Corsinianus 41. G. 18 s. XV.*
φ = *Cantabrigiensis uniuersitatis 409 + 410 s. XV.*
χ = *Vaticanus lat. 368 s. XV.*
𝔟 = *Mazarinianus 574 s. XV.*
𝔤 = *Parisinus lat. 1891 s. XV.*
w = *Vaticanus lat. 362 s. XV.*
x = *Barberinus XI. 195 s. XV.*
μ = *Harleianus 3169 s. XV.*
ω = *Parisinus bibl. armamentarii 292 s. XV.*

ad apronium 𝔤 iheronimus apronio filio salutem *u* hieronimus appronio filio *vχwω* epistola hieronymi ad appronium *x* epła beati ieronimi ad apronium *ω* epła beati iheronimi presbiteri ad āpronium 𝔟 beati hieronimi presbiteri ad apronum (*sic*) epistola *φ* hieronymus ad propanum ut in bono opere et proposito assumptis (—us *μ*) firmiter perseueret et quod sancta loca uisitet exhortatoria *yμ*

3 tentatione *yvφ𝔤μ* temperatione *χ* dyaboli *yμω passim* ut] et *vχw* ut et *u𝔟x* 4 innocenti *uvχwx* presbyteri *om.x* nostrorum *w* 5 habere uidetur *u* uideatur *φ𝔤* uidetur *cet.* herere *yω* affectum *χw,om.yμω* gratia *ς* 6 tentamenta diaboli (diaboli *in mg.*𝔤) *φ𝔤* tentamenta *yvφ𝔤μ* 7 filios meos audio *u* 8 credidimus *ω* 9 uoluntarie *yφ𝔤μ* uoluntate *cet.* euersa *w* ei uersam *ω* 10 q̄d (= quod) *u* sit] et *w* 11 posse se *χ* scire se 𝔤 se nosce *x* 12 amicitiis *yμ* et eius *φ𝔤ω* eius *uvχ𝔟wx* et etiam *yμ* 14 fouemus *yφ𝔤μ* fouerimus *cet.* cuntis *y*

omissis orientem et praecipue sancta loca petas; hic enim quieta
3 sunt omnia. et licet uenena pectoris non amiserint, tamen os in-
pietatis non audent aperire, sed sunt sicut aspides surdae et ob-
turantes aures suas. sanctos fratres saluto. nostra autem domus
secundum carnales opes hereticorum persecutionibus penitus euersa 5
Christo propitio spiritalibus diuitiis plena est. melius est panem
manducare quam fidem perdere.

3 cf. Ps. 57, 5

1 ōmissis *u* praecipue *om.x* loca sancta *ω* hinc *w* 2 licet] quam-quam *yμ* uenia uel uenena *ω* 4 saluto *yφgμ* saluta *cet.* 5 ope *ω* per-sequut. *ug* 6 spiritalibus *uvφg* spiritualibus *cet.* est enim panem *ς* 7 men-dicare *u* frangere seu perdere *yμ*; *add.* finis *v*

CXL.

AD CYPRIANUM PRESBYTERUM DE PSALMO LXXXVIIII.

1. Prius te, Cypriane, presbyterorum studiosissime, esse de illorum numero, super quibus audit Moyses: elige presbyteros, quos tu ipse scis esse presbyteros, tantum epistulis noueram et beati uiri uocabulum consecutum, qui in lege dei die ac nocte meditatur. nunc autem, quia exterioris 2 quoque hominis nobis inuicem est facta cognitio et post salutationem dulcesque complexus, quibus sibi amicitia copulatur, ut probes uerum esse, quod audieram, statim a me postulas, ut difficillimum psalmum, qui apud Graecos et Latinos octogesimus et nonus inscribitur, tibi edisseram, non conposita oratione uerborum plausuque populari, qui solet inperitorum aures decipere atque palpare, sed oratione simplici et ecclesiastici eloquii ueritate, ut scilicet interpretatio nostra non alio interprete indigeat, quod plerisque

4 ? 7 cf. Ps. 1, 1—2

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX* (*continet extremam partem inde a p. 285, 25* si scribatur).
Y = *Parisinus lat. 1866 s. IX* (*continet extremam partem inde a p. 285, 25* si scribatur *fol. 190r sqq., quam sequitur prior pars inde ab initio usque ad p. 285, 25* exprimit dexteram *fol. 196r sqq.*)
D = *Vaticanus lat. 355+356 s. IX—X* (*continet idem, quod A*).
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X* (*continet idem, quod A*).
O = *Oxoniensis Balliolensis 229 s. XII.*
ℏ = *Parisinus lat. 1875 s. XII.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

incipit ad ciprianum prb̄m (pb̄m *B*) de psalmo LXXXVIIII *YB* hieronimus cypriano prb̄o de psalmo LXXXVIIII *C* hieronimus ad cyprianum prb̄m de psalmo LXXX^{mo} VIIII^{no} ℏ epistola beati ieronimi presbiteri ad ciprianum presbiterum de psalmo LX$\overset{\circ}{\text{X}}$X. 1$\overset{\circ}{\text{X}}$. *O* de resurrectione carnis hieronimus cypriano pb̄ro. de psalmo. *A*; *titulo caret D*

3 esse *Y* et *O*ℏ*B*, *om.* ς 4 audiuit *O* 5 esse presb.] dignos esse *O* 6 et] ut *B* uoc. dicerem (*s.l.m2*) consequutum *B* 7 in *s.l.m2B*, *om. O* legem *O* dn̄i ℏ 8 hom. quoque *O* facta est ς 9 sibi *om. O* 10 audieras *O* 11 *alt.* et *om.* ℏ 12 uerb. or. ς oratione *B* plaus. pop., qui] plurimorumque sermonum compositione que *O*

nimium disertis accidere solet, ut maior sit intellegentiae difficultas in eorum explanationibus quam in his, quae explanare conantur.
3 aggrediar opus difficillimum et sanctarum precum tuarum fultus auxilio illius uersiculi recordabor: dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.

2. Ac primo sciendum, quod psalmi istius iuxta Hebraicum titulus sit: *oratio Moysi, uiri dei*, iuxta Septuaginta: oratio Moysi, hominis dei. inter hominem autem et uirum quid sit, sancta scriptura nos doceat. loquitur quinquagenarius ad Heliam: homo dei, rex uocat te. cui ille respondit: si homo dei ego sum, descendat ignis de caelo
2 et comedat te et quinquaginta uiros tuos. ad Timotheum autem apostolus scribit: tu autem, o homo dei, haec fuge. porro de uiro idem apostolus instruit: uolo autem uos scire, quod omnis uiri caput Chri-
3 stus sit, caput autem mulieris uir, caput uero Christi deus. iste uir est, qui caput uelare non debet, cum sit imago et gloria dei, et cotidie orans loquitur: nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes in eandem imaginem transformamur
4 a gloria in gloriam sicut a domini spiritu. et in alio loco: donec perueniamus omnes in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. siue igitur uiri siue hominis appellatio sancto uiro competit et ei, qui uidit deum facie ad faciem et salua facta est anima eius, cuius ore creaturam mundi — eorum dumtaxat, quae uisibilia sunt —, conditionem hominis et omnis retro historiae didicimus

4 Ps. 67, 12 7 *Ps. 89, 1 8 Ps. 89, 1 10 *IV Reg. 1, 9 *IV Reg. 1, 10 13 I Tim. 6, 11 14 *I Cor. 11, 3 17 cf. I Cor. 11, 7 18 *II Cor. 3, 18 22 *Eph. 4, 13 25 cf. Ex. 33, 11 et Gen. 32, 30

1 sit *om. O* 2 explanatione inueniatur *O* hiis *O* 3 uestrarum *O* 5 uirtutē multā *Y*ℏ 6 primo *Y* primum *cet.* hębr. *Y* ebr. *O* hebreum ℏ*B* 7 mosi *Y* 8 mosi *Y* 9 sit] intersit *O*, *Ba.c.m2* sacra nos scr. *O* 10 helyam ℏ Eliam ς 13 timot. *B* tymoth. *O* autem] quoque *OB* o *Y*, *om. cet.* 14 uiro dei ς 17 est uir ℏ 18 dei et gloria *B* 19 omnes *om. O* facie] *add.* dei *O* 20 eadem *Y* easdem (s *exp.*) *O* 21 a gloria in] ad *B* 25 *per errorem Hier. ea, quae Gen. 32, 30 Iacob de se dicit, de Moyse dicta esse affirmat* 26 creatura (-re *m2*) *B* creationemque *O* 27 condic. *YO* istoriae *Y* hystorie *B*

ueritatem, qui non solum nobis quinque reliquit libros, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros et Deuteronomium, sed undecim quoque psalmos ab octogesimo nono, cuius principium est: domine, refugium factus es nobis, usque ad nonagesimum nonum, qui inscribitur: psalmus in confessione. quod autem in plerisque codicibus nonagesimus octauus habet titulum: psalmus Dauid, in Hebraico non tenetur hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui, cuius sint, titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur.

3. Quattuor autem psalmi sunt, qui habent 'orationis' titulum: sextus decimus, qui inscribitur: oratio Dauid et incipit: exaudi, deus, iustitiam meam, et octogesimus quintus similiter: oratio Dauid et octogesimus nonus, qui nunc in manibus est: domine, refugium factus es nobis, et centesimus primus, qui habet titulum: oratio pauperis, cum anxius fuerit et in conspectu domini effuderit precem suam. Dauid et pauper, qui, cum dies 2 esset, pauper pro nobis factus est, refertur ad Christum, qui sedit super pullum asinae iuxta Zachariam pauper atque mansuetus. Moyses autem, per quem dominus legem dedit, cuius ore audiuimus loquentem deum: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, statimque infertur: et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum; masculum et feminam fecit illos, ab initio conditionis hominis usque ad mortem et resurrectionem omnia explicat, qualis creatus sit, quanto uiuat tempore, quid agat in saeculo,

3 Ps. 89, 1 5 Ps. 99, 1 7 Ps. 98, 1 12 Ps. 16, 1 13 *Ps. 16, 1 14 Ps. 85, 1 15 Ps. 89, 1 16 Ps. 101, 1 18 cf. II Cor. 8, 9 19 cf. Zach. 9, 9 22 Gen. 1, 26 23 *Gen. 1, 27

2 numer̄ *B* numerum ℌ sed *in ras. m2B* et *Y* 4 ad *om. O* 6 XCIX' *O* 7 ebraico *B* ten.] habetur *O* 10 nomina *s.l.O* 11 quatuor *YO*ℌ 13 deus] domine *O* 14 sim. or. Dau.] inclina dn̄e scilicet oratio dauid *O* inclina, domine ς 15 es] ē *B* 16 tit. habet ς 17 in consp. dcm.] coram dn̄o ℌ 18 pauper] *add.* refertur ad xp̄m *O* 19 pro nobis pauper *OB* ref. ad Chr. *om. O* 20 zacariam *Oa.c.B* mansuefactus *O* 21 moses *Y* 24 ad im. suam, ad im. dei ς 25 eum] illum *O* fecit] creauit *O*

quem fructum uitae habeat, propter quid laboret, quo ire contendat.
3 et quoniam ipse, qui haec scribit, homo est, sub persona sua de omni generis humani condicione testatur. sunt autem, qui hunc psalmum siue orationem ad Israheliticum populum referant: quomodo in solitudine offenderit deum atque conciderit et non meruerit terram repromissionis intrare — proque patribus ingressi sunt filii — et rursum placatum expectent deum, quod in Christi conpleatur aduentu.

4. 'Oratio' iuxta grammaticos omnis sermo loquentium est, cuius etymologian sic exprimunt: 'oratio est oris ratio'. in scripturis autem sanctis difficile orationem iuxta hunc sensum legimus, sed eam, quae
2 ad preces et obsecrationes pertinet. aiunt Hebraei uno psalmorum uolumine quinque libros contineri: a primo usque ad quadragesimum et a quadragesimo primo usque ad septuagesimum primum et a septuagesimo secundo usque ad octogesimum octauum et ab octogesimo nono, qui quarti libri initium est et quem nunc disserimus, usque ad centesimum quintum — in quorum omnium fine duplex 'amen' positum est, quod Septuaginta transferunt 'fiat, fiat' — et a centesimo sexto usque ad finem instar duodecim prophetarum, qui et ipsi, cum proprios libellos ediderint, unius uoluminis nomine con-
3 tinentur. illud autem, quod paene praeterii asserens inter undecim Moysi psalmos etiam nonagesimum octauum esse, in quo positum est: exaltate dominum deum nostrum et adorate scabellum pedum illius. Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuhel in his, qui inuocant nomen illius, uidetur nostrae sententiae contraire, quomodo Moysi sit, qui Samuhelem nominet, quem multo post tem-
4 pore fuisse cognoscimus. cuius quaestionis facilis solutio est: prophe-

5 cf. Num. 14, 29—38 23 *Ps. 98, 5—6

4 quomodo] qui *Yp.c.m2* 5 non *s.l.O* meruit *B* 6 promissionis ς sint ℌ 10 etymologian *Y* e(ę ℌ)thimologiam *cet.* sic *in ras. m2* (*fuit* s . . s) *B* explicant *O* 15 secundo] . I . *O* octauum] . IX . *O* 20 libros ς nom. uol. *O* 22 mosi *Y* et XC. VIIII (*ult.* I *eras.*) *O* 23 uestrum *YB* 24 scab. sanctum ℌ illius] eius *OB*; *add.* quoniam sanctum est *B* moses *Y* 25 samuel *OB* his] eis *O* 26 illius *Y* eius *cet.* 27 mosi *Y* samuelem *OB* multa post (post multa *O*) tempora *O* ℌ*B*

tatum esse nomen Samuhelis, qui tanti meriti fuit, ut cum Moyse poneretur in Hieremia: si steterint Moyses et Samuhel iuxta illud exemplum, quando homo dei loquitur in Samaria: altare, altare, haec dicit dominus: ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomen eius. sciamus quoque errare eos, qui omnes psalmos Dauid arbitrantur et non eorum, quorum nominibus inscripti sunt. unde et hunc psalmum uolunt sub nomine Moysi a Dauid esse compositum, quod scilicet legis dator communem humani generis offensam et calamitatem et dein expectationem salutis sacro ore describat.

5. *Domine, habitaculum factus es nobis in generatione et generatione.* Septuaginta: domine, refugium factus es nobis in omni generatione et generatione. pro habitatione et refugio in Hebraico 'maon' ponitur, quod magis habitationem quam refugium sonat. narraturus autem tristia et genus deploraturus humanum a laudibus dei incipit, ut, quidquid postea homini accidit aduersorum, non creatoris duritia sed eius, qui creatus est, culpa accidisse uideatur. qui sustinet tempestatem, uel petrae uel tecti quaerit refugium; quem hostis persequitur, ad muros urbium confugit; fessus uiator tam sole quam puluere umbrae quaerit solacium; si saeuissima bestia hominis sanguinem sitiat, cupit, utcumque potuerit, praesens uitare discrimen: ita et homo a principio conditionis suae deo utitur adiutore et, cum illius sit gratiae, quod creatus est, illius misericordiae, quod subsistit et uiuit, nihil boni operis agere potest absque eo, qui ita liberum concessit arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret, ne libertas arbitrii redundet ad iniuriam con-

2 *Hier. 15, 1 4 *III Reg. 13, 2 12 *Ps. 89, 1 13 *Ps. 89, 1

1 nomen esse ς samuelis *OB* mose *Y* 2 ieremia *OB* ihezechiele ℌ steterit ℌ moses *Y* samuel *OB* 4 altare *ter O, semel Ba.c.m2* 5 domui *O, om.* *YℌB* 8 moyse *Ba.c.* mosi *Y* 9 lator *O* 10 deinde *O* 12 dn̄s *B* est *O* 13 generatione et generatione̅ *Y*, ℌ*p.c.m2* generationem et generationem *O* g. et g. *B* 14 generatione et generatione̅ *Ya.r.* 15 abitatione *B* 17 tristia *Ya.c.*ℌ tristitia *Yp.c.* tristiciam *OB* depl. genus O 22 si] et si *B* 23 cupit] *add.* et nititur ς poterit *O* 25 illiusque *Y*ℌ, *Bp.c.m2* 27 conc. lib. ς gratiam *s.l.Y* 28 redundaret ς

ditoris et ad eius contumaciam, qui ideo liber conditus est, ut
3 absque deo nihil esse se nouerit. quod autem dicit: in generatione et generatione, omnia significat tempora et ante legem et in lege et in euangelii gratia. unde et apostolus dicit: gratia salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed ex dei dono, et omnes epistulae eius in salutationis principio non prius pacem habent et sic gratiam, sed ante gratiam et sic pacem, ut donatis nobis peccatis nostris pacem domini consequamur.

6. *Antequam montes nascerentur et parturiretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es.* Septuaginta: antequam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es, deus. hunc locum quidam praua distinctione subuertunt, maxime hi, qui ante uolunt fuisse animas, quam homo in sexti diei numero conderetur.
2 ita enim legunt atque distingunt: domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione, priusquam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis, ut scilicet postea consequatur: a saeculo usque in saeculum tu es, deus. ita enim disserunt: si dominus, antequam montes firmarentur et fingeretur terra orbisque terrarum, refugium fuit hominum, ergo fuerunt animae in caelesti-
3 bus, antequam hominum corpora formarentur. nos autem, ut proposuimus, lectionem ita debemus distinguere: antequam montes firmarentur et fingeretur terra et

2 *Ps. 89, 1 5 *Eph. 2, 8 6 cf. Rom. 1, 7; I Cor. 1, 3; II Cor. 1, 2 etc. 10 *Ps. 89, 2 12 *Ps. 89, 2 17 *Ps. 89, 1—2 25 *Ps. 89, 2

1 qui * *B* 2 se esse *O* se *s.l.m2B* dixit ς generatione et generatione Y generationem et generationem *O* 3 et generatione *om. Ba.c.m2* 4 euuang. *Y* 6 dono dei ς 8 donatis (s *in ras. 2 litt. m2*) *B* nobis *om. O* 11 *alt.* et *om.* ς 12 tu es] *add.* deus ς Sept. — 14 tu es *om. O* 14 et *om. Y* in] ad ϧ 15 quidam locum *O* dist.] interpretatione *O* maxime *om. O* hii *YOa.r.* uolunt ante *O* 16 homo] *add.* fieret et *O* 17 distinguunt ς 18 in generatione et generatione (—nem *Y*) *Y*ϧ in generationem et gene_ationem *B* a generatione in generationem *O* 19 formarentur *O* 20 saeculo] *add.* et *O*, *sed cf. LXX cod. Vatic. et p. 275, 5. 6* 21 in *in ras. m2B* ad *Y* edisserunt *Bp.c.m2* 24 firmarentur *Ba.c.* 26 formarentur *O*

orbis terrarum, a saeculo usque in saeculum tu es, deus, ut non refugium nostrum fuerit ante conditionem mundi, qui necdum eramus, sed quod deus ab aeterno usque in aeternum sit semper deus. pro eo enim, quod Latinus interpres posuit: a saeculo usque in saeculum et Hebraice dicitur 'olam', rectius interpretabimur: 'a sempiterno usque in sempiternum'. simile quid et in Prouerbiis ex persona sapientiae, qui Christus est, legitur: dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua, ante saeculum fundauit me, in principio, antequam terram faceret et abyssos, priusquam procederent fontes aquarum, priusquam montes firmarentur, ante omnes colles generat me. nullum autem debet uerbum creationis mouere, cum in Hebraeo non sit 'creatio', quae dicitur 'bara', sed 'possessio'. ita enim scriptum est: adonay canani bresith dercho, quod in lingua nostra exprimitur: 'dominus possedit me initium uiarum suarum'. inter possessionem autem et creationem multa diuersitas est: possessio significat, quod semper filius in patre et pater in filio fuerit, creatio autem eius, qui prius non erat, conditionis exordium. potest iuxta leges tropologiae hoc, quod dicitur: antequam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis terrarum, significare, quod, antequam in anima nostra sublimia dogmata firmarentur et terra corporis nostri fingeretur siue stabiliretur a deo et orbis terrarum — qui Hebraice dicitur 'thebel', Graece significantius dicitur *οἰκουμένη*, quam nos 'habitatam' transferre possumus — firmaretur siue stabiliretur, deus nobis semper refugium fuerit. habitata est autem

5 *Ps. 89, 2 8 *Prou. 8, 22—25 17 cf. Prou. 8, 22 21 *Ps. 89, 2

1 saeculo] *add.* et ℌ, *sed cf. notam ad p. 274, 20* 7 *pr.* in] ad *YB* et] ē (*eras.*) et *B* 8 qui *Y*, *Ba.c.m2* quae *cet.* 9 initium (*ἀρχήν LXX*) *Y* initio *cet.* suarum] *add.* et *s.l.m2B* 10 saecula ς 12 produceret ℌ producerentu. *Y* 13 formarentur *O* generat (*γεννᾷ LXX*) *Ya.c.* generauit *cet.* 16 adonai *Y* canani ς caynan *O* canan *cet.* bresyth *O* bresit *Y* dercho *B* derco *O* dergo *Y*ℌ 17 initium *YB* (*cf. l. 9*) initio *cet.* 21 legis ℌ*B* tropologye *O* tropologiam ℌ 22 formarentur *O* 23 in *s.l.Y*, *om. O* anime nostre *O* 24 formarentur *O* 25 fingere*tur *O* 26 tebel *Y* *OIKOYMEN* ℌ oyk(o *s. l.*)ymene *O* 27 formaretur *O*

anima, non deserta, quae hospitem meretur deum dicente saluatore: ego et pater meus ueniemus et mansionem
7 faciemus apud eum. illud autem, quod et Hebraicum habet et omnes alii interpretes: antequam montes nascerentur et parturiretur terra, manifeste ad tropologiam nos trahit. neque enim montes et cetera natiuitatem parturitionemque recipiunt, sed conditionem. ex quo liquido demonstratur sanctos quoque excelsasque uirtutes dei semper misericordia procreari.

7. *Conuertes hominem usque ad contritionem et dicis: reuertimini, filii Adam.* Septuaginta: ne auertas hominem in humilitatem, et dixisti: conuertimini, filii hominum. iuxta Hebraicum quod dicitur, hoc est: o deus, qui hominem condidisti et ab initio eius es refugium et habitatio, conuertes eum usque ad contritionem; fecisti eum atque plasmasti, ut contereretur in morte et uas tuum extremo uitae suae tempore frangeretur; cui cum immineat ista condicio, ut ortus intereat et, quamuis longo uixerit tempore, tamen fine dissoluatur extremo, cotidie ei loqueris per prophetas: reuertimini, filii Adam, qui uestra culpa
2 offendistis deum et de inmortalibus facti estis mortales. praecipientis enim audire noluistis imperium: de omni ligno, quod est in paradiso, comedes; de ligno autem sciendi boni et mali non comedes. in quacumque enim die gustaueris de eo, morte mo-
3 rieris. porro iuxta id, quod Septuaginta transtulerunt: ne auertas hominem in humilitatem, et dixisti: conuertimini, filii hominum, hunc habet sensum:

2 *Ioh. 14, 23 4 *Ps. 89, 2 10 *Ps. 89, 3 12 Ps. 89, 3 20 *Ps. 89, 3 22 *Gen. 2, 16—17 26 Ps. 89, 3

1 anima mea (*eras.*) *O* meretur habere *O* 2 meus *om. O* 3 apud eum faciemus *O* et *s.l.Y*, *om.*ℌ 4 alii *om.* ℌ 5 terra* *O* trophologiam *B* 6 cetera] terra ς 8 sanctas *Yp.c.m2* quosque (que *s.l.m2*) *O* 11 dices ℌ 14 dicitur Yℌ dicit *cet.* 16 mortem *Y* 18 condicio *Y*— tio *cet.* 21 offenditis (tis *in ras. m2B*) *OB* 22 enim *om.Y* nol. aud. ς 24 scientiae *O* non] ne *O* comedas *OB* quocumque ς 26 iuxta id] illud ς id *add. m2B* 27 humilitate *Y*

obsecro, ut hominem, quem ad tuam imaginem et similitudinem condidisti et tanto eum honore dignatus es, ut de seruo filium nuncupares, ne eum humilies peccato perpetuo, ne super illum uigeat antiqua sententia: terra es et in terram ibis. tu enim nobis paenitentiam permisisti dicens: nolo mortem 4 peccatoris, tantum ut reuertatur et uiuat; tu dixisti omnium sanctorum tuorum eloquio: conuertimini — siue reuertimini —, filii hominum, ad clementissimum patrem, qui occurrit uenientibus et signum, quod suo uitio perdiderunt, offert et stolam incorruptionis largitur antiquam.

8. *Quia mille anni in oculis tuis ut dies hesterna, quae [praeteriit] transiit, et uigilia nocturna* siue *in nocte.* qui per prophetas semper nos ad paenitentiam prouocas dicens: reuertimini, filii hominum, petimus — ut ante iam dixi —, ne facias hominem sempiterna humilitate retineri. nec putamus longum esse, quod promittis, et salutem nobis post tempora multa tribuendam. aeternitati comparata breuis est omnium temporum longitudo. in conspectu enim tuo mille anni quasi una dies reputantur. statimque se ipse repre- 2 hendit: male dixi 'unam d'em' et unius diei spatio mille annorum apud te longitudinem comparari, cum magis debuerim dicere unius uigiliae spatium instar habere mille annorum prolixitatem. nox in quattuor uigilias diuiditur, quae singulae trium horarum spatio subputantur. unde et dominus quarta uigilia ad nauigantes uenit apostolos. sicut igitur una noctis uigilia cito pertransit — maxime uigiliarum labore defessis —, sic et mille annorum spatia apud te, qui semper es et futurus es et fuisti, pro breuissimo tempore computantur. quodque infert: sicut dies hesterna, quae 3

1 cf. Gen. 1, 26 4 *Gen. 3, 19 5 *Ezech. 33, 11 7 Ps. 89, 3 9 cf. Luc. 15, 20 et 22 11 *Ps. 89, 4 14 *Ps. 89, 3 19 cf. II Petr. 3, 8 24 cf. Matth. 14, 25; Marc. 6, 48 28 *Ps. 89, 4

2 tantum ϧ,*Bp.c.m2* honorare *Y*ϧ*B* 3 illum] eum *O* 5 pro nobis *O* paen. perm. *scripsi* pae(poe *Y*)n. prom. *Y*ϧ prom. poen. *O* pacientiam prom. *B* 6 conuertatur *OB* 7 tu enim *O* 9 uicio suo *O* perdiderint *B* 10 aeternam ϧ 11 ante oculos tuos ϧ ut] uelut *Yp.c.* 12 praeteriit *seclusi, add.* uel ς transit *YO* et] ut *Y* et ut ς 15 in hum. semp. *O* 16 nec enim ς putemus *B* 17 et *om.* ς aet. enim *Y* 19 reputatur *O*ϧ 21 computari *O* 22 *instar *B* 24 ad] et *B* 25 igitur *om. O* pertransiit ς 27 conp. *Y*

praeteriit, iuxta illud apostoli sentiamus, quod scribit ad Hebraeos: Iesus Christus heri et hodie, ipse et in sempiternum. ego arbitror ex hoc loco et ex epistula, quae nomine Petri apostoli scribitur, mille annos pro una die solitos appellari, ut scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex milibus annorum tantum credatur subsistere et postea uenire septenarium numerum et octonarium, in quo uerus exercetur sabbatis-
4 mus et circumcisionis puritas redditur. unde et octo beatitudinibus bonorum operum praemia promittuntur. scribit autem Petrus hoc modo: unum hoc ne uos praetereat, dilectissimi, quia una dies apud dominum quasi mille anni et mille anni quasi unus dies. non moratur dominus in promisso, ut quidam moram aestimant.

9. *Percutiente te eos somnium erunt, mane quasi herba transiens. mane floruit et abiit, ad uesperam conteretur atque siccabitur.* Septuaginta: quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt. mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat, uespere decidat, induret et are-
2 scat. iuxta Hebraicum hic sensus est: multum conuersioni nostrae contulit et saluti, quod omnis uita mortalium quasi somnium ita ueloci morte contracta est, quae in similitudine florum atque faeni in eodem paene tempore siccatur et deperit. percutiente, inquit, te eos, id est homines; et illo sermone completo: stulte, hac nocte repetent animam tuam a te; quae autem praeparasti, cuius erunt? omnis humana
3 condicio somnio comparabitur. sicut enim mane uirens herba et

2 *Hebr. 13, 8 3 cf. II Petr. 3, 8—9 7 cf. Hebr. 4, 9 8 cf. Matth. 5, 3—10 10 *II Petr. 3, 8—9 15 *Ps. 89, 5—6 18 Ps. 89, 5—6 24 *Ps. 89, 5 25 *Luc. 12, 20

3 ergo ς 4 inscribitur *Bp.c.m2*ς 7 excercetur *O* 10 uos ne ς uos non *O* 11 deum *O* 12 una ϧ 13 moram (= *βραδυτῆτα*) *scripsi* mora *B* morare *Y* morari *O*ϧ 14 estimant *O* exaestimant *Y* existimant ϧ*B* 15 te *s.l.m2B*, *om.Y* 18 Sept. *om. O* 21 iuxta uerbum hebr. *B* conuersationi *O* 22 et *s.l.O* 23 similitudinem *Y* foeni *Y* feni *OB* 24 in *om.* ς eodem] *add.* quidem *O* tempore pene *O* poene *Y* pene *OB* et] atque ς 25 te inquit ς conpl. *Y* 26 ac *YOB* a te *om.* ϧ 27 parasti *Y* 28 conditio *O*ϧ*B*

suis floribus uernans delectat oculos contemplantium paulatimque marcescens amittit pulchritudinem et in faenum, quod conterendum est, uertitur, ita omnis species hominum uernat in paruulis, floret in iuuenibus, uiget in perfectae aetatis uiris et repente, dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur et extremo fine, quod hic dicitur uespera, id est senectute, uix moueri potest, ita ut non cognoscatur, quis prior fuerit, sed paene in alium commutetur. quid loquimur de infantiae temporibus usque ad extremam et decrepitam senectutem, cum hoc et languor faciat et inediae ⟨et⟩ maeror, ut uultus prius pulcherrimus feminarum ad tantam transeat foeditatem, ut amor in odia commutetur? super hac condicione mortalium et Isaias loquitur: omnis caro faenum et omnis gloria eius quasi flos faeni, faenum aruit, flos decidit. iuxta Septuaginta quoque similiter explanandum est: omne, quod in saeculo longum uidetur, apud te, deus, breue est. dies enim et anni, quibus humana uita contracta est, si comparentur aeternitati, reputabuntur pro nihilo. sicuti enim herba mane creuit, floruit et siccatur, ad uesperam indurescit et deperit, ita erit omnis hominum pulchritudo.

10. *Consumpti enim sumus in furore tuo et in indignatione tua conturbati sumus.* Septuaginta: quia defecimus in ira tua et in furore tuo turbati sumus. pro eo, quod nos diximus: turbati sumus; Symmachus et Aquila transtulerunt: accelerauimus; breuitatem autem uitae significat humanae. quodque intulit: in ira tua et in furore tuo, sententiae dei ostendit perseuerantiam, cui omnes homines subiacemus, illi uidelicet: terra es et in terram ibis. pulchre autem non, ut in Septuaginta continetur, turbati sumus, sed iuxta Hebraicum accelerauimus dicitur, ut, quamuis aetas hominum longa

12 *Esai. 40, 6—7 20 *Ps. 89, 7 22 Ps. 89, 7 28 *Gen. 3, 19

2 pulcr. *OB* foenum *O* fenum *B* 3 est *s.l.B* 5 inc. cap. *in mg. Y* 6 uespere *Y* 7 poene *Y* pene *OB* 9 et languor hoc ℌ langor *YO* 10 et *addidi, om. codd.* meror *codd.* 11 faed. ℌ*B* fed. *O* 12 conditione *O*ℌ*B* esai (a *s.l.*) s*Y* 13 foenum *YO* fenum *B* foeni *YO* feni *B* 14 foenum *OB* 15 explicandum ς 18 sicut *O* mane herba *O* uesperum *B* uesperamque ς 19 pulcr. *B* 20 enim *om. B* 25 uitae *s.l.Y* 29 cont.] habetur ς

uideatur, tamen comparatione aeternitatis breuis sit. quod et inlustris poeta testatur dicens:

sed fugit interea, fugit inreparabile tempus

et iterum:

Rhaebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est, uiximus.

11. *Posuisti iniquitates nostras coram te, neglegentias nostras in luce uultus tui.* Septuaginta: posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, saeculum nostrum in inlumi- natione uultus tui. ubi nos iuxta Hebraicum et Symmachum posuimus: neglegentias nostras, pro quo Septuaginta saeculum transtulerunt, in Hebraico scriptum est: alomenu, quod quinta editio interpretatur: adulescentiam, Aquila *παροράσεις* et nos in linguam nostram uertere possumus
2 'errores' siue 'ignorantias'. unde dicit et in alio loco: delicta iuuentutis meae et ignorantias meas ne memineris et iterum: delicta quis intellegit? et ab occultis meis munda me, domine, et ab alienis parce seruo tuo. aliena enim a nobis sunt uitia, quae saepe uoluntate, interdum ignoratione et errore committimus, et tamen, cum non sit uoluntas in crimine, error in culpa est.
3 miror autem, cur Septuaginta uoluerint pro adulescentia, neglegentiis et erroribus siue ignorationibus 'saeculum' dicere, nisi forte eo, quod in saeculo et in uitae huius tempore uitia committantur. quodque intulit: in inluminatione siue in luce uultus tui, hunc habet sensum: nihil te nostrorum latuit peccatorum,

3 Vergil. Georg. III 284 5 Vergil. Aen. X 861 sq. 7*Ps. 89, 8 9 Ps. 89, 8 16 Ps. 24, 7 18 *Ps. 18, 13—14 26 Ps. 89, 8

1 conp. *Y* comparationi *B* 5 Rhaebe—*alt.* diu] praebeo iures si quamdiu *B* rebe *YO*ℌ 7 nostras *om. Y*ℌ 10 tuo *ex* tui *B* 13 saec. *eras. Y*; *add.* nostrum ς transt.] *add.* saeculum nostrum pro quo (pro quo *eras.*) *Y* 14 alomenum *O* adol. *O*ℌ, *Bp.c.m2* 15 nostram linguam *O* 16 dicit et] dixit ς meas *om.* ℌ*B* 19 *pr.* et *om. OB* meis *om. O* domine *om. O* 20 a *om. O* 21 quae licet sepe *B* ignorantia ℌ*B* 24 eo *om.* ς 25 comitt. *B* comit. *O* 27 habet hunc *O*

secreta quoque nostra tuus oculus inspexit iuxta illud, quod scriptum est: tenebrae non abscondentur a te et: scrutans corda et renes deus et iterum: sicut tenebrae eius, ita et lumen illius; homo enim uidet in facie, deus in corde.

12. *Omnes enim dies nostri transierunt, in furore tuo consumpsimus annos nostros quasi sermonem loquens.* Septuaginta: quoniam dies nostri defecerunt, in ira tua defecimus; anni nostri sicut aranea meditati sunt. breuitatem humanae uitae, quae sententiae dei huc usque subiecta est et quam in priori uersiculo somnio comparat dicens: percutiente te eos somnium erunt, nunc sermoni loquentium comparat, ut, quomodo sermo, qui in ore uersatur, dum profertur, intercipitur et esse desistit, sic et omnis uita nostra pertranseat atque desistat et hoc in ira et in furore dei, cui merito subiacemus uiuente in nobis, ut supra diximus, sententia dei. quae sit autem ira et furor dei, crebrius diximus, non quo deus ulciscatur iratus, sed quo patientibus poenas iratus esse uideatur. quod enim in nos ex perturbatione descendit, in illo est ex iudicii ueritate. pro 'sermone loquentis' Septuaginta 'meditationem araneae' transtulerunt. quomodo enim loquentis sermo praeteruolat, ita et opus araneae incassum texitur. de quo super persona hereticorum in Isaia scriptum est: telam araneae texunt, quae parua et leuia potest capere animalia, ut muscas, culices et cetera istius modi, a fortioribus autem rumpitur, instar leuium in ecclesia simplicumque, qui eorum decipiuntur erroribus, cum uiros in fidei ueritate robustos non ualeant obtinere. 2 3 4

2 *Ps. 138, 12 3 Ps. 7, 10 *Ps. 138, 12 4 *I Reg. 16, 7 6 *Ps. 89, 9 8 *Ps. 89, 9 12 *Ps. 89, 5 24 *Esai. 59, 5

1 oculus tuus *O* illud *om. O* 4 illius] eius *O*, ℌ *a.c.* enim] autem *O* 5 deus autem *O* 6 transierunt et *O*, *Bp.c.m2* 7 consu(ū *B*)mimus *OB* 8 sermone *Y* 9 et in *O* 10 aranea] ara *O* 12 compararat ℌ*p.c.* — rauit *O* 13 eloquentium *O* 17 uigente *B* 18 quo deus] quod *OB* ulcisc.] *add.* in nobis *O* 19 quo] quod *OB* paenas *Y* penas *B*, *om.* ℌ 23 super] sub *O* 24 script. est in Is. ς isaya *B* ysaia *O* esaia *Y* 25 huius *O* 26 simplicumque *O*ℌ*B* 28 optinere *O*

13. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem multum, octoginta anni; et, quod amplius est, labor et dolor.* Septuaginta: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus, octoginta anni; et amplius eorum labor et
2 dolor. pro eo, quod nos posuimus: in ipsis et in Hebraico habetur 'bahem', Symmachus significantius transtulit ὁλόκληροι, quod magis ad sensum quam ad uerbum transferre possumus 'uniuersi'. quicquid igitur uiuimus et in quo delectabilis est uita mortalium, septuaginta annorum spatio comprehenditur. sin autem multum et, ut interpretatus est Symmachus, contra opinionem, octoginta anni sunt; quicquid supra fuerit, morbis et infirmitate transigitur, quae est socia senectutis, caligantibus oculis, dolentibus uel cadentibus durissimis prius dentibus,
3 quod plenius diuinus sermo in Ecclesiaste describit: quando ueniunt dies malitiae et in quibus dicimus: non est nobis uoluntas; quando obscuratur sol et lux et luna et stellae et conuertuntur nubes post pluuiam; in die, qua mouebuntur custodes domus et subuertuntur uiri uirtutis cessantque molentes, quia paucae factae sunt, et obscurantur, quae uident in foraminibus, et clauduntur ianuae in foro in infirmitate uocis molentis et exurget ad uocem auis et humiliantur omnes filiae cantici et

1 *Ps. 89, 10 4 Ps. 89, 10 16 *Eccle. 12, 1—8

1 dies — 3 dolor *in mg. inf.* Y 2 sin ς multo *YB* octoginta] LXX *B* 3 quod *om.* Y est *om.* *B* 4 *pr.* LXX *s.l.Y* 6 octuaginta *Y* anni et *om.* *O* 7 Hebraeo ς 8 baen *Y* baem ς olokahro ℌ AICAOKAHPOI *B* aisaokahroy *O* 10 uite *B* 11 conpr. Y 13 octuaginta *Y* LXXX *ex* LXX *m2B* sunt anni *O* annis *Y* 14 senectututis senectus *Y* 15 cad. uel dol. ℌ prius dur. ς 16 scribit *O* quando *om.* ς 17 ueniant *Y* uenient *O* dicemus *Yp.c.* 18 obscurabitur ς 19 et luna et lux ℌ et luna *OB* conuertentur *O* 21 subuertentur ς 22 cessabuntque ς 23 obscurabuntur ς 24 claudentur ς 25 et *s.l.Y*, *om.*ℌ exurge *B* 26 auis] eius O humiliabuntur ς

quidem ab alto aspicient et pauor in uia et florebit amygdalum et incrassabitur locusta et scindetur capparis. quoniam abiit homo in domo aeternitatis suae et gyrabunt in foro, qui plangunt, quoad usque non pulsetur funiculus argenti et conteratur ornamentum auri et confringatur hydria ad fontem et impediatur rota in lacu et conuertatur puluis in terra, sicut fuit, et spiritus reuertatur ad deum, qui dedit eum. uanitas uanitatum, dixit Ecclesiastes, uniuersa uanitas. quae omnia humanae uitae et maxime senectutis miserias comprehendunt et, quem sensum habeant, in suo loco disseruimus. sunt, qui istum locum allegorice interpretantes ad sabbati circumcisionisque mysterium referunt, quod primum requiescamus in lege et postea uerae circumcisionis in euangelio sacramenta nos teneant, admonentes et illud: da partem septem et da partem octo et septuaginta milia atque octoginta milia hominum multitudines, a quibus templum sub Salomone constructum est. sed quid hoc ad praesentem locum, cui sufficit simplex et pura explanatio, quae non doctrinae gloriam in multiplicatione sermonum sed legentis debet intellegentiam quaerere?

14. *Quoniam transiuimus cito et auolauimus.* Septuaginta: quoniam superuenit mansuetudo super nos et corripiemur. pro quo in Graeco scriptum est παιδευθησόμεθα, quod uerbum ambiguum est et tam correptionem quam eruditionem doctrinamque significat. quem

13 cf. Hieron. comm. in Eccle. c. 12 17 *Eccle. 11, 2 18 cf. III Reg. 5, 15 23 *Ps. 89, 10 24 *Ps. 89, 10 27 *Hebr. 12, 6, cf. Prou. 3, 12

1 pauor (θάμβος *cod. Alex.*) *Y* ℌ pauores *cet.* 2 amigdalum *YO*ℌ amicdalum *B* amygdalus ς 3 caparis *B* abibit ς 4 domum (εἰς τὴν γῆν *LXX*) *Y* girabunt *codd.* 7 hidria *Y* ydria *O* 8 lacu (cu *in ras. m2*) *B* 9 terram *Y* 10 dominum ς eum] illum *O* 11 dicit ς et uniuersa *O* omnia ℌ 12 conpr. *Y* 15 referant ℌ quod ad (*eras.*) primum *Y* 16 ammonentes *YB* 17 *pr.* et *s.l.m2B* 18 atque] et ς 20 pura et simplex *O* 21 serimonum *B* 23 trans.] *add.* et *O* et *s.l.m2OB* uolauimus *O* 24 mans. s. nos (προαθτης ἐφ' ἡμᾶς *LXX*) *O* s. nos mans. (super nos *s.l.Y*) *YB* mans. ℌ 26 παιδ. *uarie scriptum in codd.*

enim diligit dominus, corripit — siue erudit — et fla-
2 gellat omnem filium, quem recipit. quem locum ita Symmachus transtulit: succidimur enim repente et auolamus, quinta editio hoc modo: quoniam transiuimus celeriter et dissoluimur. et est sensus: post septuaginta annos — ut multum, octoginta —, quibus hominum uita transigitur, cum anima fuerit a corpore separata, uento similes auolamus siue, quia supra herbae uirenti et florum pulchritudini et ad uesperam siccitati hominem comparat, nunc pro ariditate uesperae succisionem florum ponit. et cum pertransierit, inquit,
3 omne, quod uiuimus, subita morte dissoluimur. quod autem dixere Septuaginta: quia superuenit mansuetudo et corripiemur, hunc habet sensum: post septuaginta annos et octoginta, cum uenerit domini mansuetudo et dies nobis mortis ingruerit, non iudicabimur iuxta meritum sed iuxta clementiam et, quae putatur correptio esse, eruditio est atque doctrina. satisque miramur, quid uoluerint uerbum Hebraicum 'ais' Septuaginta, Theodotio et sexta editio transferre 'mansuetudinem', cum Aquila, Symmachus et quinta editio 'festinationem' et 'repente' 'uelociterque' transtulerint.

15. *Quis nouit fortitudinem irae tuae et secundum timorem tuum indignationem tuam?* Septuaginta: quis nouit potestatem irae tuae et prae timore tuo iram tuam dinumerare? inter Hebraicum et Septuaginta diuersa distinctio est. Septuaginta enim dinumerationem timori et furori domini copulant, porro Hebraicum sequenti aptat uersiculo, ut sequatur: ut numerentur dies nostri, sic ostende: et ueniemus corde
2 sapienti. quod breuiter ita nobis disserendum uidetur: quis

3 *Ps. 89, 10 4 *Ps. 89, 10 12 *Ps. 89, 10 21 *Ps. 89, 11 23 Ps. 89, 11 27 *Ps. 89, 12

1 et] ac ς 3 succidimus ς 4 aduolamus *B* transimus ℌ 6 ut *scripsi* et *YOB* et ut ℌ 7 segregata *O* 8 aduolamus *B* quia *ex* qui *m2B* herbae supra ℌ pulcr. *B* 10 ponit florum *O* 11 dissoluemur *Y* Sept. dix. ς 12 quia] quoniam ς superueniet ς 14 dn̄s *B* 16 adque *Ya.c.* et ς 17 quod *Y* ais] animis *O* 18 teodotio *Y* Theodotion ς 19 uelociterque] et uelociter *O* celeriterque ς 20 transtulerunt ℌ 21 et sec.—23 irae tuae *om. O* 27 aptatur ℌ 28 inueniemus *O* 29 ita] a *B*

potest nosse, quamdiu ira tua, ex qua timor nascitur humano generi, perseueret? te docente, qui deus es. itaque obsecro, ut tempus uitae nostrae indices nobis, quo possimus corde sapienti tuo nos iudicio praeparare. quod autem dicit: quis nouit fortitudinem — siue potestatem — irae tuae et secundum timorem tuum indignationem tuam?, ostendit esse difficile irae timorisque et indignationis dei secretum rationemque cognoscere. unde et propheta lacrimabiliter deprecatur: domine, 3 ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me. non enim corripit, ut interficiat atque disperdat, sed ut corrigat et emendet. quam ob rem et in Osee populo Iudaeorum, cui multum iratus est, dicit se nequaquam irasci nec uisitare nurus eorum, cum adulterauerint, et per Hiezechiel loquitur ad Hierusalem: iam non irascar tibi et zelus meus recessit a te et in uerbis Dierum sonat, quando pergit Israhel aduersum hostes in proelium corde pacifico.

16. *Ut numerentur dies nostri, sic ostende: et ueniemus corde sapienti.* Septuaginta: dexteram tuam sic notam fac mihi et eruditos corde in sapientia, quod Aquila, Symmachus et quinta editio ita uerterunt: dies nostros sic ostende, ut ueniamus corde sapienti. errorque perspicuus, cur pro 'diebus' Septuaginta 'dexteram' dixerint; 'iamenu' quippe uerbum compositum est significans 'dies nostros'. quod singulari numero si scribatur, extrema littera, quae appellatur nun, exprimit dexteram, sicut est illud in nomine Beniamin, qui interpretatur 'filius dexterae'. sin autem mem habeat, 'diem' uel 'dies' sonat. est autem sensus: 2

4 *Ps. 89, 11 8 *Ps. 6, 2 11 cf. Os. 4, 14 14 *Ezech. 16, 42 15 cf. *I Par. 12, 38 17 *Ps. 89, 12 18 *Ps. 89, 12 21 *Ps. 89, 12 26 cf. Gen. 35, 18

1 ex] et *B* 2 perseueret] *add.* nisi *Bs.l.m2*, ς; *interrogandi signum post* perseueret *posui, post* es ς 4 dixit ς 9 tuo *om.YB* 12 Iud. *om.*ℌ 13 iezechihel (c *s.l.*) *Y* ihezechiel ℌ ezechiel *OB* Ezechielem ς loquitur *om.Y* 16 praelium *O*ℌ*B* 17 nostri *B* anni *cet.* 19 sic] ita ς mihi *om.O* 21 ita] sic ς 22 persp.] *add.* est *s.l.* (*postea eras.*) *B*, ς 23 iamī *O* 24 quod in ς 25 si] *hic incipiunt ADC; titulos codicum AC* (*D titulo caret*) *uide supra p. 269* si] frater karissime cypriane, scito praenoscens, quia, si (quia si *ex* quasi *m2A*) *ADC* nun] num *D* 26 filii *D*

numerum annorum dierumque nostrorum, quos in hoc saeculo nos uiuere decreuisti, ostende nobis, ut praeparemus nos aduentui tuo et contempto errore mortalium ad te pergere festinemus cupiamusque praesentiam tuam et ad te festinemus corde sapienti. nihil enim ita decipit humanum genus, quam, dum ignorant spatia uitae suae, longiorem sibi saeculi huius possessionem repromittunt. unde et illud egregie dictum est: nullum tam senem esse et sic decrepitae
3 senectutis, ut non se adhuc uno plus anno uiuere suspicetur. ad hunc sensum pertinet et illud, quod dicitur: m e m e n t o m o r t i s t u a e e t n o n p e c c a b i s. qui enim se recordatur cotidie esse moriturum, contemnit praesentia et ad futura festinat. hoc est, quod et Dauid in alio loco precatur dicens: n e a u f e r a s m e i n d i m i d i o d i e r u m m e o r u m, p r i u s q u a m a b e a m e t n o n s u b s i s t a m. quod ita exponitur: ne eo tempore facias me mori, quando adhuc me putabam esse uicturum
4 et peccata corrigere paenitentia. si enim hoc feceris, inuentus in delictis meis esse cessabo, non quo spem resurrectionis neget, sed quod deo se neget posse subsistere, apud quem omnes, qui in uitiis perseuerauerint, pro nihilo computantur. ubi nos interpretati sumus: e r u d i t o s c o r d e i n s a p i e n t i a, alii transtulerunt c o m p e d i t o s uerbi ambiguitate decepti. si enim dicas *πεπεδημένους*, compeditos significat.

17. *R e u e r t e r e, d o m i n e, u s q u e q u o? e t e x o r a b i l i s e s t o s u p e r s e r u o s t u o s.* Septuaginta similiter. quia agimus paenitentiam et scientes uitae nostrae breuitatem ad te corde sapienti cupimus peruenire, et tu, domine, reuertere ad

7 cf. Cicero, Cato M. 24 9 *Eccli. 7, 36 (40)] 12 *Ps. 101, 25 13 *Ps. 38, 14 20 Ps. 89, 12 21 *Ps. 89, 12 23 *Ps. 89, 13

1 quos] quibus *O* 2 ostendere *B* 3 contemto *Y* cupiemusque (que *ex* quae *A*) *Aa.c.m2D* 5 decepit *Y* decipi *D* quam cum ℌ quod dum *O* quam quod dum *Bp.c.m2* quamuis *D* spatium ℌ 8 senect.] aetatis *C* ad hunc] adhuc *C* 9 mortis] diem mortis *O* uirtutis *A* 10 cotidie rec. *O*ℌ cott. *A* quot. ς 11 contempnit *codd. praeter D* et *s.l.m2B* 12 et *om.C* prec. loco *C* non *O* auferat *D* 13 a me *B* 14 habeam *DB,Oa.c.* 15 put. me esse uict. *O* put. me uict. *C* me uiuere put. *B* 16 et] ut possim ς enim] autem ℌ 17 cess.] desistam *C* quo] quod *D* 18 quod] quo *C*ℌ, *B in ras. m2* deo *scripsi* eo *AYCO*ℌ, *Da.c.m2* in eo *Dp.c.m2*, *om. B* (*in mg. m2* apud eum) coram eo ς 19 perseuerant *YB* conp. *AD* 21 *πεπαιδευμένους AYDO—νοις C—νου B* pepaiacymenoie ℌ

nos. peccatis enim nostris longe recesseras et dimiseras nos, ut ambularemus secundum uoluntatem et cogitationes nostras. quod autem infert usque quo, illam habet intellegentiam, quam in duodecimo psalmo diximus: usque quo, domine, obliuisceris me in finem? qui enim in angustia constitutus est, serum ei dei uidetur auxilium et propterea inpensius deprecatur, ut cito adiutorem dominum sentiat et nequaquam iratum iudicem, sed placatum.

18. *Imple nos matutina misericordia tua et laudabimus et laetabimur in cunctis diebus nostris.* Septuaginta: repleti sumus mane misericordia tua et exultauimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris. in cunctis paene locis hanc habent Septuaginta consuetudinem, ut, quod apud Hebraeos in futurum ostenditur, hoc illi quasi iam factum et praeteritum referant. hic ergo non, ut illi uoluerunt, dicunt se impletos esse matutina misericordia dei atque laetatos — alioquin, si hoc factum erat, quomodo postea deprecantur et dicunt: respice in seruos tuos et in opera tua? — sed totum, quod postulant, ideo deprecantur, ut mereantur matutinam misericordiam eius, quam cum fuerint consecuti, laudent eum atque laetentur in cunctis diebus uitae suae. uidetur autem mihi resurrectionis spem et aeternae uitae praemia deprecari dicens: imple nos matutina misericordia tua. quod quidem et uicesimi ⟨primi⟩ psalmi titulus sonat, qui proprie ad mysterium domini et ad resurrectionem eius pertinens inscribitur: pro assumptione matutina.

4 Ps. 12, 1 9 *Ps. 89, 14 11 *Ps. 89, 14 18 Ps. 89, 16 23 *Ps. 89, 14 26 *Ps. 21, 1

1 a peccatis *Yp.c.* 2 uol.] duritatem *C* 3 infertur usque *O* infestusque *Da.c.m2* 4 legimus ς 5 mei *CO* 6 uid. dei *COB* propt.] ideo *O* 7 dom. adi. *O* 8 placatum inueniat *C* 9 imple, domine, nos *C* 14 quid *D* 15 ostendit *D* et praet. *om.O* 17 letatus est *D* alioqui ς 18 depre(ae *A*)catur *AYa.c.m2* deprecat *D* depraecabuntur (bu *del. m2*) *B* 20 ideo] deo *D* 21 eum] deum ς 22 uidete *D* uidentur ς mihi *om.D; add.* in *C* spe *O* 23 et *om.DCO* uitae aet. ℌ dicentes ς 24 quidem *om.O* primi *om. codd., add.* ς 26 assumtione *Y*

19. *Laetifica nos pro diebus, quibus afflixisti nos, et annis, in quibus uidimus mala.* Septuaginta: laetati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus uidimus mala. et Lazarus, quia receperat mala in uita sua, in sinu Abrahae aeterno quiescit gaudio. mala autem non ea appellat, quae contraria bonis
2 sunt, sed pro afflictione ponit et angustiis. quibus malis et Sarra afflixit Agar, ancillam suam, et de quibus in euangelio scribitur: sufficit diei malitia sua. quanto igitur in hoc saeculo persecutionibus, paupertate, inimicorum potentia uel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionem in futuro
3 maiora praemia consequemur. pulchre autem non dixit 'sustinuimus mala', sed 'uidimus'. quis est enim homo, qui uiuat et non uideat mortem? quae non tam ad dissolutionem corporis referenda est quam ad multitudinem peccatorum, iuxta quam dicitur: anima, quae peccauerit, ipsa morietur.

20. *Appareat apud seruos tuos opus tuum et gloria tua super filios eorum.* ergo in seruis suis ipse dominus operatur opus suum nec propria, qui postulat, salute contentus est, sed quae sit gloria filiorum, id est seruorum dei.
2 filios autem non tam illos, qui de eorum stirpe generati sunt, quam discipulos debemus accipere, de quibus et Paulus loquebatur: filioli mei, quos iterum parturio. unde et Iohannes apostolus secundum merita filiorum suorum profectusque operum singulorum scribit ad paruulos, scribit ad iuuenes, scribit ad patres.

21. *Et sit decor domini dei nostri super nos et opus manuum nostrarum fac stabile super*

1 *Ps. 89, 15 3 Ps. 89, 15 5 cf. Luc. 16, 23—25 8 cf. Gen. 16, 6 9 Matth. 6, 34 13 *Ps. 88, 49 16 Ezech. 18, 4 17 *Ps. 89, 16 23 Gal. 4, 19 24 cf. I Ioh. 2, 12—14 26 *Ps. 89, 17

1 nos affl. *CO* 2 in *om.* ς 3 Sept.—4 mala *om. AC* 5 quia] qui ς mala sua *YD,Ba.c.* habrahe *D* a (ha *B*) braham *YCB* 6 ea *om.D* apellat *O* contrariae *Aa.c.* 7 adfl. *A* sara *Yɦ,OBp.c.m2* 8 quibus] quo *D* 9 igitur magis ς 11 adfl. *A* 12 consequemus *D* pulcre ɦ*B* 13 enim est *C* est *s.l.m2B* enim *om.O* 16 quam] quod ɦ 18 eorum] *add.* Septuaginta: respice in seruos tuos et in opera tua et dirige filios eorum ς 19 proprio *AYa.c., DC* 20 quae sit] quaerit *B* gloriam *B* 22 habemus *O* 25 scribit patres *D* 27 tuarum *ADɦ* supra *O*

nos et opus manuum nostrarum confirma. Septuaginta: et sit splendor domini dei nostri super nos et opera manuum nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige. ubi sunt, qui liberi arbitrii sibi potestate plaudentes in eo se putant dei gratiam consecutos, si habeant potestatem faciendi uel non faciendi bona siue mala? ecce hic beatus Moyses post resurrectio- 2
nem, quam postulauerat dicens: imple nos matutina misericordia tua et laudabimus et laetabimur in cunctis diebus nostris, nequaquam surrexisse contentus est se et aeternae uitae praemia consecutum, sed postulat, ut decor domini dei sui sit super eos, qui surrexerint, et splendeat in animabus cordibusque sanctorum et opera manuum eorum ipse dirigat faciatque esse perpetua ipseque confirmet, quicquid in sanctis uidetur boni. sicut enim humilitas deprecantis meretur praemia, ita superbia confidentis dei auxilio deseretur.

2 Ps. 89, 17 8 *Ps. 89, 14

1 tuarum *AYD*ℌ 3 nos *om.B* 5 qui] *add.* de *s.l.m2B* libri *B* potestatē *Y* putant se ς 6 gratiam dei ℌ faciendi] *add.* siue ℌ 7 moyses beatus *O* 8 nos in *AC* 9 et laet. *s.l.B* 10 surrexisse *del. m2B* se surrexisse ℌ resurrexisse *O* contemptus *D* 11 se et *scripsi* s∗e∗*A* se *in ras. m2B* sed *DCO*ℌ et *Y* consecutus *O* sed *om. O* 12 resurrexerint *ACO* et splendeant *Aa.r.* explendeant *D* 13 eorum *s.l.m2B* m(*eras.*)eorum *A* 14 diligat *D* ipsiquae *Aa.c.* ipsi qui *D* quidquid *Aa.r.CO* 15 enim *om. D* 16 confitentis *ADC* contempnentis ℌ deseritur *O ; add.* explicit ad cyprianum prbm *Y*

CXLI.

AD AUGUSTINUM.

Domino sancto ac beatissimo papae Augustino Hieronymus.

1 Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo, quo decet, honore ueneratus sum et habitantem in te dilexi dominum saluatorem, sed nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus et plena complemus, ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam praeterire patiamur, qui contra flantes uentos ardore fidei perstitisti maluistique, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis
2 quam cum pereuntibus commorari. scit, quid dicam, prudentia tua. macte uirtute, in orbe celebraris. catholici te conditorem antiquae rursum fidei uenerantur atque suscipiunt et — quod signum maioris gloriae est — omnes heretici detestantur et me pari persequuntur

9 cf. Gen. 19, 14

$\mathfrak{P}$ = *Escorialensis & I. 14 s. VIII—IX.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ʒ = *Parisinus lat. 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
l = *Vaticanus lat. 341 s. X—XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

Haec epistula est inter Augustini epistulas CXCV (pars IV, p. 214 Goldbacher); de titulo cf. adnot. ad epist. LXVII

3 sancto atque beat. *lB* sancto et beat. ʒ*Φ* merito honorabili multumque preferendo $\mathfrak{P}$ papa *Aa.c.m2* 4 omne *Φ* quod (d *eras. M*) $\mathfrak{P}$*DMΦ* docet ʒ 6 sed] si ʒ comolo *Φ* add. al. $\mathfrak{P}$ adicimus *lB* conplemur *D* 7 ut] et *Φ* ita ʒ tui *ex* tu ʒ mentionem ʒ*C*, *ADMa.c.* ne unam] neunem ʒ ne una $\mathfrak{P}$ quidam *Φ* hora $\mathfrak{P}$ʒ 8 quia *Φ* f*lantes *C* perstetisti *Aa.c.m2C* prestitisti $\mathfrak{P}$ prestetisti ʒ 9 que *ex* quae *A*, *om. Φ* solum *A*ʒ*DC*,*Mp.c.* 10 qua ʒ pereunt.] *add.* sodomitis $\mathfrak{P}$, *Bs.l.m2* prudentia*M 11 maste *D* in acte *Φ* a uirtute *Mp.c.m2* in orbe *om.D* urbe *Aa.c.m2*ʒ*MΦCl* celebrari *D* catholica *Φ* 12 rursus ʒ sursum *D* suspiciunt *Mp.c.m2*ς 13 gloria ee ʒ gloria est *C* est gloriae $\mathfrak{P}$*Φ* te(*s.l.*)detestantur *M* pari *s.l.m2M* persequantur *Φ* insecuntur $\mathfrak{P}$

odio, ut, quos gladiis nequeant, uoto interficiant. incolumem et mei memorem te Christi domini clementia tueatur, domine uenerande et beatissime papa.

CXLII.

AD AUGUSTINUM.

Multi utroque claudicant pede et ne fractis quidem ceruicibus 1
inclinantur habentes affectum erroris pristini, cum praedicandi eandem non habeant libertatem. sancti fratres, qui cum nostra sunt paruitate, praecipue sanctae et uenerabiles filiae tuae, suppliciter

1 ut] us ʒ nequeunt *Ap.c.m2Mp.c.*𝔓*l* incol.—3 papa] *pro his uerbis praebet* 𝔓 *epist. CXLII non separatam, mutilam et sententiarum ordine turbato, scilicet:* capta hierusalem (*p. 292, 2*)—sempiterna (*p. 292, 5*), multi utroque (*p. 291, 6*)—libertatem (*p. 291, 8*), fratres tuos (*p. 292, 1*)—coronam tuam (*p. 292, 2*) incolomem *AΦ* incolumen ʒ*M; add.* te *Φ* 2 xpe *C* domini] dei nostri *Φ* tueat. cl. *Φ* ueneranda *Φ* 3 pape *Φ; add. epist. CXLIIa* capta hierusalem (*p. 292, 2*) *usque ad* sempiterna (*p. 292, 5*) *B* item post subscriptionem multi utroque (*epist. CXLII p. 291, 6*)—precor (*p. 292, 2*) *Φ*

𝔓 = *Escorialensis & I. 14 s. VIII—IX* (*inuerso ordine, ita ut posterior pars* capta—sempiterna *praecedat superiorem*).
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ʒ = *Parisinus lat. 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
Φ = *Guelferbytanus 4156 s. IX—X* (*continet tantum superiorem partem* multi utroque—precor).
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
l = *Vaticanus lat. 341 s. X—XI.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII* (*continet tantum posteriorem partem* capta—sempiterna).

Haec epistula est inter Augustini epistulas CXXIII (*pars II, p. 745 Goldbacher*). ad ipsum *AʒDC* ad eundem *M* item post subscriptionem *Φ*, *inscriptione carent cet.*

6 multi] Domino sancto ac beatissimo papae Augustino Hieronymus. Multi ς et *om.l* nec *AʒDMC* me *Φ* fratris *Φ* 7 effectum *ACl*, *om.*𝔓 pristini, cum] pristinum *C* eadem *Φ* 8 sancti—salutant *om.*𝔓 9 praecipue—tuae *om.*ʒ et] ac *ACl* uenerabilis *Φ*

2 te salutant. fratres tuos, dominum meum Alypium et dominum meum Euodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuam. capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor nec Hieremiae uult audire consilia, quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes et ibi seruitute pereat sempiterna.

CXLIII.

AD ALYPIUM ET AUGUSTINUM EPISCOPOS.

Dominis uere sanctis atque omni affectione ac iure uenerandis Alypio et Augustino episcopis Hieronymus in Christo salutem.

1. Sanctus Innocentius presbyter, qui huius sermonis est portitor, anno praeterito quasi nequaquam Africam reuersurus mea ad dignationem uestram scripta non sumpsit. tamen deo gratias agimus, quod ita euenit, ut nostrum silentium uestris epistulis uinceretis.
2 mihi enim omnis occasio gratissima est, per quam scribo uestrae reuerentiae testem inuocans deum, quod, si possit fieri, adsumptis alis columbae uestris amplexibus implicarer, semper quidem pro merito uirtutum uestrarum sed nunc maxime, quia cooperatoribus et

3 cf. Hier. 43, 2 et 7—10

1 te *om.A*ʒ*DMCl* suos ʒ*a.c.* Alypium—2 meum *om.ACl* domnum *Φ* 2 euclium *uel* eudium *Φ* nomini *Aa.c.m2*ʒ*DC* nonomine *Φ* salutis *Φ* precor] *hic desinit Φ* 3 anab ac quod onores regem ℙ 4 taphnis *Mp.c.m2* thamnes ℙ taphinis (*pr.* i *del.*) *l* taph *B* 5 ibi seruitute] abires uita te ℙ sempiterna] *add.* explicit epistula sancti hieronimi ad agustinum *M*

A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
ʒ = *Parisinus lat. 12163 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
M = *Coloniensis 60 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
l = *Vaticanus lat. 341 s. X—XI.*

Haec epistula est inter Augustini epistulas CCII (pars IV, p. 299 Goldbacher); de titulo cf. adnot. ad epist. LXVII

8 dn̄o *C* ac] ad ʒ 11 in Africam ς me *C* 13 nostrum *ex* uestrum *m2l* uinceret *l* 15 posset *Mp.c.l*

auctoribus uobis heresis Caelestina iugulata est, quae ita infecit corda multorum, ut, cum superatos damnatosque esse se sentiant, tamen uenena mentium non omittant et, quod solum possunt, nos oderint, per quos putant se libertatem docendi [hereseos] perdidisse.

2. Quod autem quaeritis, utrum rescripserim contra libros Anniani, pseudodiaconi Celedensis, qui copiosissime pascitur, ut alienae blasphemiae uerba friuola subministret, sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre nostro Eusebio presbytero suscepisse non ante multum temporis et exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctae et uenerabilis filiae uestrae Eustochiae ita doluisse, ut propemodum contemnendos putarem. in eodem enim luto haesitat et exceptis uerbis tinnulis atque emendicatis nihil aliud loquitur. tamen multum egimus, ut, dum epistulae meae 2 respondere conatur, apertius se proderet et blasphemias omnibus patefaceret. quicquid enim in miserabili illa synodo Diospolitana dixisse se denegat, in hoc opere profitetur; nec grande est ineptissimis naeniis respondere. si autem dominus uitam tribuerit et notariorum habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis respondebimus, non ut conuincamus heresim emortuam, sed ut inperitiam atque blasphemiam nostris sermonibus confutemus. meliusque hoc faceret sanctitas tua, ne compellamur contra hereticum nostra laudare. sancti filii communes Albina, Pinianus et Melania pluri- 3 mum uos salutant. has litterulas de sancta Bethleem sancto pres-

11 cf. Terent. Phormio 780

1 actoribus *AC* celestiana ʒ celesti an *D* scelestina *AC*, *Ma.c.m2* scelestissima *Mp.c.m2* 2 cum *s.l.m2A* damnatos quae ʒ 3 om(omm *A*)ittunt *ADC*, *Ma.c.lp.c.m2* mittunt *la.c.m2* emittunt ʒ 4 docendae *lp.c.m2*ς hereseos *seclusi* (*loco Cic. Tusc. disp. V 25, 70 a Goldbachero comparato manifestus soloecismus nequaquam defenditur*) 5 quaeratis *la.c.m2* rescripserimus ʒ rescripserint *A* liberos *C* 6 aniani *A*ʒ*Ml* animi *C* celendensis *l* parcitur *l* 7 aliae ʒ 9 ante *Mp.c.* autem *cel.* 10 eustachiae *Ma.c.m2* eusthocie *D* eusthochi ʒ eustochii ς 11 doluisse *ex* docuissent *M* 12 uerbi stimulis ʒ 13 aegimus *an* agimus *incertum C* 14 blapsemias *C; add.* suas ς 15 illa miserabili ς sydono *A* diospolitane (*pr.* i *exp. et* e *corr. m2 in* a) *A* 16 se *om.* ʒ negat *l* confitetur ς 17 nemis *C* nimis *ex* neniis *m2A* 20 blasphemiam eius ς blasphemias *Aa.c.m2* hoc] ho ʒ 21 tuas(s *exp.*) *A* uestra ς nr̄m *D* 22 sanctę filię *Mp.c.m2* picnianus (c *exp.*) *A* pianus *Ma.c.* apinianus ʒ 23 litteras ʒ betelem ʒ

bytero Innocentio tradidi perferendas. neptis uestra Paula miserabiliter deprecatur, ut memores eius sitis, et multum uos salutat. incolumes uos et memores mei Christi, domini nostri, tueatur clementia, domini uere sancti atque omnium affectione uenerabiles patres.

CXLIV.

EPISTULA AUGUSTINI AD OPTATUM, EPISCOPUM MILEUITANUM.

Domino beatissimo sinceriterque carissimo et desiderantissimo fratri et coepiscopo Optato Augustinus in domino salutem.

1. Per religiosum presbyterum Saturninum tuae uenerationis litteras sumpsi hoc a me magno studio, quod nondum habeo, flagitantis. sed cur hoc feceris, causam mihi aperuisti, quod scilicet
2 credas de hac re mihi consulenti iam fuisse responsum. utinam ita esset! absit, ut te, cuius expectationem auidissimam nouerim, huius muneris communicatione fraudarem! sed, si quid credis, frater carissime, quinque ferme anni ecce euoluti sunt, ex quo in orientem misi librum non praesumptionis sed consultationis meae et adhuc rescripta non merui, quibus mihi enodaretur haec quaestio, in qua me cupis ad te certam ferre sententiam. utrumque ergo misissem, si utrumque haberem.

2. Hoc autem, quod habeo, sine altero, quod nondum habeo, cuiquam me iam debere mittere uel edere non uidetur, ne ille, qui mihi fortasse, ut desidero, responsurus est, interrogationem meam dispu-

1 dedi ς nepotis *C* 2 depcetur ʒ precatur ς eius—3 memores *om.D* uos *om.AʒMC* 3 dom. n. Iesu Chr. ς 4 omni *Mp.r.*ς

Go = *Gottvicensis 14 (33) s. XII.*
Eug = *Eugippii Excerpta ex operibus S. Augustini p. 1068, 25—28 Knoell = p. 297, 24—27 huius ed. et p. 1068, 30—1071, 25 Knoell = p. 302, 20—305, 15 huius ed.*

Haec epistula est inter Augustini epistulas CCII A (pars IV, p. 302 Goldbacher).
incipit eiusdem alia epła ad eundem scda de * eadem re *Go*

8 desideratissimo ς 14 ut te *ex* uite *aut* inte *Go* 15 communicationem ς 19 me *om.Goa.c.* ego ς 22 me debere iam *Goa.c.* debere me iam ς 23 disceptatione ς

tatione operosissima elaboratam sine sua responsione, quae adhuc desperanda non est, per manus hominum notitiamque diffundi iure suscenseat idque iactantius quam utilius fecisse me iudicet, quasi ego potuerim quaerere, quod ille non potuerit enodare, cum forsitan possit idque dum faciat, expectandus sit; magis enim scio, quod aliis occupatur, quae minime differenda sunt plurisque pendenda.

3. Quod ut tua quoque sanctitas nouerit, adtende paulisper, quid mihi alio anno per ⟨per⟩latorem, per quem scripseram, remeantem scripserit; nam hoc ex eius epistula in istam transtuli: *incidit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent et iuxta Appium canina exerceretur facundia. itaque duobus libellis tuis, quos nomini meo dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus ad tempus respondere non potui, non quod quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta beatum apostolum 'unusquisque in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic'. certe, quicquid dici potuit et sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. sed quaeso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. ceterum aemuli et maxime heretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari tuaque dicta quasi mea defendere*

9—296, 7 = epist. CXXXIV, cap. 1 12 cf. Sallust. hist. fr. II 37 Dietsch 18 Rom. 14, 5 19 *I Cor. 7, 7

3 susc.] succ. ς 5 exspectandum ς 7 palisper *Goa.c.* 8 quod ς per perlatorem *Goldb.* (*cf. locos ab eo citatos*) per latorem *Go* 12 et *ex epist. CXXXIV Goldb.* ne *Go* 14 meo nomini *epist. CXXXIV*, ς dedicasti *ex* dedi *Go* 16 quod] quo *epist. CXXXIV*, ς 18 beatum *om.* ς 19 abundat ς 20 et tam subl. *epist. CXXXIV sec. Goldb.* 29 suspicere *uel* te suspicere ς

— certe et in dialogo, quem nuper edidi, beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum — magisque demus operam, ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat paenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

4. Cernis nempe, uenerande frater, haec mei carissimi uerba
* inquisitioni meae reddita non eam negasse responsionem sed excusasse de tempore, quod in alia magis urgentia curam cogeretur inpendere. uides etiam, quam beniuolum animum erga me gerat quidue commoneat, ne scilicet, quod inter nos salua utique caritate ac sinceritate amicitiae eruditionis causa facimus, calumnientur
2 aemuli et maxime heretici de animi rancore descendere. proinde, si utrumque opus nostrum, et ubi ego inquisiui et ubi ipse ad inquisita responderit, homines legerint, quia etiam oportet, ut, si eadem quaestio secundum eius sententiam sufficienter fuerit explicata, me instructum esse gratias agam, non paruus erit fructus, cum hoc exierit in notitiam plurimorum, ut minores nostri non solum sciant, quid de hac re sentire debeant, quae inter nos diligenti disceptatione discussa est, uerum etiam discant exemplo nostro deo miserante atque propitio, quem ad modum inter carissimos fratres ita non desit alterna inquisitionis gratia disputatio, ut tamen maneat inuiolata dilectio.

5. Si autem scriptum meum, ubi res obscurissima tantum modo legitur inquisita, sine illius rescripto, ubi forsitan apparebit inuentum, emanarit latiusque pergat, perueniat etiam ad illos, qui comparantes, ut ait apostolus, semet ipsos sibimet ipsis non intellegunt, quo animo a nobis fiat, quod ipsi eo animo facere nesciunt, et uoluntatem meam erga honorandum pro suis ingentibus meritis dilectissimum amicum non sicut eam uident — quando nec uident — sed sicut eis libitum est et sicut odio suo dictante suspicantur, exponent. quod profecto, quantum in nobis est, cauere debemus.

1 cf. Hieron. dial. adu. Pelag. III 19 28 cf. II Cor. 10, 12

1 tuae beat. ς 2 ut indignum *Goa.c.* 9 eum *Go* 11 quam *om.Goa.c.* 23 altera *Goa.c.*, ς gratie *Goa.c.* 27 emanaret *Goa.c.* que *om.* ς pergit *Goa.c.* 29 quod] quo ς 31 dilectissimumque *Goa.r.* quando] quomodo ς

6. At si forte, quod per nos innotescere nolumus, etiam inuitis nobis eis, quibus nolumus, innotuerit, quid restabit nisi aequo animo habere domini uoluntatem? neque enim hoc scribere ad quemquam deberem, quod semper latere uoluissem. nam si — quod absit — aliquo uel casu uel necessitate numquam ille rescripserit, procul dubio nostra consultatio, quam ad eum misimus, quandoque manifestabitur nec inutilis legentibus erit, quia, etsi non illa inuenient, quae requirunt, inuenient certe, quem ad modum sint inquirenda nec temere adfirmanda, quae nesciunt, et secundum ea, quae ibi legerint, consulere etiam ipsi, quos potuerint, studiosa caritate, non discordiosa contentione curabunt, donec aut id, quod uolunt, reperiant aut ipsa inquisitione aciem mentis exerceant, ut ulterius inquirendum non esse cognoscant. nunc tamen, quam diu iam 2
consulti amici nondum est desperanda responsio, edendam non esse consultationem nostram, quantum quidem in nobis est, puto, quod persuaserim dilectioni tuae, quamquam et ipse non eam solam poposceris, sed adiunctam etiam eius, quem consului, responsionem tibi desideraueris mitti, quod utique facerem, si haberem. si autem, 3
ut uerbis tuae sanctitatis utar, quae in tua epistula posuisti, 'sapientiae meae lucidam demonstrationem, quam mihi pro merito', ut scribis, 'uitae meae auctor lucis attribuit', non ipsam dicis consultationem et inquisitionem meam, sed mihi iam eius rei, quam quaesiui, prouenisse inuentionem putas et ipsam potius poscis ut mittam, facerem, si ita esset, ut putas. ego enim adhuc, fateor, non inueni, quem ad modum anima et peccatum ex Adam trahat — unde dubitare fas non est — et ipsa ex Adam non trahatur, quod mihi diligentius inquirendum quam inconsultius adserendum est.

7. Habent litterae tuae 'nescio quot senes et a doctis sacerdotibus institutos uiros, quos ad tuae modicitatis intellegentiam assertionemque ueritate plenissimam reuocare non poteras', nec tamen exprimis, quaenam sit assertio tua 'ueritate plenissima', ad quam senes et a doctis sacerdotibus institutos uiros reuocare non poteras. si enim hoc tenebant uel tenent hi senes, quod a doctis 2
sacerdotibus acceperunt, quomodo tibi rustica et minus instructa clericorum turba molestias generauerat in his rebus, in quibus

19.28 ex Optati Mileu. epist. ad Augustinum

3 hoc *om.Goa.c.* 7 nec *ex* ne *Go* 9 secundum] dum ς 10 poterint ς 12 exercent *Go* ut *ex* aut *Go* 17 quem *ex* quam *Go* 18 desiderabaris *Goa.c.*

a doctis sacerdotibus fuerat instituta? si autem senes isti uel turba clericorum ab eo, quod a doctis sacerdotibus acceperat, sua prauitate deuiabat, illorum potius auctoritate fuerat corrigenda et a tumultu
3 contentiosissimo comprimenda. sed rursus, cum dicis 'te nouellum rudemque doctorem tantorum ac talium episcoporum traditiones timuisse corrumpere et conuertere homines in meliorem partem ob defunctorum iniuriam formidasse', quid das intellegi, nisi quod illi, quos corrigere cupiebas, doctorum atque magnorum iam defunctorum episcoporum traditiones nolendo deserere nouello rudique doctori adquiescere recusabant? qua in re de illis interim taceo, tuam uero assertionem, quam dicis esse ueritate plenissimam, uehementer scire desidero; non ipsam dico sententiam sed eius assertionem.

8. Inprobari enim abs te eos, qui adfirmant omnes animas hominum ex illa una, quae protoplasto data est, per generationum successionem propagari atque traduci, sufficienter quidem in nostram notitiam pertulisti, sed qua ratione quibusue diuinarum scripturarum testimoniis id falsum esse monstraueris, quia tuae
2 litterae non continent, ignoramus. deinde, quid ipse pro isto, quod inprobas, teneas, legenti mihi epistulam tuam, et quam fratribus antea Caesariensibus et quam mihi nuperrime direxisti, non euidenter apparet, nisi quod uideo te credere, sicut scribis, 'deum fecisse homines et facere et facturum esse neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit et constet auctore.'
3 hoc sane ita uerum est, ut dubitare hinc nullus debeat. sed adhuc te oportet exprimere, unde faciat animas deus, quas negas ex propagine fieri, utrum aliunde — et si ita est, quidnam illud sit — an omnino de nihilo. nam illud Origenis et Priscilliani uel si qui alii tale aliquid sentiunt, quod pro meritis uitae prioris terrena atque mortalia contrudantur in corpora, absit, ut sentias. huic quippe opinioni prorsus apostolica contradicit auctoritas dicens Esau et Iacob, antequam nati fuissent, nihil operatos boni seu mali. igitur non ex toto sed ex parte nobis est tua de hac re nota sententia;

4.22 ex Optati Mileu. epist. ad Augustinum 31 cf. Rom. 9, 11

17 protulisti ς 19 continent quid ignoramus ς 20 legentiq; (?) *Goa.r.* 21 Caesareensibus ς 30 contrudantur *Vallarsius* contradantur *Go* in (*non* an, *ut Besselius adfirmat*) *Go* 32 seu] uel ς 33 sen sententia *Go*

assertio uero eius, id est unde doceatur uerum esse, quod sentis, nos penitus latet.

9. Propterea petiueram prioribus litteris meis, ut libellum fidei, quem te scripsisse commemoras eique nescio quem presbyterum fallaciter subscripsisse conquereris, mihi mittere dignareris — quod etiam nunc peto — et quid testimoniorum diuinorum huic quaestioni reserandae adhibere potuisti. dicis enim in epistula ad Caesarienses 2 'placuisse uobis, ut omnem ueritatis adprobationem etiam iudices cognoscerent saeculares, quibus ex communi deprecatione residentibus et ad fidem uniuersa rimantibus id diuinitas', ut scribis, 'misericordiae suae infusione largita est, ut maiorem adfirmationem pro suis sensibus assertionemque proferrent, quam uestra circa eos mediocritas cum ingentium testimoniorum auctoritatibus retentabat.'has ergo 'testimoniorum ingentium auctoritates' ingenti studio scire desidero.

10. Solam quippe unam causam uideris secutus, qua contradictores tuos refelleres, quod scilicet negarent esse opus dei animas nostras. quod si sentiunt, merito eorum sententia iudicatur esse damnanda. nam hoc si de ipsis corporibus dicerent, procul dubio fuerant emendandi uel detestandi. quis enim Christianus neget 2 opera dei esse corpora singulorum quorumque nascentium? nec tamen ea propterea negamus a parentibus gigni, quia fatemur diuinitus fingi. quando ergo dicitur sic etiam animarum nostrarum incorporea quaedam sui generis semina et a parentibus trahi et tamen ex eis animas dei opere fieri, ad hoc refutandum non humana coniectura sed diuina scriptura testis adhibenda est. nam de sanctis 3 libris canonicae auctoritatis potuit uobis testimoniorum suppetere copia, qua probatur deus animas facere; sed testimoniis talibus hi redarguuntur, qui opera dei esse singulas quasque animas in hominibus nascentibus negant, non hi, qui hoc fatentur et tamen eas sicut corpora deo quidem operante formari sed ex parentum propagatione contendunt. ad hos refellendos tibi diuina testimonia certa quaerenda sunt aut, si iam inuenisti, nobis, qui nondum inuenimus, cum impensissime, quantum possumus, inquiramus, mutua dilectione mittenda.

8 ex Optati Mileu. epist. ad Caesarienses

5 conqueris *Goa.c.* 6 quid] quidquid *coni. Iac. Martinus* 7 potuistis *Coa.r.* Caesareenses ς 26 de *ex* da *Go* 27 nobis ς 28 *et* 30 hii *Go* ii ς

11. Tua quippe consultatio breuis atque postrema in litteris, quas ad fratres Caesarienses misisti, ita se habet: exoro, inquis, ut me, filium uestrum atque discipulum et ad haec mysteria nuper proximeque deo iuuante uenientem, qua debetis et dignum est et qua prudentes respondere conuenit sacerdotes, informatione doceatis, utrum magis illa sit tenenda sententia, quae animam dicit esse de traduce et per occultam quandam originem ordinemque secretum in omne hominum genus ceteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere an potius ea, quam omnes fratres uestri et sacerdotes hic positi retinent et adfirmant, eligenda definitio credulitasque retinenda, quae deum auctorem uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuisse et esse et futurum esse testatur et credit. horum igitur duorum, quae consulens proposuisti, uis ut eligatur tibique respondeatur alterutrum, quod fieri deberet ab scientibus, si essent inter se duo ista contraria, ut altero electo consequenter esset alterum respuendum.

12. Nunc autem, si quispiam non alterum e duobus his eligat, sed utrumque uerum esse respondeat, id est et in omne hominum genus ceteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere et nihilo minus deum auctorem uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuisse et esse et futurum esse credat et dicat, quid huic contradicendum esse censes? numquidnam dicturi sumus: 'si ex parentibus animae propagantur, non est deus auctor omnium rerum, quia non facit animas'? respondebitur enim, si hoc dixerimus: 'ergo, quia corpora ex parentibus propagantur, non est deus auctor omnium rerum, si propter hoc dicendus est non facere corpora.' quis autem neget auctorem humanorum omnium corporum deum, sed illius dicat solius, quod de terra primitus finxit aut certe etiam coniugis ipsius, quia et ipsam de latere eius ipse

2 Optati Mil. epist. ad Caesarienses fragm.

2 caesariensenses *Goa.c.* Caesareenses ς inquit ς 3 uestrum *ex* tuum *Go* 5 uenientem me (me *exp.*) *Go* 19 que *om.* ς 27 censes *ex* censuus *Go*

formauit, non autem etiam ceterorum, quia ex illis cetera hominum corpora defluxisse negare non possumus?

13. Ac per hoc, si, aduersus quos tibi est in hac quaestione conflictus, sic adseuerant animarum ex illius unius deriuatione propaginem, ut eas iam deum negent facere atque formare, insta eis redarguendis, conuincendis, corrigendis, quantum domino adiuuante potueris. si autem initia quaedam ex illo uno et deinceps a parentibus adtrahi et tamen singulas in hominibus singulis adfirmant ab auctore omnium rerum deo creari atque formari, quid eis respondeatur, inquire, de scripturis maxime sanctis, quod non sit ambiguum nec aliter possit intellegi, aut, si iam inuenisti, ut superius postulaui, dirige et nobis. quod si te adhuc sicut me latet, 2 insta quidem omnibus uiribus eos confutare, qui dicunt animas non ex opere diuino — quod eos dixisti in epistula tua 'primum inter secretiores fabulas murmurasse, deinde propter hanc sententiam stultam atque impiam a tuo consortio et ecclesiae seruitio recessisse' — atque aduersus eos omnibus modis defende et tuere, quod in eadem epistula posuisti, 'deum fecisse animas et facere et facturum esse neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit aut constet auctore'. hoc enim de omni omnino genere 3 creaturae uerissime atque rectissime creditur, dicitur, defenditur, comprobatur. deus enim auctor uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuit et est et futurus est, quod in extrema tua ad coepiscopos nostros prouinciae Caesariensis consultatione posuisti atque, ut id potius eligerent, exemplo omnium fratrum et consacerdotum, qui sunt apud uos atque id retinent, quodam modo hortatus es.

14. Sed alia quaestio est, ubi quaeritur, utrum omnium animarum et corporum auctor effectorque deus sit, quod ueritas habet, an aliquid naturarum exoriatur, quod ipse non faciat, quae opinio prorsus erroris est, alia uero, ubi quaeritur, utrum deus animas humanas ex propagine an sine propagine faciat, quas tamen ab illo fieri dubitare fas non est. in qua quaestione sobrium te esse ac uigilantem uolo nec sic animarum propaginem destruas, ut * in heresim Pelagianam incautus incurras. nam si humanorum 2

14.18 ex Optati Mileu. epist. ad Caes. 22 cf. p. 300, 15

1 ceter.] exterorum ς 2 corpora *bis Goa.c.* 4 diriuatione *Go* 10 inquire in (*del.*) de *Go* 14 prima ς 20 omnino *ex* humano *Go* 24 Caesareensis ς 26 es] est *Goa.r.* 33 nec] ne ς 34 in *om.* ς

corporum, quorum propagatio est omnibus nota, dicimus tamen deum uereque dicimus non illius tantum primi hominis coniugumue primorum sed omnium ex illis propagatorum esse creatorem, puto facile intellegi eos, qui animarum defendunt propaginem, non ex hoc nos habere uelle destruere, quando deus animas facit, cum et corpora facit, quae de propagine fieri negare non possumus, sed alia documenta esse quaerenda, quibus hi, qui sentiunt propagari animas,
* repellantur, si eos errare ueritas loquitur, de qua re illi magis fuerant, si fieri posset, interrogandi, propter quorum iniuriam defunctorum, sicut scribis in epistula, quam mihi posteriorem misisti, in meliorem
3 partem conuertere homines formidabas. hos enim defunctos tales tantosque et tam doctos episcopos fuisse dixisti, ut eorum tradi-
* tiones timeres, 'doctor nouellus rudisque, corrumpere' uelle. itaque, si scire possem, 'tales ac tanti et tam docti' uiri istam de animarum propagatione sententiam quibus ⟨rationibus⟩ uel testimoniis adserebant**********, quam tamen in litteris ad Caesarienses datis illorum auctoritatem nequaqum respiciens inuentionem nouam et inauditum dogma esse dixisti, cum profecto, etsi error est, nouum tamen eum non esse nouerimus sed uetustum et antiquum.

15. Quando autem nos aliquae causae in aliqua quaestione non inmerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debemus, utrum dubitare debeamus. de dubiis quippe rebus sine dubitatione dubitandum est. uides, quem ad modum apostolus de se ipso dubitare non dubitet, utrum in corpore an extra corpus raptus sit in tertium caelum; siue hoc siue illud, nescio,
2 inquit, deus scit. cur ergo mihi, quam diu nescio, dubitare non liceat, utrum anima mea in istam uitam ex propagine an sine propagine uenerit, cum eam utrolibet modo a summo et uero deo factam esse non dubitem? cur mihi non sit fas dicere: scio animam meam ex opere dei subsistere et prorsus opus dei esse; siue ex propagine sicut corpus siue extra propaginem sicut illa, quae primo homini data

13.14 cf. p. 298, 4 24 *II Cor. 12, 2—3

2 congiugumue *Goa.c.* 15 quibus rat. uel test. *Goldb.* quibus uel test. *Go* quibus test. *Besselius* qualibus quibusue test. *uel* qua ratione quibusue test. *Martinus* (*cf. p. 298, 17*) 16 *lacunam indicauit Goldb.* Caesareenses ς 22 de dubiis *ex* ne duobus *Go* 26 inquit *Eug, om.Go* cur *Go* cum *Eug* 29 non sit fas *Eug* fas non sit *Go*

est; nescio, deus scit? utrum horum uis ut confirmem, * possem, si nossem. quod si ipse nosti, en habes me cupidiorem discere, quod nescio, quam docere, quod scio. si autem nescis sicut 3 ego, ora sicut et ego, ut siue per quemlibet seruum suum siue per se ipsum magister ille nos doceat, qui dixit discipulis suis: ne uelitis dici ab hominibus rabbi; unus est enim magister uester Christus, si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia nouerimus, qui nouit non solum, quid doceat, uerum etiam, quid nobis discere expediat.

16. Nam confiteor dilectioni tuae cupiditatem meam: cupio quidem et hoc scire, quod quaeris, sed multo magis cuperem scire, si fieri posset, quando praesentetur desideratus omnibus gentibus et quando regnum sanctorum futurum sit, quam unde in hanc terram uenire coeperim. et tamen illud cum ab illo, qui scit omnia, discipuli sui, nostri apostoli, quaererent, responsum acceperunt: non est uestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate. quid, si et hoc scit non 2 esse nostrum scire, qui profecto scit, quid nobis sit utile scire? et illud quidem per illum scio non esse nostrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate, utrum autem originem animarum, quam nondum scio, nostrum sit scire, id est pertineat ad nos id scire, ne hoc quidem scio. nam si saltem hoc scirem, quod nostrum non sit id scire, non solum adfirmare, quam diu nescio, uerum etiam quaerere iam desisterem. nunc autem, 3 quamuis tam sit obscurum atque profundum, ut plus illic docendi * caueam temeritatem, quam discendi habeam cupiditatem, tamen etiam hoc uolo scire, si possum. et licet multo amplius sit necessarium, quod ait ille sanctus: notum mihi fac, do-

5 *Matth. 23, 8 et 10 12 *Agg. 2, 8 16 et 19 *Act. 1, 7 28 *Ps. 38, 5

1 utrum] unum *Eug cod. Vat.* 3 scio] nescio *Eug* 4 et *Eug, om.Go* 5 ipse (*del.*) ipsum *Go* 13 sanct. fut. sit *Eug* fut. sit sanct. *Go* 14 in hanc *bis Goa.c.* 16 scire tempora *Eug* nosse tempus aut tempora *Go* 17 pater *Eug* deus *Go* in sua posuit *Eug* 18 qui profecto—nostrum scire *om.Eug* 19 nostri *Go* temp.] sicut et temp. *Eug* 20 in sua posuit *Eug* potestate] *sequitur iterum* quid si—potestate (*sed* nostrum, *non* nostri) *Go* (*exp.*) 21 nostrum] an *Eug* 22 ne *Eug* nec *Go* 25 atque *Eug* ac *Go* 27 etiam hoc uolo *Go* et hoc etiam uellem *Eug* possum *Go* possem *Eug*

mine, finem meum — non enim ait: 'initium meum' —, utinam tamen nec initium meum, quod ad istam quaestionem attinet, me lateret!

17. Uerum de ipso quoque initio meo ingratus doctori meo non sum, quod animam humanam spiritum esse, non corpus, eumque rationalem uel intellectualem scio nec eam dei esse naturam sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum in deterius commutari et a uita dei, cuius participatione beata fit, alienari potest, et aliquatenus inmortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc
2 uitam uel bene uel male sit, amittere non potest. scio etiam non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse, sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati, etsi unius diei, sicut scriptum est, fuerit uita eius super terram. ac per hoc scio ex Adam per seriem generationis sine peccato neminem nasci, unde et paruulis necessarium est per gratiam re-
3 generationis in Christo renasci. haec tam multa nec parua de initio uel origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt ad eam
* scientiam pertinentia, quae fide constant, et didicisse me gratulor et nosse confirmo. quapropter si nescio in origine animarum, utrum illas deus hominibus ex propagine an sine propagine faciat, quas tamen ab ipso fieri non ambigo, scire quidem et hoc magis eligo quam nescire, sed, quam diu non possum, melius hinc dubito, quam uelut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte con-
* trarium, de qua dubitare forte non debeo.

18. Tu itaque, mi frater bone, quoniam consulis me et uis, ut unum horum definiam, utrum animae ceterae ex illo uno homine sicut corpora per propaginem an sine propagine sicut illius unius a creatore singulis singulae fiant — ab ipso enim fieri siue sic siue sic non negamus —, patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima

12 *Hiob 14, 4—5

1 *alt.* meum—2 meum *om.Eug* utinam—2 meum *om.* ς 2 nec] nunc *Eug codd. interpolati* 5 sum] *add.* in quantum (*exp.*) *Go* eamque *Martinus* 6 rationalem *Eug* rationabilem *Go* 8 paticipiatione (*sic*, *tert.* i *del. uid.*) *Go* fit] sit ς 9 quoniam *Eug* quo *Go* 10 ammittere *Goa.c.* 12 etsi] nec si *Eug* 17 uel de origine *Eug* 18 constant *Eug* constat *Go* 20 an sine prop. *om.Eug* 23 forte *Eug, om.Go* 25 ut *Eug, om.Go* 26 ceterae omnes *Eug* 28 singulae *om.Eug cod. Vat.* *alt.* siue *Eug* seu *Go*

peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur. omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum similiter non negamus, ne in Pelagianam heresim detestabilem detestabiliter inruamus. si hoc, quod ego interrogo, nec tu scis, sine me patienter utrumque nescire, et quod tu interrogas et quod ego; si autem iam scis, quod interrogo, cum hoc etiam me docueris, tunc et illud, quod uis ut respondeam, nihil ibi iam metuens respondebo. peto ergo, ne suscenseas, quia non potui confirmare, quod quaeris, sed potui demonstrare, quid quaeras, quod cum inueneris, confirmare non dubites, quod quaerebas.

19. Et hoc quidem sanctitati tuae scribendum existimaui, qui propaginem animarum iam quasi certus inprobandam putas. ceterum si illis, qui hanc adserunt, rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quem ad modum id, quod se nosse arbitrantur, ignorent et, ne hoc adserere auderent, quanta ratione formidare deberent.

20. Sane in rescripto amici, quod huic epistulae inserui, ne te forte moueat, quod duos libros a me missos commemorauit, quibus respondere uacuum sibi tempus non fuisse respondit, unus est de hac quaestione, non ambo; in alio autem aliud ab illo consulendo et pertractando quaesiui. quod uero admonet et hortatur, ut magis demus operam, ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, illam ipsam Pelagianam heresim dicit, quam cautissime ut deuites, quantum possum, frater, admoneo, cum de animarum origine siue cogitas siue iam disputas, ne tibi subrepat esse credendum ullam prorsus animam nisi unius mediatoris non ex Adam trahere originale peccatum generatione deuinctum, regeneratione soluendum.

17 cf. p. 261, 9 21 p. 263, 7

3 heresem *Eug* detestabiliter *Eug, om.Go* 4 incurramus *Eug* 5 *pr.* et *om.Eug* 7 metuens] intuens$ 11 exist.] putaui *Eug* 12 putas] existimas *Eug* 15 quanta ratione *Eug* quantum *Go* deberent *ex* deberet *Go* deberent ostenderem *Eug* 19 aliud *Martinus* illud *Go* 25 subrepat *Martinus* subripiat *Go* 27 soluendum] *add.* explicit epła secunda ad optatum episcopum de natura et origine animae sancti augustini *Go*

CXLV.

AD EXUPERANTIUM DE PAENITENTIA.

1 Inter omnia, quae mihi sancti fratris Quintiliani amicitiae praestiterunt, hoc uel maximum est, quod te mihi ignotum corpore mente sociauit. quis enim non diligat eum, qui sub paludamento et habitu militari agat opera prophetarum et exteriorem hominem aliud promittentem uincat interiore homine, qui conformatus est ad imaginem creatoris? unde et prior ad officium prouoco litterarum et precor, ut mihi occasionem saepius tribuas rescribendi, quo 2 de cetero scribam audacius. illud autem prudentiae tuae breuiter significasse sufficiat, ut memineris apostolicae sententiae: u i n c t u s e s, inquit, u x o r i? n e q u a e r a s s o l u t i o n e m; s o l u t u s e s? n e q u a e r a s u x o r e m, id est alligationem, quae solutioni contraria est. qui igitur seruit officio coniugali, uinctus est; qui 3 uinctus est, seruus est; qui autem solutus est, liber est. cum ergo Christi gaudeas libertate et aliud agas, aliud repromittas ac propemodum in domate constitutus sis, non debes ad tollendam tunicam tecta descendere nec respicere postergum nec aratri semel

7 cf. Gen. 1, 26—27 11 *I Cor. 7, 27 17 cf. Matth. 24, 17—18 18 cf. Luc. 9, 62

$\mathfrak{A}$ = *Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
Σ = *Turicensis Augiensis 41 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*

ad ex(xs *A*)uperantium de pae(e *A*)nitentia $\mathfrak{A}A$ ad ex(xs $\Sigma a.r.$)uperantium $J\Sigma DC$; *Hieronymi nomen exhibent tituli in* $\mathfrak{A}$ (eiusdem) *ADC*

3 fratres *A* quintiani $\mathfrak{A}A$ quintiliane *Da.c.* 4 maximum (maxi *s.l.*) Σ 5 mente *s.l.J* diligit *C* palude(di $\Sigma p.c.$)mento $J\Sigma$ 7 interiorē hominē *A* —rem—nem $\Sigma a.r.C$ —ri—ne $\mathfrak{A}$ formatus *DC* 9 trib. saep. ς quod *A* 10 de *s.l.*Σ audicius *C* 12 inquit (—d $\mathfrak{A}$) $\mathfrak{A}A$, *om. cet.* 13 uxorem (m *del.m2A*)$\mathfrak{A}A$ 15 *pr.* est] et *J* est et Σ *tert.* est $\mathfrak{A}A$ et *cet.* 16 libertatem *DC* alius *D* propemodo *J* 17 domatae $\mathfrak{A}A$ 18 tecto ς discendere *J* post tergum $\Sigma p.c.m2C$

arrepti stiuam dimittere, sed, si fieri potest, imitare Ioseph et Aegyptiae dominae pallium derelinque, ut nudus sequaris dominum saluatorem, qui dicit in euangelio: nisi quis tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus. proice sarcinam saeculi, ne quaeras 4 diuitias, quae camelorum prauitatibus conparantur. nudus et leuis ad caelum uola, ne alas uirtutum tuarum auri deprimant pondera. hoc autem dico, non quo te auarum didicerim, sed subintellegam idcirco adhuc militiae operam dare, ut impleas sacculum, quem euacuari dominus praecepit. si igitur, qui habent possessiones et diuitias, iubentur omnia uendere et dare pauperibus et sic sequi saluatorem, dignatio tua aut diues est et debet facere, quod praeceptum est, aut adhuc tenuis et non debet quaerere, quod erogatura est. certe Christus pro animi uoluntate omnia in acceptum 5 refert. nemo apostolis pauperior fuit et nemo tantum pro domino dereliquit. uidua illa in euangelio paupercula, quae duo minuta misit in gazophylacium, cunctis praefertur diuitibus, quia totum, quod habuit, dedit. et tu igitur eroganda non quaeras, sed quaesita iam tribue, ut fortissimum tirunculum suum Christus agnoscat, ut laetus tibi de longissima regione uenienti occurrat pater, ut stolam tribuat, ut donet anulum, ut immolet pro te uitulum saginatum, ut expeditum cum sancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. pulsaui amicitiarum fores; si aperueris, nos crebro habebis hospites.

1 cf. Gen. 39, 12 3 *Luc. 14, 27 6 cf. Matth. 19, 24 etc. 9 cf. Luc. 10, 4 10 cf. Matth. 19, 22 etc. 11 cf. Matth. 19, 21 etc. 16 cf. Marc. 12, 41 –44 etc. 20 cf. Luc. 15, 20—24

1 arepti *A* stibam *J* stipam *D* stypam (stypham *m2*) *Σ* firi 𝔄 imitari *C* iosef 𝔄 iosefe *C* 2 derelique *C* derelinquere *D* relinque *J*, *Σa.c.m2* nutur *Aa.c.* 3 quis] qui *Σa.c.Dp.r.*; *add.* dimiserit omnia et ς 6 quae *om.C* 7 euola ς nec *D* 8 quod ς auarum diu (*eras.*)te *Σ* sed] *add.* quod ς 9 quam *DC* euacuare *ΣDC* 10 praecipit *J* 12 tua] tam 𝔄, *Aa.c.m2* aud *DC* 14 in *om.A* 15 refert] res est *D* apostolus *D* tantam 𝔄*A* 16 reliquid *Σa.c.* 17 gazophilacium *J* -philatium *Σ* -filacium *D* -filatium 𝔄*A* 19 tyrunculum *JΣDC* 20 regioni *Aa.c.* 21 *pr.* ut *s.l.Σ* 22 quinti*liano *A* quintiliane *Da.c.* scito *D* 23 nauicare 𝔄*A* pulsarui (r *eras.*, *super alt.* u *scripsit m2* t *postea eras.*, *uoluisse uidetur* pulsanti) *D* amiciarum *Ja.c.* foras *J* aparueris *Aa.c.m2* 24 hospites] *add.* explicit ad exsuperantium 𝔄 explicit ad exupen (n *exp.*, *s.l.* r)antium *A*

CXLVI.

AD EUANGELUM PRESBYTERUM.

1. Legimus in Esaia: fatuus fatua loquetur. audio quendam iu tantam erupisse uaecordiam, ut diacones presbyteris, id est episcopis, anteferret. nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos episcopos, quid patitur mensarum et uiduarum minister, ut super eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? quaeris auctoritatem? audi testimonium: Paulus et Timotheus, serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt in Philippis, cum episcopis et diaconi-
2 bus. uis et aliud exemplum? in Actibus apostolorum ad unius ecclesiae sacerdotes ita Paulus loquitur: adtendite uobis et cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus

3 *Esai. 32, 6 9 *Phil. 1, 1 13 *Act. 20, 28

G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
𝔄 = *Veronensis rescriptus XV. 13 s. VIII.*
h = *Vindobonensis lat. 16 s. VIII—IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
N = *Casinensis 295 s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad euangelum praesbyterum quod presbyter et diaconus differant *G* ad euangelum prbm de ordine sacerdotii 𝔄 ad euangelum prbm quomodo prbr et diaconus diferant *(sic) h* ad euangelum de diaconibus *J* ad euangelium (i *eras.*) qualiter pbr et diaconus differant *D* ad euangelum prbm quo pbr et diac distet (*sic*) *N* ad euugłium (i *eras.*) pbrm increpans eum quare ē diacones (*ex*—nus) pbribus (bu *eras.*) ante ferret *B*; *Hieronymi nomen exhibent tituli in* 𝔄 (eiusdem) *hDB*

3 esayā *N* hesaia *B* Isaia *ς* fatuus] fatua *J* fatui *h* loquetur *G*, 𝔄 (?) loqur *h* loquitur *cet.* quendam] nescio quem *J* 4 tanta *N* uaec. *G𝔄h* uec. (uecordia *N*) *cet.* diacones *G* diachēs *B* diaconos *cet.* praesbyt. *G𝔄 passim* epis epos (*eras.*) *J* 5 praecipue *JB* 6 quos et episcopos *N* 7 supra *B* eos se *ex* esse 𝔄 tumidū *B* tumide *N* 8 que *add. m2B* quaeres 𝔄 9 thimotheus *GJ* thimoteus *B* seruus *D* ihu xpi *GJ* 10 sanctis] *add.* qui sunt *B* 11 in *om.JB* filippis 𝔄 cum episc.] coepiscopis *h* diaconis *ς* 12 uis] suis *B* et *om.h* alium 𝔄*N*

posuit episcopos, ut regeretis ecclesiam domini, quam adquisiuit sanguine suo. ac ne quis 3
contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi et aliud testimonium, in quo manifestissime conprobatur eundem esse episcopum atque presbyterum: propter hoc reliqui te Cretae, ut, quae deerant, corrigeres et constitueres per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi mandaui: si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriae aut non subditos. oportet enim episcopum sine crimine esse quasi dei dispensatorem. et ad Timotheum: noli neglegere 4
gratiam, quae tibi data est prophetiae per inpositionem manuum presbyterii. sed et Petrus in prima epistula: presbyteros, inquit, in uobis precor, conpresbyter et testis passionum Christi et futurae gloriae, quae reuelanda est, particeps, regere gregem Christi et inspicere non ex necessitate sed uoluntarie iuxta deum. quod quidem Graece significantius dicitur ἐπισκοπεύοντες, unde et nomen episcopi tractum est. parua tibi 5
uidentur tantorum uirorum testimonia? clangat tuba euangelica

5 *Tit. 1, 5—7 12 *I Tim. 4, 14 15 *I Petr. 5, 1—2 22 cf. Marc. 3, 17 cf. Ioh. 13, 23 et 20, 2 et 21, 20

2 adquisibit *G*𝔄 adquaesiuit *J* ac *in ras.m2 B* et *h* 3 contentiosae *GJ, om.h* audi et] audiat *h* 5 esse *s.l.J* hoc inquit 𝔄 relinqui (n *eras.*) *GJ* 6 in Creta ς ea quae *J* corregeres *h* 7 constituas *B* ordinares *h* presb. per ciu. *D* sicut et ego *GD* 8 sine crimine *om.J* 9 uir] *add.* sine crime (*sic*) *J* in *om.G* occasione *B* 11 dei *om.D* 12 timoteum *B* 13 inquit gratiam 𝔄 gratiam] *add.* quae in te est *J* per prophetiãe (*alt.* e *eras.*) *J* 14 manus *hJ* pbri *h* set *N, om.B* 15 *alt.* in *m2 in ras. B* 16 passionis *J* 17 et *om.J* 18 participes *J* 19 set *N* uoluntariae 𝔄*J* ex uoluntate *G*, *Bp.c.* ex uoluptate *Ba.c.* 20 iusta *Na.c.* secundum *h* significantius grece *J* 21 *ΕΠΙCΚΟΠΕΟΥΟΝΤΕC G ΕΠΙCΚΟΝΕΥΟΝΤΕC h ΕΝΙCΚΟΝΕΡΟΝΤΕC J* et *ΠΚΟΠΙCΝΟΝΤΕC B* episcopeuontes 𝔄 ἐπισκοποῦντες ς; *add.* id est episcopyontes *G* id est superintendentes ς tractum (c *in ras. 2 litt. m2*) est *B* tractatum (ta *eras. N*) est *DN* trahitur *h* 22 uideantur (a *eras.*) *N* uidetur *D* clangat (cl *in ras. m2*) *B* clagant *Na.c.*

filius tonitrui, quem Iesus amauit plurimum, qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit: presbyter Electae dominae et filiis eius, quos ego diligo in ueritate, et in alia epistula: presbyter Gaio carissimo, quem ego diligo in ueritate. quod autem postea unus electus est, qui ceteris praeponeretur, in scismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet.
6 nam et Alexandriae a Marco euangelista usque ad Heraclam et Dionysium episcopos presbyteri semper unum de se electum et in excelsiori gradu conlocatum episcopum nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat aut diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, et archidiaconum uocent. quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non facit? nec altera
7 Romanae urbis ecclesia, altera totius orbis aestimanda est. et Galliae et Brittaniae et Africa et Persis et Oriens et India et omnes barbarae nationes unum Christum adorant, unam obseruant regulam ueritatis. si auctoritas quaeritur, orbis maior est urbe. ubicumque fuerit episcopus, siue Romae siue Egubii siue Constantinopoli siue Regii siue Alexandriae siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem et

1 cf. Ioh. 13, 25 et 21, 20 2 *II Ioh. 1, 1 4 *III Ioh. 1, 1

1 thonitrui *J*; *add.* ihes *s.l.m2N* Iesus] ioh̄s (o *eras.*, *s.l.m2* dn̄s) *N* amabat *J* qui *s.l.m2N* peccatore (ca *eras.*) *D* salu.] eius *h* 3 filius *Ja.r.* 4 et—5 ueritate *om.J* et]quod autem (*del. et s.l.* et *mI*) postea *h* 6 in *om.J* schismatis *GJ* scismaticos (?) *Ba.c.m2* 7 rump.] *add.* unitatem *h* 8 a *om.G* euangelistam *J* ęraclam *N* eraclium *B* 9 dionisium *codd.* p̄bri (*exp.*) pres brū (*s.l.m2*) *N* presbiteris *J* p̄bris *D* ex p̄bris *B* semper *om.N* de se] esse *DB* ex se ς et *om.J* 10 excelsiore *h* celsiori *J* coll. *hN*; *add.* quem *B* 11 diconi *N* elegant *hJD* industria *Ba.c.* 12 excepto *N* 13 faciat *hJB* 14 eccłe *D*, *Ba.c.m2* eccłaę *J* orbis] *add.* eccła *J* extimanda *Ja.c.NB* existimanda ς 15 gallia *J* brittaniae (e) 𝔄*D*, *Na.c.m2* brittanniae *h* (e *del.*) britaniae (e *B*) *G*, *Ba.c.m2* britannie *Bp.c.m2* brittania *J*, *Np.c.m2* africae *G*, *ha.c.* orientis *h* indiae *h* indie *Np.c.* (*sed postea* india *restitutum*) 16 adorans *J* obserbant 𝔄*N* 18 egubii *GB* ecubii *h* egurio *J* eugubii 𝔄 eugebii *D* angubii *N* constantinopolii *G* -lis *h* -lim *JB* 19 regi *B* Rhegii ς alexandreae *G* -dria *B* tanis *G* tānis *D* thanis 𝔄*hJN* atenis *B* meritis *D* eiusdem et sacerdocii *in mg. m2B* *alt.* eiusdem] *add.* que *h* et] est *GhJ* est et ς

sacerdotii. potentia diuitiarum et paupertatis humilitas uel sublimiorem uel inferiorem episcopum facit, ceterum omnes apostolorum successores sunt.

2. Sed dices: 'quomodo Romae ad testimonium diaconi presbyter ordinatur?' quid mihi profers unius urbis consuetudinem? quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiae uindicas? omne, quod rarum est, plus adpetitur; puleium apud Indos pipere pretiosius est. diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemtibiles facit. ceterum in ecclesia etiam Romae presbyteri sedent et stant diaconi, licet paulatim increbrescentibus uitiis inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum uiderim et in domesticis conuiuiis benedictiones presbyteris dare. discant, 2 qui hoc faciunt, non se recte facere et audiant apostolos: non est dignum, ut relinquentes uerbum dei ministremus mensis. sciant, quare diaconi constituti sint, legant Acta apostolorum, recordentur condicionis suae. presbyter et episcopus, aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen. unde ad Timotheum et ad Titum de ordinatione episcopi et diaconis dicitur, de presbyteris omnino reticetur, quia in episcopo et presbyter continetur. qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. 3 aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor

13 *Act. 6, 2 18 cf. I Tim. 3, 1—13 cf. Tit. 1, 5—9

1 et *s.l.m2B* 2 inf.] humiliorem *B* non facit ς 4 dicens (n *eras.*) *N* dicis *GJD* 5 proferes *J* 6 hortum *JN* lege 𝔄*N* uindicans *Na.r.* ut dicas *h* 7 poleium *J* pulegium *D*, *Bp.c.m2* 8 indos (in *in ras. m2*) *B* piper *G* diaconi *Na.c.m2* paucitas] *add.* facit *s.l.m2N* 9 contemt. *G*𝔄*J* contept. *N* contempt. (-uiles *D*)*hDB* etiam in eccl. ς 10 et *om.DN* diaconi stant *D*, *om.N* diacones *Ja.c.* licet et (et *eras.*) *B* increbrisc. *D* 11 diaconos *h* audierim *J* 12 benedictionem 𝔄*N* dicant *Gha.c.* 13 facere] *add.* sciant (*exp. h*) *hD* et *om.h* apostolos *om.J* non est] nonne si *D* 14 rectum (*del.*) dignum *h* dignum inquit 𝔄 uerbum] domum *J* dei *om.*𝔄*N* 15 diaconi quare *B* diacones *N* 16 sint (nt *in ras. m2*) *B* sunt *JD*, *Na.r.* actus *B* recordentur *om.h* condicionis suae] cum (*s.l.* on) diaconis suae (u *exp.*) *h* condit. *JB* 17 dignitatis *bs G* unde] *add.* et *DB* 18 ad titum et(et ad ς) timotheum *D*ς thimotheum *J* thimoteum *G* timoteum *B* diaconi *D* 19 praesbyteris uero 𝔄 praesbyter 𝔄 praesbytero *G* p̄bro *D* p̄rbto *J* 20 *pr.* proueitur *Ga.c.* prohibitur *ex* prohebitur *J* de—*alt.* prou. *om.J* menori 𝔄 minore *h* *alt.* proueitur *B* 21 minor—presb. *om.J*

diacono conprobetur, in quem crescit ex paruo, aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. et ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri testamento: quod Aaron et filii eius atque leuitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi et presbyteri et diaconi in ecclesia uindicent.

CXLVII.

AD SABINIANUM DIACONUM COHORTATORIA DE PAENITENTIA.

1. Et Samuhel quondam lugebat Saulem, quia paenituerat dominum, quod unxisset eum regem super Israhel, et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio et talis fornicatio, quae nec

9 cf. I Reg. 15, 10—11 10 cf. I Cor. 5, 1

2 ordinetur *G* nouerit] non erit *G* minore 𝔄 3 et *om.J* sumtas 𝔄 4 leuuitae *G, hs.l.* templo] tempore *J* 5 hoc] *add.* autem *J* diacones *J* uindicent in ecclesia ς uendicent *Bp.c.; add.* explicit ad euangelum pr̄sbyterum *G* explicit ad euangelum pr̄bm. quid differt inter pr̄bm et diacm 𝔄

Ga = *Gandauensis 317 s. VI* (*continet p. 313, 16* inpaenitens — *p. 315, 11* post *et p. 322, 8* domini — *p. 324, 2* caluaria).
E = *Veronensis XVII. 15 s. VII.*
G = *Neapolitanus VI. D. 59 s. VII.*
η = *Petropolitanus I. 13 Quarto s. VII—VIII* (*continet initium epistulae usque ad p. 319, 9* peccato).
K = *Spinaliensis 68 s. VIII.*
A = *Berolinensis lat. 17 s. IX.*
J = *Vindobonensis lat. 934 s. IX.*
D = *Vaticanus lat. 355 + 356 s. IX—X.*
C = *Vaticanus lat. 5762 s. X.*
Ψ = *Augustodunensis 17*[A] *s. X.*
B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*

ad sauinianum sancti praesbyteri hieronimi cohortatoria de paenitentia *E* ad sabinianum diaconum de paenitentia *G* ad sabinianum diaconum cohortatoria ad p(a)enitentiam *ηΨ* ad sabinianum cohortatoria ad p(a)enitentiam *KB* ad (*om.D*) sabianum (*sic*) diaconum lapsum *AC, D* (diaco) ad sauinianum diaconum *J*, *titulo carent fragmenta in Ga; Hieronymi nomen exhibent tituli in EDΨB*

9 et *om. GADCB* samuel *KDCB* 10 istrahel *K* chorinthios *η* 11 et talis forn.] talis *Ψ, om.AJDCB* quae] qualis *ADCB* nec] ne *EC*

inter gentes quidem, uoce flebili commonebat dicens: ne, cum rursus uenero, humiliet me deus apud uos et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditiam, quam gesserunt in inpudicitia et fornicatione. si hoc propheta et apostolus nulla ipsi labe maculati clementi in cunctos mente faciebant, quanto magis ego, ipse peccator, in te facere debeo peccatore, quod non uis erigi post ruinam nec oculos ad caelum leuas, sed prodacta patris substantia porcorum siliquis delectaris et superbiae praerupta conscendens praeceps laberis in profundum! deum uentrem uis habere pro Christo; seruis libidini, gloriaris in confusione tua et quasi pinguis hostia in mortem propriam saginaris imitarisque eorum uitia, quorum tormenta non metuis, ignorans, quod bonitas dei ad paenitentiam te hortetur. secundum duritiam autem tuam et cor inpaenitens thensaurizas tibi iram in die irae. an idcirco induratur iuxta Faraonem cor tuum, quia non statim percuteris et differeris ad poenam diu? et ille dilatus est et decem plagas non quasi ab irato deo sed quasi a patre commonente sustinuit, donec in peruersum acta paenitentia populum, quem dimiserat, per deserta sequeretur et ingredi auderet maria, per quae uel sola doceri potuit timori habendum eum, cui etiam

2 rursus uenero, humiliet me deus apud uos et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditiam, quam gesserunt in inpudicitia et fornicatione. si hoc propheta et apostolus nulla ipsi labe maculati clementi in cunctos mente faciebant, quanto magis ego, ipse peccator, in te facere debeo peccatore, quod non uis erigi post ruinam nec oculos ad caelum leuas, sed prodacta patris substantia porcorum siliquis delectaris et superbiae praerupta conscendens praeceps laberis in profundum! deum uentrem uis habere pro Christo; seruis libidini, gloriaris in confusione tua et quasi pinguis hostia in mortem propriam saginaris imitarisque eorum uitia, quorum tormenta non metuis, ignorans, quod bonitas dei ad paenitentiam te hortetur. secundum duritiam autem tuam et cor inpaenitens thensaurizas tibi iram in die irae. an idcirco induratur iuxta Faraonem cor tuum, quia non statim percuteris et differeris ad poenam diu? et ille dilatus est et decem plagas non quasi ab irato deo sed quasi a patre commonente sustinuit, donec in peruersum acta paenitentia populum, quem dimiserat, per deserta sequeretur et ingredi auderet maria, per quae uel sola doceri potuit timori habendum eum, cui etiam

1 *II Cor. 12, 21 9 cf. Luc. 15, 13—16 11 cf. Phil. 3, 19 15 *Rom. 2, 5 17 cf. Ex. 4, 21 etc. 19 cf. Ex. cap. 3—14

1 quidem ē *J* et quidem *ADCB* uocem *Aa.r.C* 2 rursum *EB* humiliet *Ga.c.* aput *EG* 3 lugiam *ηADa.c.* 4 inmunditia quam *Ψ* inmunditias quas *ADB* inmunditiis quas *C* 5 in *s.l.m2A, om.EJC* 7 clemente *η* 8 deb. fac. *codd. praeter EηB* peccatorem *EKDCΨ, Ja.r.* quod] qui *ς* 9 nec] ne *Ka.c.* et *ADC* sed] se *D* prodita *ADC* perdita *J* 10 superbia *B* 11 labaris *J* labens *η* 12 seruus *η* libidine *η* confusione] conę *DC* carne *Ap.c.m2* carne et confusione *ς* 13 uitia *EGη* quitā (q *eras.*) *J* uitam *cet.* 14 metues *η* ignoras *ηJB* quoniam *ηADC* benignitas *ADCΨ* 15 hortatur *B* adducit *KΨ* autem dur. *ς* 16 inpaen.] *hic incipit prius fragm. in Ga* thensaurizas *GaG* thensaurizans *E* tensaurezas *Ka.c.m2* thesaurizans *J* thesaurizas *cet.* 17 iuxta phar. ind. *B* phar. *AJDCB* faraoni *ηa.c.* 18 *pr.* et] sed *G* differris *KADC* differis *JΨ, Bp.c.m2* poena *Ga* delatus *K* 19 est *om.E* deo *om.ηKΨ* 20 sustenuit *EKa.c., η* 21 demiserat *η, Ka.c.* et *om.J* 22 uel *om.KΨ* docere *ηKΨ* timore *ηKΨ* mori *D*

elementa seruirent. dixerat et ille: non noui dominum neque dimitto Israhel. quem tu imitans loqueris: uisio, quam hic uidet, in dies longos est et in tempora longa iste prophetat. propter quod dicit Adonai dominus: non prolongabunt amplius omnes sermones mei, quoscumque loquor, quia loquar
6 uerbum et faciam. sanctus Dauid de impiis et scelestis — quorum tu non pars modica sed princeps es —, quod saeculi felicitate fruerentur et dicerent: quomodo cognouit deus et si est scientia in excelso? ecce isti peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt diuitias, paene lapso pede et fluctuanti uestigio causabatur dicens: ergo sine causa iustificaui cor meum et laui
7 inter innocentes manus meas. praemiserat enim: quia aemulatus sum super iniqua agentes pacem peccatorum uidens, quia non est respectus in morte eorum et solida plaga in flagello eorum. in laboribus hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. propterea tenuit eos superbia, circumdati sunt iniquitate et impietate sua. egredietur sicut ex adipe iniquitas eorum; transierunt in adfectum cordis. cogitauerunt et locuti

1 *Ex. 5, 2 2 *Ezech. 12, 27 5 *Ezech. 12, 28 9 *Ps. 72, 11—12 12 cf. Ps. 72, 2 13 Ps. 72, 13 15 *Ps. 72, 3—9

1 seruiunt *GaKADCΨ* et *ex* e *m2Ga, om.AD* dm̄ *G* 2 neque dm. Isr.] et isrl̄ non dimittam *B* demitto *EKηa.c.* istrahel *K* 3 uidit *ηp.c.m2* tempore *D* 4 profetat *G* prof(ph *Ψ*)etet *KΨ* dicit] *add.* idem propheta haec dicit *ADC*, *B* (haec dicit *in mg. m2*) dom. adonai *C* 5 prolongabuntur *JC*, *Bp.c.m2* 6 *pr.* loquar *EGJΨB* *alt.* loquar] *sequ. ras. 2 litt. J* 7 et *s.l.m2A* Dauid] *add.* qui *B* et de scelestis *GaADC*; *add.* dicit *CΨ* 8 non tu pars *E* tu pars non *ς* es] *add.* doluit *s.l.m2B* saeculi *om.KΨ* 9 fruentur *Ψ* perfruerentur *G* 10 scientia] *sequ. ras.2 litt.* (et?) *J* ipsi *ς* 11 habund. *AJDB* 12 labso *EK* lapsu *J* lapsi *Ap.r.* lapse *C* fluctuante *EGηB* 15 supra *KADΨ* iniquam *η* agentes] gentes *Aa.c.m2C* 16 pecc. pac. *J* pace *G* 17 in morte] in ore *KΨ* morti *ex* morte *m2η* morti *ς* 18 flagello *EGη* flagella *cet.* labore *J* 20 tenet *B* circumdati] operti *J* 22 sicut] quasi *B* ex *om.Ga* iniquitates *D* 23 adfectum (ḋ *s.l.G*) *GaG* affectum (—tu *ηa.c.m2KD*) *cet.* loquuti *ηKA*

sunt mala, iniquitatem in excelsum locuti sunt. posuerunt in caelum os suum et lingua eorum pertransiuit super terram.

2. Nonne tibi uidetur de te omnis psalmus esse conpositus? uegeto quippe es corpore et nouus antichristi apostolus, cum in una notus fueris ciuitate et transgredieris ad aliam, non indiges sumptibus, non plaga forti percuteris et cum hominibus, qui non sunt ut tu inrationabilia iumenta, corripi non mereris. propterea elatus es in superbiam et uestimentum tuum est facta luxuria et quasi ex aruina pingui et quodam adipe eructans uerba mortifera non te respicis esse moriturum nec umquam post expletam libidinem paenitentia remorderis. transisti in affectum cordis et, ne tibi solus 2 uidearis errare, simulas nefanda de seruis dei nesciens, quod iniquitatem in altum loquaris et ponas in caelum os tuum. nec mirum, si a te qualescumque serui domini blasphementur, cum patrem familias Beelzebul uocauerint patres tui. non est discipulus super magistrum nec seruus super dominum. si illi in uiridi ligno tanta fecerunt, tu in me, ligno arido,

8 cf. Ps. 48, 13. 21 10 cf. Ps. 72, 7 12 cf. Ps. 72, 7 13 cf. Ps. 72, 8—9 15 cf. Matth. 10, 25 16 *Matth. 10, 24 18 cf. Luc. 23, 31

1 mala—2 sunt *om.Ga* mala] nequitia *J* iniquitate *D* excelso *ηJB*, *Ap.c.m2* loquuti *ηK* 2 caelo *J*, *Ψa.c.* 3 pertransiuit *GaGJ* pertransiet *η* transiuit *B* pertransiit *cet.* 4 de te] et de *C*, *om.D* psalmus iste *B* iste psalmus *ς* esse *om.B* 5 uegito *ηKΨ* es *om.D* antexp̄i *Eηa.c.m2*, *G* 6 ciu. not. fueris *B* et *om. codd. praeter GaADCB* transgrederis *EGKΨ*, *Bp.c.m2* alia *KΨ* 7 sumtibus *GaG* percutieris *η* cum—ium. *om.η* 8 ut tu *in ras. m2B*; *add.* uelut *ς* eripi *η* mireris *C* 9 es *om.η* superbia *AC* tuum] tibi *J* est *del. m2B*, *om.ADC* facta] foeta *uel* faeta *D* feta *A* fętat *ex* feta *m2B* luxoria *EηJDΨ*, *Aa.c.m2* 10 aruina] sagina (a *s.l.*) ruina *G* eructuans *KΨ* eructas *J* ructans *G* 11 post] *hic desinit prius fragm. in Ga* post *bis E* (*corr.*) potest *G* examplatam *Aa.c.DC* examplicatam *Ap.c.* 12 penitentiam *D* remordens *G* affectu *Gη* solus tibi *J* 13 uidereris *ex* uideris *m2A* uidiris *C* errasse (*pr. r s.l.m2A*) *ADC* de seru. dei nef. *B* 14 inponas *J* 15 dei *ς* blasphemantur *J*, *Ψa.c.* 16 beelzebul *E* belzebul *ηa.c.m2K* beelzebu *G* belzebub *ηp.c.m2* beezebub *D* beelzebub *cet.* uocauerunt *AD* uocauer̄ *B* 17 supra *C* supra *C* dom. suum *ηADC* 18 si *om.η* illi *om.G* ligno uiridi *G* in me in *G* arido ligno *ADC*

3 quid facturus es? tale quid et in Malachia plebs scandalizata credentium de choro tuo loquitur: dixerunt: uanus est, qui seruit deo. et quid plus? quia custodiuimus mandata eius et quoniam iuimus supplicantes ante faciem domini omnipotentis. et nunc nos beatos dicimus alienos. reaedificantur omnes, qui faciunt iniqua. aduersati sunt 4 deo et salui facti sunt. quibus postea diem iudicii dominus comminans et, quid inter iustum et iniustum futurum sit, multo ante praenuntians ait: et conuertimini et uidebitis, quid sit inter iustum et iniustum et inter seruientem deo et non seruientem.

3. Haec tibi ridicula forte uideantur et, qui comoediis et lyricis scriptoribus et mimis Lentuli delectaris — quamquam ne ista quidem tibi prae nimia cordis hebitudine intellegenda concesserim — prophetarum uerba contemnas; sed respondebit tibi Amos: in tribus et in quattuor impietatibus nonne 2 auersabor eum? dicit dominus. quoniam enim Damascus, Gaza, Tyrus, Idumaei, Ammanitae et Moabitae, Iuda quoque et Israhel saepe ad se dei uaticinio destinato, ut agerent

2 *Mal. 3, 14—15 10 *Mal. 3, 18 16 *Am. 1, 3

1 es *om.*η tale quid] aliquid *J* credendum *G* 2 choro (*ex* coro *K*) *E in textu*, $G\eta KJ\Psi$ corde *E in mg.* ore *ADC*, *B* (*ex* corde *m2*) dix. enim *J* 3 custodibimus *D* 4 eō *om.*η quia *J* ibimus $G\eta KJDC\Psi$, *ABa.c.m2* 5 dī *J* 6 beati *C* 8 dn̄o *G* dom. diem iud. *B* 9 comminatus *AC* -tur *D* sit fut. $\eta K\Psi$ facturum *C* 10 renuntians *ADC* *pr.* et *om.B* 11 *alt.* et *om. codd. praeter* $KJ\Psi B$ 12 dm̄ η dn̄o *ADC* *alt.* seru. dn̄o *AD* 13 et *om.C* comediis *GJB* commoediis *A* comoedis *C* commoedis *D* comoedicis η 14 nimis ηA numis *B* lentulis *ADC* lentulae η nec *AJD* tibi quidem *AJDC* 15 prae nimia] praemia *Ga.c.*$\eta K\Psi$ ebit. *Ka.c.AC* habit. η ebet. *D* hebet. ς 16 prof. *EGKA* contepnas *C* contempnas *A* contempnens (*tert.* n *exp. m2*) *B* contemnes ς sed *om.J* tibi *om.ADC* amos et *ADC* in tribus et in] ex *J* 17 in *om.G*η non *AD* 18 aduersabor $E\eta K\Psi B$ 19 gaia *K* iaza Ψ tyros η idomei η idumeae *AD* idumaea *C* moabitas et amanite *J* amanitae (-e) $E\eta J$ ammonitae *C* amonitae *B* Iuda *scripsi* iudas *EGJ* iud(a)ei *cet.* 20 et *om.A* histrahel (*pr.* h *del.*) *K* israhelite $\eta p.c.m2$ distinato $J\Psi$

aliquando paenitentiam, audire contempserunt, irae suae, quam inlaturus est, dominus causas iustissimas praefert dicens: in tribus et in quattuor impietatibus nonne auersabor eos? sceleratum est, inquit, mala cogitare: concessi. nequius excogitata uelle perficere: et hoc pro mea misericordia benignus indulsi. numquid et opere peccatum implendum fuit et mea superbe calcanda clementia? tamen et post factum, quia malo 3 paenitentiam peccatoris quam mortem — non enim sani habent opus medicos, sed male habentes —, iacenti manum porrigo et conspersum in sanguine suo, ut propriis fletibus lauetur, exhortor. quodsi nec paenitentiam uult agere et fracto nauigio tabulam, per quam saluari poterat, non retentat, cogor dicere: super tribus et quattuor impietatibus nonne auersabor eum? dicit dominus auersionem aestimans esse pro poena, dum suae peccator relinquitur uoluntati. inde est, 4 quod peccata patrum in tertiam et quartam generationem restituit, dum non uult statim punire peccantes, sed ignoscens primis extrema condemnat; alioquin, si protinus scelerum ultor existeret, et multos alios et certe Paulum apostolum ecclesiae non haberent. Hieze- 5 chiel propheta, cuius supra fecimus mentionem, dei uerbum ad se factum referens ait: aperi os tuum et manduca, quae

2 *Am. 1, 3 7 cf. Ezech. 33, 11 8 *Matth. 9, 12 13 *Am. 1, 3 16 cf. Ex. 20, 5 21 *Ezech. 2, 8—9

1 contemps(ms *G*)erant *GΨB* contempser̄ (p *eras. J*) *AJ* 2 praeferet *ex* praeferit *m2η* profert *C* 3 in *om.EGηJCB* non *ADC* aduersabor *ηKA* 4 eos *ex* eū *B, om.KΨ* cogitare—nequius est (*pro* ex) *s.l.m2A, om.DC* 5 excogitata *ηKΨ* est (*s.l.m2A, om.DC*) cogitata *cet.* est male cogitata *ς* uellet *Ψ* 6 indulsit *C* impl. pecc. *ς* 7 superbae *Ea.c.ηKJD* 8 pecc. penit. *B* peccatores *KAa.r.* habent opus *EηJB* opus habent *cet.* 9 medicos *GηDC, Aa.r.* medicis *B* medico *cet.* manuum *D* 10 porrigi *C* propr. flet. ut *G* ut flet. propr. *J* 11 exortor *GDa.c.JB* nec] ne *KΨ* nec sic *J* uult agere] uulgare *Ka.c.m2Ψ* 12 saluare *η* salutem consequi *J* retineat *J* 13 et in(*eras.*)quattuor *A* imp.] peccatis *J* non *ADC* 14 aduersabor *KΨ* eos *K* aest.] dicens *AD* 15 suae] saepe *J* uolu(m *del. E*)ptati *Eη* 16 in—generationem (*ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν cod. Alex.*)] in tert(c)ia et quarta generatione (-ni *D*) *GηKJDCΨ* restituet *J* 17 extrema *EGB* postrema *cet.* 18 alioqui *C* protenus *Ka.c.Ψ* ult. scel. *B* exsisteret (*ex* -rit *m2η*) *EηK* et] cum *J* 19 et *om.J* ecclesia *Ap.r.* haberet *Ap.c.* hiezechiel *Eη* hiezecihel *G* hezechihel *J* ezechihel *A* ezechiel *cet.* 20 se *om.C*

ego dabo tibi. et uidi, inquit, et ecce manus extenta ad me; et in ipsa uolumen libri. et reuoluit illud in conspectu meo et in eo scriptum erat a facie et retrorsum lamentum et
6 carmen et uae. prima scriptura ad te pertinet, si tamen uolueris agere paenitentiam post delictum, secunda ad sanctos, qui ad dei canticum prouocantur — non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris —, tertia ad tui similes, qui desperantes semet ipsos tradiderunt inmunditiae et fornicationi et uentri et his, quae infra uentrem sunt, qui putant omnia morte finiri et nihil esse post mortem et dicunt: tempestas si trans-
7 ierit, non ueniet super nos. liber ille, quem propheta deuorat, omnis series scripturarum est, in quibus et paenitens plangitur et iustus canitur et maledicitur desperanti. nihil ita repugnat deo quam cor inpaenitens; solum crimen est, quod ueniam consequi non potest. si enim ignoscitur post peccatum, qui peccare desistit, et ille flectit iudicem, qui rogat, inpaenitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicantem, solum desperationis crimen est,
8 quod mederi nequeat. porro, ut scias dominum cotidie peccatores ad paenitentiam prouocare, qui si rigidi perstiterint, de clemente eum seuerum et trucem faciunt, audi Esaiae uerba dicentis: et uocauit, inquit, dominus sabaoth in die illa fletum et planctum et decaluationem et accinctionem ciliciorum, ipsi uero fecerunt

7 *Eccli. 15, 9 11 *Esai. 28, 15 21 *Esai. 22, 12—13

1 dabo] do *J* extensa *AJDC* 3 et in eo *om.Kη* in eo *om.Ψ* eo] ipsum *A* (ipso *m2*) *DC* 4 *alt.* et *om.K* 5 prima scripta *C* 6 qui] quia *A* 7 ad] a *η* est *s.l.m2A* enim *om.B* 8 ore] opere *K* tertio *J* tui] tu *D* 9 trad. se *AD* *pr.* et *om.η* 11 esse posse post *G* si temp. *B* 13 omnes *Eηa.c.m2, K* 14 disperanti *Ap.c.m2D* desperante *η* 15 deo *s.l.m2K* inpaen. est *J* solum] *add.* hoc *s.l.m2B* 16 si] ei *Bp.c.m2* enim] *add.* ei *Gς* 17 flectit (*seq. ras. 2 litt.*) *J* flectet *KΨ* 18 disperat. *Ep.c.m2ηKAJDCΨ* 19 medere *η* mediri *ADa.c.m2* deum *ADC* cottidi(a)e *GJK* 20 si *s.l.K* rigide *AC, Da.c.m2* persteterint *ηp.c.m2Aa.c.m2* 21 faciant *EG* audies *Ψ* audiens *K* eseiae *K* isaiae *C* isayae *B* 22 uocabit *ηC* dom. sab. *om.A* sabaoth *om.D* sabbaoth *J* 23 ad fletum *C* plantum *Ga.c.*; *add.* magnum *ADC* decaluatione *D* declamationem *η* *tert.* et—exult. *om.J* et acc. *om.KADCΨ* 24 accinctiones *η*

laetitiam et exultationem mactantes uitulos et immolantes oues, ut comederent carnes et biberent uinum dicentes: manducemus et bibamus; cras enim moriemur. post quas uoces et perditae mentis audaciam scriptura commemorat loquens: et reuelata sunt haec in auribus domini sabaoth: non dimittetur uobis peccatum hoc, donec moriamini. si enim peccato mortui fuerint, tunc eis dimittetur peccatum, quod, quamdiu in peccato uixerint, non dimittetur. 9

4. Parce, quaeso, animae tuae. crede dei futurum esse iudicium, recordare, a quali episcopo diaconus ordinatus sis. nec mirum quamuis sanctum hominem tamen in homine eligendo potuisse falli, cum et deus paeniteat, quod Saul in regem unxerit et de duodecim apostolis Iudas proditor sit repertus et de quondam ordinis tui hominibus Nicolaus Antiochenus inmunditiarum omnium et Ophitarum hereseos auctor extitisse referatur. non tibi illa nunc replico, quod plures uirgines uiolasse narreris, quod a te nobilium uiolata matrimonia publico caesa sint gladio, quod per lupanaria inpurus et helluo cucurristi. magna quidem ista sunt pondere suo, sed fiunt eorum, quae inlaturus sum, conparatione leuiora. rogo, quan- 2

6 *Esai. 22, 14 14 cf. I Reg. 15, 11

3 uinum *om.KΨ* 4 quas] quā *J* uoces] oues (m *s.l.m2*) *K* 5 et *om.η* mentis *ex* uocis *B* commemorans *J* loq.] dicens *ADCΨ* 6 haec *om.J* 7 dimittitur *E* remittetur *ADC* hoc pecc. *C* hoc *om.Ψ* 8 peccatum *η* morti *Ga.c.m2C* eis *om.J* 9 dimittitur *ηp.c.m2B* demittetur *E*, *Ka.c.m2* demittitur *ηa.c.m2* dimittietur (e *eras.*) *J* remittetur *ADC* peccatum *in mg. m2B* peccato] *hic desinit η* 10 dimittitur *EDB*, *Kp.c.* 11 dei] *add.* filium *JB* esse *om.J* iudicem *JB* 12 recordari *D*, *Ψa.c.m2* a quali *ex* alicui *m2A* a quo *C* 13 tamen in *om.J* in *s.l.E* deligendo *ς* delegendo *KΨ* diligendo *J* 14 et deus] et deum *E*, *B in ras.m2* et dominum *G* in *s.l.B*, *om.E* unexit (c *eras. A*) *AD* de] in *ADCB*, *om.Ψ* 15 sit prod. *ς* reppertus *GAD* ord. quondam *J* 16 nicholaus *EKΨB* antyoch. *A* anthioc. *JD* antioc. *B* inmundiarum *KΨ* immundarum *DC* et *om.J* ophit. *G* ophet. *E* ofit. *K* orfit. *Ψ* neophit. *JDB* neofit. *AC* 17 refertur *KΨ* 18 stuprasse *ς* narraris *B* nob. a te *G* a te] ante *E* 19 publice *Kp.c.* sunt *Ka.c.J* s̄ *B* 20 et *ex* t *G*, *om.J* elluo *AD* 21 fiunt *in ras. m2B* finis *J* lebiora *G*; *add.* si in uirgine sacra sorore certa *G*

3 tum crimen est, ubi stuprum et adulterium parum est? infelicissime mortalium, tu speluncam illam, in qua dei filius natus est et u e r i t a s d e t e r r a o r t a e s t et terra dedit fructum suum, de stupro condicturus ingrederis? non times, ne de praesepe infans uagiat, ne puerpera uirgo te uideat, ne mater domini contempletur? angeli clamant, pastores currunt, stella desuper rutilat, magi adorant, Herodes terretur, Hierosolyma conturbantur et tu cubiculum
4 uirginis uirginem decepturus inrepis? paueo, miser, et tam mente quam corpore perhorresco ponere tibi uolens ante oculos tuos opus tuum. tota ecclesia nocturnis uigiliis Christum dominum personabat et in diuersarum gentium linguis unus in laudem dei spiritus concinebat; tu inter ostia quondam praesepis domini, nunc altaris amatorias epistulas fulciebas, quas postea illa miserabilis quasi flexo adoratura genu inueniret et legeret; stabas deinceps in choro psallentium et inpudicis nutibus loquebaris.

5. Pro nefas, non possum ultra progredi. singultus prorumpunt ante quam uerba et indignatione pariter ac dolore in ipso meatu faucium spiritus coartatur. ubi mare illud eloquentiae Tullianae? ubi torrens fluuius Demosthenis? nunc, nunc profecto muti essetis ambo et uestra lingua torpesceret. inuenta est res, quam nulla eloquentia explicare queat. repertum est facinus, quod nec mimus fingere nec scurra ludere nec Atellanus possit

2 Ps. 84, 12 3 cf. Ps. 84, 13

1 *pr.* est *ex* erit *m2A* stuprum *ex* stuperunt *D* istuprom *K* ista promet *Ψ* adulterum *K* parum] prm *K* 3 horta *D* de stupro] unde tu pro *J* 4 conditurus *Aa.c.m2JC* timens *KΨ* time *D* de *om.KJΨ* praesepi *DC* 7 territur *D* territus *A* hierosolima *B* hi(y *A*)erusolyma *AD* hierosoly(i *K*)mae *KJ* hierosolimitae *Ψ* conturbatur *ADC* 8 decept. uirg. ς inrepes *K* paueo o *AD* paue o *J* tam—corp.] tota mente cum corp. *ADC* tam (tum *J*,*om.K*) tota mente quam corp. *KJΨ* 9 perorresco *AD* uolo *J* 11 *pr.* in *om.C* gentilium *J* laudem *EGK* laudes *J* laudibus *cet.* concinnebat *A* 12 hostia *B* quandam *K* quaedam *A* quadam *D* altarii *Ep.c.* 13 fuciebas *C* faciebas *B* illi *D* quasi *om.KΨ* flexo *ex* flexas *K* 14 et stabas *Ep.c.m2ADC* coro *G* 16 pror. singultus ς lacrimae pror. *KΨ* pror. lacrimae *ADC* 17 dolere *K* 18 coortatur *G* 19 ubi—Demosthenis *om.C* 19 demost. *KAΨB* demonsth. *G* demonst. *D* demosthenes *E* nunc nunc *EG* nunc *cet.* profecti *KΨ* fecto *G* 21 res *ex* rex *D*, *s.l. G* nullę (e *A*) loquentia *Aa.c.m2D* reppertum *AD* 22 minus *Aa.c.m2JC* atellinus *G* catellanus *Ψ*

effari. moris est in Aegypti et Syriae monasteriis, ut tam uirgo quam uidua, quae deo se uouerint et saeculo renuntiantes omnes delicias saeculi conculcarint, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum non intecto postea contra apostoli uoluntatem incessurae capite sed ligato pariter ac uelato. nec hoc quisquam praeter tondentes nouit et tonsas, nisi quod, quia ab omnibus fit, paene scitur ab omnibus. hoc autem duplicem ob causam de consuetudine uersum est in naturam, uel quia lauacra non adeunt uel quia oleum nec capite nec ore norunt, ne paruis animalibus, quae inter incultum crinem gigni solent, et concretis sordibus obruantur.

6. Uideamus igitur, tu, uir bone, inter ista quid feceris. futuro matrimonio in spelunca illa uenerabili quasi quosdam obsides accipis capillos, sudariola infelicis et cingulum, dotale pignus, reportas, iuras ei te nullam similiter amaturum. deinde curris ad pastorum locum et angelorum desuper strepitu concinente in eadem uerba testaris. nihil dico amplius, quod in oscula rueris, quod amplexus sis. totum quidem de te credi potest, sed ueneratio praesepis et campi non me sinunt plus credere quam te uoluntate tantum et animo corruisse. miser! nonne, quando in spelunca cum uirgine stare coepisti, caligauerunt oculi, lingua torpuit, conciderunt

4 cf. I Cor. 11, 5—15

1 est *s.l.m2A* egypti *DB* aegipti (*ex*—pto) *K* aegyptiis *A* siriae *KΨB* syriis *AD* 2 qui *K* se deo *KADCΨ* uouerit *Ja.c.m2* uoberi(n *s.l.*)t *G* renunciat *ex*—ciantes *J* 3 dilicias *Kp.c.m2D* delitias *Ψ* conculcarent *C* concalcarit *J* 4 desecundum *Aa.c.m2D* desecando *C* intectū *J* intexto *KΨ* contra] secundum *JB* uol. ap. *J* 5 incessura *KΨ* nec] sed nec *KΨ* ne *E* quispiam *KADCΨ* 6 tundentes *AJD* omnibus] hominibus *Aa.c.D* 7 poene *AD* nescitur *EBa.c., AD* 8 *pr.* uel] ut *J* lauacrum *ADC* 9 ne *EB, A extra lin. m2, om.Aa.c.m2DC* nec *cet.* a paruis *ADCB* 10 cultum *KΨ* autem et *ADC, om.J* et *om.J* obruantur *E* op(b *J*)primantur *cet.* 11 inter ista tu uir bone *B* quid *ex* quod *m2A* futurā *J* 13 infecis *Ka.c.m2* infieis *Ψ* reportans *JB* deportas *KADΨ* 14 iurans *J* te *om.J* amaturam *KJCΨ* 15 strep. des. *G* strepitu *s.l.B* (*postea eadem manu del.*) concinnentē *J* concinente choro *B* 16 in osc. rueris] inosculaueris *KC, Ψa.c.m2* ruens *B* quod *eras. B* 17 amplexatus sis *ς* amplexis *C* quidem] quis *Ψ* 18 campi] loci *ς* tantum et] et tanto et (*eras.*) *J* 19 miser] miror *KΨ* nonne *om.J* 20 caliginauerunt *K* oculi tui *KADCΨB*

brachia, pectus intremuit, nutauit incessus? post apostoli Petri basilicam, in qua Christi flammeo consecrata est, post crucis et resurrectionis et ascensionis dominicae sacramenta, in quibus rursum in monasterio se uicturam spoponderat, audes crinem accipere tecum noctibus dormiturum, quem Christo messuerat in spelunca? 5
3 deinde a uesperi usque mane fenestrae illius adsides et, quia propter altitudinem haerere uobis comminus non licebat, per funiculum uel accipis aliquid uel remittis. uide, quanta diligentia dominae fuerit, ut numquam uirginem nisi in ecclesia uideris et, cum talem uterque uestrum habuerit uoluntatem, nisi per fenestram nocte facultas 10
4 uobis non fuerit conloquendi. oriebatur tibi, ut postea didici, sol inuito. exsanguis, marcidulus et pallidus, ut suspicione omni careres, euangelium Christi quasi diaconus lectitabas. nos pallorem ieiunii putabamus et exsangue os contra institutum ac morem tuum quasi confectum uigiliis mirabamur. iam tibi et scalae, per quas 15
deponeres miseram, parabantur, iam iter dispositum, decreta nauigia, condicta dies, fuga animo perpetrata — et ecce angelus, ille cubiculi Mariae ianitor, cunarum domini custos et infantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas, ipse te prodidit.

7. O funestos oculos meos! o diem illam omni maledictione 20
dignissimam, in qua epistulas tuas, quas huc usque retinemus, consternata mente legi! quae ibi turpitudines! quae blanditiae! quanta de condicto stupro exultatio! hocine diaconum non dicam

1 bracchia *K* mutauit *C* 2 cruces *Ga.c.* xpi *A* 3 in mon. rursum se *KΨ* rursum (sursum *AC*) se in mon. *ADC* rursus *G* 4 sponderat *J* crimen *KJCΨ* accepere *K* accipere et *AD* 5 dormituram *ADCΨ*, *Jp.c.Ba.c.m2*—rae *ς* quam *ADC*, *Ba.c.m2* quae se *Jp.c.* miscuerat *J* 6 uesperi *E*— re *cet.* adsedes *K* adsedis *J* ad(s *B*)sidens *ADB* 7 nobis *C* 8 uel aliquid *J* remittes *K* uide] *add.* uel *J* domini *GaKADCΨ ; hic incipit alt. fragm. in Ga* fuerat *Ga* 9 numquam] *add.* domi *GaADC* uideres *EAp.c.m2*, *KΨ* fueris *Ba.c.* tale *J* 10 noctem *C* 11 uobis *s.l.rec.m.E* fuit *J* 12 sol] solus *A* (us *exp.*) *D* inuito et *G* exanguis *GC* et sanguis *GaB* marcidulus *EGJB* marcidus *cet.* et *EGJB*, *Ks.l.m2*, *om. cet.* omnino careris *E* 13 pallore *J* 14 exangue *GDC* exsanguis *Ba.c.* contra] secundum *J* 15 mirabantur *Aa.c.C* 16 deponeris *Aa.c.m2D* deponereris *KΨ* misera *KΨ* mi *D* inter (n *eras.*) *G* non *C* 17 praeparata *EJ* pertractata *GaADC* angeli *D* illi *J* 18 infanti *J*, *Da.c.* 20 dies *J* illa *J* illum *ς* 21 dignissima *J* dignissimum *ς* epist. illas tuas *Cς* 22 legi] *add.* o *E* turpidines *AJ* blandit(c *A*)ies *GaAD* 23 de condictu *G* decet dicto *Aa.c.m2D* hoccine (*alt.* c *eras.*) *J* hoc in *G* hocne *GaADCB* haeccine *ς*

loqui sed scire potuisse! ubi, miser, ista didicisti, qui in ecclesia te nutritum esse iactabas? nisi quod in isdem epistulis iuras te numquam pudicum, numquam fuisse diaconum. si negare uolueris, manus tua te redarguet, ipsi apices proclamabunt. habeto interim lucrum sceleris: non possum tibi ingerere, quae scripsisti.

8. Iaces itaque aduolutus genibus meis: 'heminam', ut tuis uerbis utar, 'sanguinis' deprecaris et — o te miserum — neglecto iudicio dei me tantum quasi uindicem times. ignoui, fateor; quid enim tibi aliud possem facere Christianus? hortatus sum, ut ageres paenitentiam et in cilicio et cinere uolutareris, ut solitudinem peteres, ut uiueres in monasterio, ut dei misericordiam iugibus lacrimis inpetrares. at tu, bonae spei columen, excetrae stimulis inflammatus 2 factus es mihi in arcum peruersum et contra me conuiciorum sagittas iacis. inimicus tibi factus sum uera dicens. non doleo de maledictis — quis enim nesciat nihil nisi flagitiosum tuo ore laudari? — hoc plango, quod te ipse non plangis, quod non sentis esse te mortuum, quod quasi gladiator paratus Libitinae in proprium funus

6 heminam sanguinis] cf. Theodorum philosophum ap. Senecam de tranquill. animi 14, 3 10 cf. Matth. 11, 21; Luc. 10, 13 13 cf. Ps. 77, 57

1 potuisse] *add.* credendum *in mg. m2B* in] *add.* ex (*eras.*) *K* te nutritum] ministrum te *B* 2 in *om.J* hisdem *GaEKJDΨ* eisdem *Cς* iures *GaK*, *A* (*ex* uiris) iuris *D* 3 numquam *om.GaAD* 4 te *s.l.m2B* redarguit *GaG* habeo *GaAD* interim] igitur *GaAD* 5 lucrum *om.J* iungere *J* 6 pedibus *J* eminam *Ga* aeminam *KΨ* et minam *DC* de h(i *s.l.*)emina *J* de ge(r *s.l. add. m2*)mi*(*supr. ras.* nā *mut. in* ne *m2*) *A* et heminam *ς* 7 utar] loquar *JB* deprecaris *om.C* o *eras. G*, *om.J* te *ex* re *m2E* misero *Ea.c.m2* 8 aliud possum tibi *Cς* 9 possim *KΨ* possum *ADC* posset *J* xpianum *ADC* ageris *ex* egeris *K* 10 *pr.* et] ut *A* in cinere et cilicio *EΨB* cilicio et in cinere *GaAD* in cinere et in cilicio *GK* uolutareris] paeniteris *J* peteris *ADa.c.* 11 uenires *C* tuearis *ex* tueris *m2A* monasterium *C* inpetraris *K* implorares *C* 12 ad *GaK* excetere (excitare *p.c.m2*) *J* screte *Ga*, *D* (*inter* s *et* c *spat. unius litt.*) secrette *ex* screte *m2A* sorectae *C* 13 est *AD* contra] secundum *J* me conu.] meam (am *exp.*) uitiorum *A* 14 iactas *ADC* (*Ga?*) factus sum tibi *Ψ* tibi *om.AD* (*Ga?*) sum] es *J* dolebo *ς* 15 nesciet *AD* 16 *pr.* te] tu *AD* (*Ga?*) t (*eras.*) non s. esse te moriturum *J* non s. te esse moriturum *B* non te s. esse mortuum *KΨ* te non s. esse (*eras. A*, *om.DC*) mortuum *GaADC* 17 libitinae *Ga*, *G* (ne *s.* nae *m2*) libidinae (a *del.*) *E* libidine (-ni *m2J*) *cet.*

ornaris. amiciris linteis, digitos anulis oneras, dentes puluere teris; raros in rubenti caluaria digeris capillos, taurina ceruix toris adipeis
3 intumescens nec, quia fracta est, inclinatur. super haec unguentis flagras, mutas balneas et contra renascentes pilos pugnas; per forum ac plateas nitidus et politus amator incedis. f a c i e s m e r e t r i c i s f a c t a e s t t i b i, n e s c i s e r u b e s c e r e. conuertere, miser, ad dominum, ut ad te dominus conuertatur; age paenitentiam, ut et ille agat paenitentiam super omnibus, quae locutus est, malis, ut faceret tibi.

9. Quid neglecto uulnere proprio alios niteris infamare? quid me bene tibi et sedule consulentem quasi freneticus morsu laceras? esto, ego flagitiosus sum, ut uulgo iactitas: saltem mecum age paenitentiam; criminosus, ut insimulas: imitare lacrimas criminosi. num mea peccata uirtutes tuae sunt? an malorum tuorum putas solacium, si multos tui similes habeas? fluant paululum de oculis lacrimae inter sericum et linteamina, quibus tibi uideris fulgidus et formonsus; intellege te nudum, conscissum, sordidum, mendican-
2 tem. numquam est sera paenitentia. quamuis de Hierosolymis

5 *Hier. 3, 3 7 cf. Zach. 1, 3 8 cf. Hier. 18, 8 . 10 18 cf. Cyprian. adDemetr. c. 25 (p. 370, 7 sq. H.) cf. Luc. 10, 30—34

1 amic. — oneras *om.GaD, A (in mg. inf. m2: aℓ.* amicteris [et *exp. et s.l.* ci] lineis. digitos anulis oneras) amicteris *KJ, Am2a.c.* amicieris *Am2p.c.Ψ* lineis *Am2* oneraris *J* pulue *Aa.c.m2D* teres *GaAD, Ea.c.m2* 2 caruariae *B; hic desinit alt. fragm. in Ga* degeris *E* digneris *A a.r.C* thoris *JB* adipes *D* 3 quia *ex* qua *K*; *add.* propter libidinem *ς* facta *J* inclinaris *J* incuruatur *B* unguenta *ς* 4 fraglas *GA* flagraus *D* fragrans *C* balnea *JBp.r., C* contra] secundos *J* 5 fora *J* ac] ad *KΨ* et *J* et] ac *Cς* polytus *A* amator *om.J* incides *Ea.c.m2* in cęlis *D* 7 ad te] a te *C* dominus] ds̄ *AD* conuertitur *Aa.c.* conuertetur *D* 8 ut—paenit. *om.J* et *om.B* 10 *pr.* quid *ex* qui *m2B* neclecto *EDC, Aa.c.m2* propr. uuln. *KΨ* alio *C* alienos *J* infammare *A, Da.c.* inflammare *J* 11 sedulae *AJD* sedulo *GC* freniticus *E* phreneticus *Cς* laceraris *J* 12 flagitiosum *Ψ* sim *KDΨB* iactas *B* saltim *KΨB, Jp.c.* agere *Aa.c.D* 13 sum crim. *J* insimulas *EGJ* simulas *cet.* imitari *D* crimini *J* 14 num—sunt *om.J* sint *KDΨ, Aa.c.m2* 15 tui] tibi *KΨ* 16 sericum (er *in ras. m2*) *B* siricum *Jp.c.m2* syricum *A* 17 formosus *EADp.c., JCΨB* intellegas *C*—gam *AD* nudum] *add.* intellege *G add.* et *B* concissum *ΨB* sordidatum *ς*; *add.* et *s.l.m2B* 18 hierosolimis *Ka.c.Ψ* hyerosolimis *J* hierusolimis *A* herusolymis *D* ierosoly(i *B*)mis *CB*

descenderis et non in itinere uulneratus — unde et Samaritanus inpositum iumento curandumque ad stabulum referat —, sed mortuus iaceas in sepulchro, tamen et faetentem dominus suscitauit. imitare saltem caecos illos, propter quos saluator dimittens domum suam et hereditatem suam Hiericum uenit sedentibusque in tenebris et in umbra mortis lux orta est. qui, postquam praeterire dominum cognouissent, coeperunt clamare dicentes: fili Dauid, miserere nostri. poteris et tu uidere, si sic clames, si 3 accitus ab eo sordida uestimenta proicias. cum conuersus ingemueris, saluus eris et tunc scies, ubi fueris. tangat modo cicatrices tuas, pertractet luminum quondam tuorum uestigia. licet ab utero sic genitus sis et in delictis conceperit te mater tua, asperget te hysopo et mundaberis, lauabit te et super niuem dealbaberis. quid incuruus terrae haeres et totus in caeno es? illa, quam decem et octo annis satanas uinxerat, 4 postquam a saluatore curata est, caelum erecta suspexit. quod ad Cain dictum est, tibi dictum puta: peccasti? quiesce. quid longius recedis a facie dei et habitas in terra Naid? quid totus in salo fluctuas nec statuis super petram pedes tuos? caue, ne et te Phinees

3 cf. Ioh. 11, 39 4 cf. Matth. 20, 30—34 5 cf. Luc. 1, 79 7 *Matth. 20, 30 9 cf. Marc. 10, 50 *Esai. 30, 15 12 cf. Ps. 50, 7—9 15 cf. Luc. 13, 11—16 17 *Gen. 4, 7 18 cf. *Gen. 4, 16 19 cf. Ps. 39, 3

1 discenderis *J* descenderes *Ep.c.m2* non *E* (*del. m2*) *G*, *Ks.l.m2B* (*del. m2*) sis ς, *om. cet.* uuln.] *add.* sis *s.l.m2B* inde ς *alt.* et] te *JB*, *om.C* 2 curandum qui *KAD* ad *ex* ab *A* referet *CΨ* sed] *add.* et *s.l.m2A*, *add.* si *s.l.m2B*, *add.* et si *s.l.m.rec.E* 3 iaces *Ψ* sepulcro *GCB* suscitabit *Ep.c.ADB* 4 saltim *KΨB*, *Jp.c.* quod *Ea.c.m.rec.Aa.c.m2D* 5 hiericho *Gp.c.m2JDC* hyericho *A* iherico *B* Iericho ς sedentibusque] (quibus *s.l.Am2*) sedentibus *A*, *Ja.c.DC* 6 in *EAD*, *Gs.l.*, *om. cet.* est eis ς 8 sic *EG*, *om.cet.* clamaueris *J* 10 saluus *EGJB* tunc saiuus *cet.* scias *J* 11 fueris (fu *s.l.*) *K* modice *ADCB* quondam] quod (*eras.*) *J* 12 licet] sic *K* si *Ψ* natus *JB* concepit *KDCΨ*, *Aa.c.m2* concep̄ *B* 13 *pr.* te *ex* me *m2A* tua *ex* mea *m2A* asparget *GJD* *alt.* te] e *K* ysopo *AD* hyssopo *Cς* mundaueris *EAa.c.m2*,*D* 14 quod *J* curuus *KAp.c.*, *JB* in terrae (*sic*) *K* in terra *JΨ* eres *AD* heris *J* 15 es *EGJB* iaces *cet.* illā *J* octo] VIIII *B* sathanas *B* uinexerat *KΨ*, *Jp.c.* 16 a *s.l.EG* aspexit *B*; *add.* imitare *s.l.m2J* ad] ut (ꝺ *as.*) *B* 17 est] sit *J* quid *ex* qui *A* 18 naith *Am2*, *B* (*ex* nato) nain *C* 19 statues *KJD*, *Aa.c.m2* super *EG* supra *cet.* petra *G* pedem tuum *ADC* et *scripsi* de (*del.*) *E*, *om. cet.* phinees *EC* finees *cet.*

cum Madianitide fornicantem siromaste configat. quid, postquam Thamar uirginem frater et consanguineus polluisti, uersus in Abessalom occidere cupis eum, qui te et rebellantem plangit et mortuum? clamat contra te sanguis Nabuthae et uinea Hiezrahel, hoc est 'seminis dei', quam in hortum uoluptatum et lasciuiae holera conuertisti; dignam de te ultionem reposcunt. mittitur tibi Helias tormenta et interitum nuntians: incuruare et sacco uestire paulisper; poterit et de te deus dicere: uidisti, quia reueritus est Achab a facie mea? non superducam malitiam in diebus eius.

10. Sed forte blandiris tibi, quod a tali episcopo diaconus ordinatus es. iam et supra dixi nec patrem pro filio nec filium pro parente puniri. anima enim, quae peccauerit, ipsa morietur. et Samuhel habuit filios, qui recesserunt a timore dei et abierunt post auaritiam et iniquitatem. et Heli sacerdos sanctus fuit, sed habuit filios, qui, ut in Hebraeorum uolumine legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo dei et in similitudinem tui inpudenter sibi dei ministerium uindicabant. unde et locus

1 cf. Num. 25, 6—8 2 cf. II Reg. 13, 14 3 cf. II Reg. 15, 1—19, 4 4 cf. III Reg. c. 21 5 cf. Onom. s. p. 28, 11; (39, 1); 51, 11 6 cf. III Reg. 21, 17—24 7 cf. III Reg. 21, 27 8 *III Reg. 21, 29 13 Ezech. 18, 4 14 cf. I Reg. 8, 1—5 15 cf. I Reg. 2, 12—17, 22—25; 3. 13 18 cf. I Reg. 4, 11

1 madianitidae *K* madiam(m *eras.*)nitide *E* madianite *DC* mazyanite *A* fornicantem (m *del.*) *E* seromaste *KΨ* serũ asta *J* seroastę *D* sero asta *A* seiromaste *Cς* postquam] plus quam *ADB* 2 tamar *Aa.c.m2B* fratrem *C* et *om.KΨ* uersus es *G* in *s.l.J* abessalom *E* absalom *C* absalon *J* abessalon *cet.* 3 eum cupis *ADC* te *om.B* *pr.* et *EGB, om. cet.* rebellante *A* reuelante *D* 4 contra] secundum *J* nabutę (-te *B*) *ADB* nabuthei *J* iezrahel (i, z, r, a *in ras. m2*) *B* israhel *ADC* 5 quam in] et *ADC* ortum *Aa.c.m2JDΨB* ortus *C* uoluntatum *KCΨ* uoluntatem *Aa.c.m2D* et] in *As.l.m2D* quae in *C*, *om.Aa.c.m2ς* olera (*ex*—re *K*) *KCΨB*, *Aa.c.m2* opera *J* conuestisti *G* 6 de *eras. J* te *om.J* poscunt *JB* reposcit ς elias *C* 7 nuncians *ex* nunciatis *B* incurbare *GJD*, *Aa.c.m2* saccho (h *exp.*) *E* 8 et de te pot. dic. deus *ADC* 9 fuerit achab *C* achab fuerit *AD* achab *s.l.B* acab *E* 11 blandiaris *J* 12 et] ut *KADCΨ*, *om.J* superius *ADC* *pr.* pro *s.l.J* 13 parente *EKΨ* patrem *G* patre *cet.* punire *AΨa.c.*, *C* 14 mor.] punietur *J* samuel *GKCΨB* 15 habierunt *DC* 16 uoluminibus *AD* 18 mynisterium dei *A* dei *om.G*

tabernaculi ipse subuersus est et propter uitia sacerdotum dei sanctuarium destitutum. quamquam et ipse Heli, dum est nimium lenis in filios, offendit deum; tantumque abest te episcopi tui iustitia liberari, ut timendum sit, ne propter te de solio suo corruens ὀπισθοτόνῳ pereat insanabili. si Ozas leuites arcam domini, quam portare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare uoluit et percussus est, quid de te futurum putas, qui stantem arcam domini praecipitare conatus es? quanto episcopus, qui te ordinauit, probabilis est, tanto tu amplius detestandus, qui talem hominem fefellisti. solemus mala domus nostrae scire nouissimi ac liberorum et coniugum uitia uicinis cantantibus ignorare. nouerat te omnis Italia, uniuersi ante altare Christi stare ingemescebant. nec tu tam callidus eras, ut prudenter tua uitia celares. sic exaestuabas, sic subantem te et lasciuientem huc atque illuc rapiebat uoluptas, ut quasi quosdam triumphos palmamque uitiorum de expletis libidinibus subleuares.

11. Denique inter gladios barbari et barbari mariti et mariti potentis excubias inpudicitiae flamma te rapuit. non timuisti in illa domo adulterium facere, in qua sine iudice laesus uir se poterat ulcisci. duceris ad hortulos, ad suburbana pertraheris, tam libere

2 cf. I Reg. 3, 11—14 4 cf. I Reg. 4, 18 5 cf. II Reg. 6, 6—8

1 et propter uit. sac.] sac. et post uit. *KΨ* et *om. J* dei] $\overline{\text{xpi}}$ *KJΨB* 2 sanct. *om.KΨ* destitum *Aa.c.D*; *add.* est *ADC* heli ipse *B* ipse *om.J* eli *Aa.c.m2D* dum] *seq. ras. 2 litt. J* est — 3 te *om.J* nimium *om.KΨ* 3 abest] habet *ADC* te abest *Ψ* te] ut te ualeat *ς*, *om.GJB* tui] *add.* putas *s.l.m2J* 4 liberare *ADCΨ* 5 *ὀπισθ. om. AJDC, uarie scribunt cet.* insanabilis si *Ep.c.m2* insanabilis *KADΨ*, *Ja.c.Ba.c.m2* insanabili *C* ozias *GJD* ozyas *AC* archam *B* 6 et *om.G* 7 archam *AB* 8 quanto magis *ς* ord.] ordinatus est *J* 9 est *ex* es *m2A* amplius tu *B* tu *om.J* quia (a *eras.*) *A* quid *D* hom.] honorem *Ψ* 10 malas *J* nostras *J* 11 canentibus *ADC* omnes *Ea.c.m2A* 12 te stare ante altare xpi stare *C* (*om. alt.* stare *ς*) ingemisc. *KDΨ*, *Ap.c.m2* calidus *Aa.c.m2D* 13 uitia tua *Ψ* celaris *KD*, *Aa.c.m2* exaestuabas *EG* aestuabas *cet.* sudantem *Ka.c.Ap.c.m2Ψ* su*antem (b *eras. et* a *in ras. m2*) *B* blandientem (entem *s.l.*) *J* 14 te *s.l.m2J* uoluntas *KDΨ* ut *ex* et *m2E* 15 palmaque *KΨ*; *add.* inter gladios (*exp.*) *K* de expl. lib. subl.] ageres de expletis *C* de *om.J* liuid. *E*, *om.C* subleuaris *KD*, *om.AC* 17 et barbari *om.J* 18 potentes *Ψa.c.B*, *om.J* flamma] flammatae (tae *eras.*) *E* 20 ortulos *ADB* ad suborbana *D*, *om.AC*

et insane agis, ut absente marito uxorem te putes habere, non adul-
teram. inde per quosdam cuniculos, dum illa tenetur, erumpis,
Romam occultus ingrederis, latitas inter Samnitas latrones et ad
primum mariti nuntium, quod nouus tibi ex Alpibus Hannibal
descendisset, nauigio te credis in tuto. tanta fugae celeritas fuit,
ut tempestatem terra duceres tutiorem. uenis utcumque Syriam,
inde te Hierosolymam uelle transcendere et seruiturum domino
polliceris. quis non susciperet eum, qui se monachum promittebat,
praesertim ignorans tragoedias tuas et episcopi tui commendaticias
ad ceteros sacerdotes epistulas legens? at tu, infelix, transfigurabas
te in angelum lucis et minister satanae ministrum iustitiae simu-
labas. sub uestitu ouium latebas lupus et post adulterium hominis
adulter Christi esse cupiebas.

12. Haec idcirco, ut totam tibi scaenam operum tuorum quasi
in breui depingerem tabella et gesta tua ante oculos ponerem, ne
misericordiam domini nimiamque clementiam materiam aestimes
delictorum rursum crucifigens tibimet ipsi filium dei et ostentui
habens et non legens illud, quod sequitur: terra enim uenien-
tem saepe super se bibens imbrem et generans
herbam oportunam illis, a quibus colitur,
accipit benedictionem a deo; proferens au-
tem spinas et tribulos reproba est et male-

10 cf. II Cor. 11, 14—15 12 cf. Matth. 7, 15 18 *Hebr. 6, 7—8

1 et insane te *ADC* te (*eras.*) et insane *J* sane *E* 2 unde *KADCΨ* 3 comam *J* occultius *J* habitas *Ψ* 4 quo *KΨ* annibal *KADΨ* 5 discendisset *JΨ* nauigium *KΨ* in tuto (*haec s.l.m2*) in tanto *K* tuto] tanto *A* (-tū *m2*) *DCΨ* tantae *A* (tuae *m2*) *D* fugae] fuga et *Gp.c.* celer.] *add.* necessitas *J* 6 terram *J* uenis *EG* uenisti *cet.* siriam *Ψ* siria *D* in Syriam *ς* 7 uelle hierosolymam (hieru- *D* hyero- *J* hyerosolimam *A* hierosolimam *Ψ* ierosolymam *C* iherosolimam *B*) *codd. praeter EG* 8 pollicebaris *B* mon. se *C* se futurum mon. *EGJ* futurum se mon. *B* 9 tragedias *GB* et *om.AD* 10 at] ad *K* ac *J* autem *ADC* 11 minister] ministrum *KAJDCΨ* sathanae *B* seminabas *KΨ* 12 hominum *B* 13 Christi *om.J* 14 et haec *AC* idcirco] *add.* retuli *CΨ* dixi *J* quas *D* 15 tabella pingerem *J* pingerem *JB* oculos tuos *Cς* 16 nimiamque] in misericordiam (misericordem *m2*) quae (a *exp.*) *A* extimes *G* existimes *ς* 17 temet ipsi *Aa.c.m2DC* 19 se *om.KADΨ* uiuens *Aa.c.m2DC* generat *J* 21 accipiens *J* domino *ADC* 22 spinas *om.K* reprobata *C* est *om.J* maledictioni *AJDCB*

dicto proxima, cuius consummatio in conbustionem.

CXLVIII.
AD CELANTIAM.

1. Uetus scripturae celebrata sententia est esse pudorem, quo gloria inuenitur et gratia, et esse rursus pudorem, qui solet parere peccatum. cuius dicti ueritas quamquam satis ad omnium intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mihi tamen nescio quomodo in praesenti causa propius innotuit. prouocatus enim ad scriben- 2

5 cf. Eccli. 4, 25

1 cons.] *add.* fit ς in *s.l.m2A, om.D* conbustione *C* conbustionem est *J* conbustione est *Ap.e.m2*; *add.* explicit ad sabinianum de paenitentia *E* amen explicit epistula hieronimi ad sabinianum diaconum de paenitentiam (*sic*) *G* explicit ad sabinianum cohortaturia (*sic*) *K*

B = *Berolinensis lat. 18 s. XII.*
O = *Oxoniensis Balliolensis 229 s. XII.*
e = *Parisinus lat. 1876 s. XII.*
v = *Sanerucensis 105 s. XII.*
z = *Vaticanus lat. 360 s. XII—XIII.*
a = *Sessorianus 32 (Bibl. Nat. Rom. 2093) s. XIII.*
i^1 = *Vaticanus lat. 344 s. XV.*
b^1 = *Casanatensis D IV 41 s. XV.*
a^1 = *Vaticanus lat. 4279 s. XVI.*
c^1 = *Casanatensis A II 1 s. XVI.*

Hanc subditiuam epistulam, quam in appendice operum Paulini Nolani edidit Guil. Hartel (CSEL XXIX 436), praebent integram evi^1c^1, *reliqui codd. desinunt p. 349, 1 uerbis:* reprobetur a domino

i

ad celantiam (*hunc titulum deleuit m2 et in mg. adscripsit:* apocpha) *B* ieronimus ad celanam quo modo in coniugio recte et sancte uiuat *O* ieronimus ad cellantiam ne uxor maritum suum dimittat propter religionis causam sine illius consensu *e* epistola hieronimi ad cellantiam. ne uxor maritum suum dimittat propter religionis causam sine illius consensu *v* epła beati hieronimi ad celantiam *z* eiusdem ad celanciam b^1 epła beati ieronimi ad celanciam a^1 epła ihero exhortatoria ad cellanciam et ne uxor maritum dimittet (*sic*) causa religionis sine illius consensu c^1, *titulo carent* ai^1; *Hieronymi nomen exhibent tituli in* $Oevzb^1$ (eiusdem) a^1c^1

5 sent. cel. *O* cel. *om.*ec^1 6 inueniatur evc^1 rursum *B* prorsus evc^1 soleat evc^1 8 ipsam a^1 9 proprius $zi^1b^1a^1$ *a.e.*

dum litteris tuis, quae miris hoc a me obsecrationibus flagitabant, diu, fateor, de responsione dubitaui silentium mihi imperante uerecundia. cui tamen fortissime resistebat et uim faciebat precum tuarum fidelis ambitio pugnabatque acriter cum haesitatione mea humilitas obsecrantis et magna quadam fidei uiolentia oris claustra pulsabat. cumque sic animum in utroque nutantem cogitatio diuersa
3 libraret, paene pudor exclusit officium. sed me illa, quam supra posui, sapientis sententia armauit ad depellendam inutilem uerecundiam et damnosum silentium resoluendum, cum utique ipsam scribendi causam tam honestam uiderem esse, tam sanctam, ut peccare me omnino crederem, si tacerem, illud mecum scripturae reputans: tempus tacendi et tempus loquendi et iterum: ne retineas uerbum in tempore salutis et illud beati Petri: parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem.

2. Petis namque et sollicite ac uigilanter petis, ut tibi certam ex scripturis sanctis praefiniamus regulam, ad quam tu ordines cursum uitae tuae et cognita domini uoluntate inter honorem saeculi et diuitiarum illecebras morum magis diligas suppellectilem atque ut possis in coniugio constituta non solum coniugi placere sed etiam ei, qui ipsum coniugium indulsit. cui tam sanctae petitioni tamque pio desiderio non satisfacere quid aliud est quam profectum
2 alterius non amare? parebo igitur precibus tuis teque paratam ad implendam dei uoluntatem ipsius nitar incitare sententiis. idem enim uerus omnium dominus ac magister, qui nos et placere sibi iubet et docet, quomodo ei placere possimus. ipse itaque te

12 Eccle. 3, 7 13 *Eccli. 4, 28 14 I Petr. 3, 15 25 cf. Ioh. 13, 13

3 resistebam *evc*^{1} 5 quodam modo *evc*^{1} fidei *om.ec*^{1} 6 sic] sane *evc*^{1} inter (in *c*^{1}) utrumque *evc*^{1} 7 uibraret *Oa*^{1} pudoris *evc*^{1} 8 sapienti^{S}*O* sapientie *c*^{1} sapientię (*s.l.* ł enter) *e* pellendam *evc*^{1} 10 esse et *c*^{1} 11 omnino me *z* omnino *om.evc*^{1} 12 loquendi et tempus tacendi *ec*^{1} 13 nec *i*^{1} in *om.B* 15 possenti uos redere rationem *b*^{1} 16 uigilanter *Bai*^{1}*b*^{1} uiolenter *cet. alt.* petis] poscis *evc*^{1} 17 sanctis *om.evc*^{1} tu *om.* ς 18 et] ut *Ovza*^{1} secuti (*sic*) honores *b*^{1} honores *b*^{1}*a*^{1}ς 20 constituta *om.ab*^{1} 21 ei *om.ec*^{1} ipsum *om.i*^{1} ind. coni. *vi*^{1} indulserit *b*^{1} 23 ergo *c*^{1} 24 dei *BOza*^{1} domini *cet.* ipsius] iam piis *evc*^{1} 25 idem est *evc*^{1} et omn. dom. et mag. *i*^{1} et *om.b*^{1} placere *om.i*^{1} 26 et *om.a* placere ei *i*^{1} ei *om.ec*^{1} possumus *ai*^{1}

informet, ipse te doceat, qui interroganti in euangelio adolescenti, quid faceret, ut uitam mereretur aeternam, diuina continuo mandata proponit ostendens nobis eius uoluntatem esse faciendam, a quo speramus et praemia. propter quod alio testatur loco: non 3 omnis, qui dicit mihi: 'domine, domine', intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. quo manifeste illud ostenditur nos non sola dei confessione tanti praemii magnitudinem promereri, nisi fidei iustitiae opera coniuncta sint.

3. Qualis est enim illa confessio, quae sic deum credit, ut eius pro nihilo ducat imperium? aut ex animo aut uere dicimus: domine, domine, si eius, quem dominum confitemur, praecepta contemnimus? unde ipse in euangelio dicit: quid autem uocatis me 'domine, domine' et non facitis, quae dico? et iterum: populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. et rursum loqui- 2 tur per prophetam: filius honorificat patrem et seruus dominum suum timebit, et, si pater sum ego, ubi est honor meus? et, si dominus ego sum, ubi est timor meus? ex quo apparet nec honorari ab eis dominum nec timeri, qui eius praecepta non faciunt. unde 3 ad Dauid expressius dicitur, qui peccatum admiserat: et pro nihilo duxisti deum et ad Heli sermo fit domini: qui honorificat me, honorificabo eum; qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur.

1 cf. Matth. 19, 16—22 etc. 4 Matth. 7, 21 14 Luc. 6, 46 16 Matth. 15, 8 18 *Mal. 1, 6 23 *II Reg. 12, 9 24 *I Reg. 2, 30

1 informet et ev que a in eu. int. B interr. *om.* v 2 uit. aet. mer. ec^1, a *a.c.* mer. uit. aet. vi^1 3 ostendit evc^1 uol. eius z 5 mihi dicit a^1 6 sed—8 cael. *om.* ab^1a^1 8 illud *om.* i^1 10 fidei et evi^1c^1 opera iusticię B 11 enim est ev illa *om.* B deo evc^1 pro nih. eius i^1 12 *pr.* aut] haud *ap.c.m2*; *add.* quo ec^1 quomodo v *alt.* aut] ac evc^1, *om.* b^1 14 in eu. ipse O autem *om.* B 15 *alt.* domine] $\bar{\text{d}}$ a 17 eorum] erat c^1 19 timebit *in suspicionem uocat Engelbrecht* timet Bv sum ego (*cf. LXX*) Oza^1 ego sum *cet., quod in seq. omnes praebent* 20 ubi—21 sum *om.* i^1 22 dom. *om.* ai^1b^1 non *om.* c^1 unde] et v 23 expr. ad dauid $Oeza^1c^1$ peccatum non i^1 24 duxistis a^1 deum] dominum eva^1c^1 hely $Oezc^1$ fit sermo ς domini dicens evi^1c^1 26 rediguntur ec^1

4. Et nos securo ac bono animo sumus, qui per singula quaeque peccata inhonorantes deum clementissimum dominum ad iracundiam prouocamus eiusque imperia superbissime contemnendo in tantae maiestatis imus iniuriam? quid enim umquam tam superbum, quid uero tam ingratum uideri potest quam aduersus eius uiuere uoluntatem, a quo ipsum uiuere acceperis, quam illius praecepta despicere, qui ideo aliquid imperat, ut causas habeat remunerandi? neque enim obsequii nostri deus indiget, sed nos illius indigemus
2 imperio. mandata eius desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum nimis et dulciora super mel et fauum, quoniam in custodiendis illis retributio multa. et ideo nobis irascitur, idcirco magis illa inmensitas, illa dei bonitas offenditur, quia eum per tanti etiam praemii detrimenta contemnimus nec solum imperia sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. unde saepe, immo semper illa nobis domini est reuoluenda sententia: si uis ad uitam uenire, serua mandata. hoc enim tota nobiscum lege agitur, hoc prophetae, hoc apostoli docent, hoc a nobis et uox Christi et sanguis efflagitat, qui ideo pro omnibus mortuus est, ut, qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro illis mor-
3 tuus est. uiuere autem illi non aliud est quam eius praecepta seruare, quae nobis ille quasi certum quoddam dilectionis suae pignus seruanda mandauit. si diligitis, inquit, me, mandata mea seruate et: qui habet mandata mea et

9 *Ps. 18, 11 11 Ps. 18, 12 16 *Matth. 19, 17 19 *II Cor. 5, 15 23 Ioh. 14, 15 24 Ioh. 14, 21

1 ac] et *Oza*[1] animo ac bono i^1 quaeque] quoque *Oa*[1]; *add.* dei evc^1 2 pecc.] praecepta evc^1 3 imperium evc^1 4 ini. imus *B* 5 uero *om. Bv* 6 accepisti i^1 9 imperii $Ozi^1a^1c^1$ mand.] *add.* enim $Oevza^1c^1$ illius *v* 10 nimis] multum ς dulc̄ *B* 13 inm. illa] immensa evc^1 dei] cum b^1 eam $i^1a^1c^1$ cum eum *ι* per tanti] imperanti b^1 14 determinata c^1 cognouimus uel contempnimus *α* nec] non evc^1 imperata *v* 15 ducentes ec^1 saepe, immo semper] semper *ev* feruenti animo sepe c^1 illa — sent.] illa dom. est reu. sent. *O* nobis reu. est illa dom. sent. *v* animo (*om.*c^1) dom. nobis reu. sent. est ec^1 16 est *om.*ς peruenire b^1 17 mandata dei i^1 18 docent hoc ap. *B*, *om.v* exflagitat *O* flagitat evc^1 19 omnibus] nobis ec^1 est *om.*ab^1 ut *om.*c^1 20 illis] ipsis c^1 eis i^1 21 est aliud vi^1a^1 22 quae] quod *v* quoddam certum c^1 lectionis b^1 23 seruandum evc^1 mandauit dicens evi^1c^1 inquit *om. Oevc*[1] 24 et] at *Oza*[1] qui habet—seruat ea *om. Oza*[1]

seruat ea, ille est, qui diligit me, ac rursus: si quis diligit me, sermonem meum seruabit et pater meus diliget eum et ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus. qui non diligit me, sermones meos non seruat. grandem 4
uim obtinet uera dilectio et, qui perfecte amatur, totam sibi amantis uindicat uoluntatem nihilque est imperiosius caritate. nos, si uere Christum diligimus, si eius nos redemptos sanguine recordamur, nihil magis uelle, nihil omnino debemus agere, quam quod illum uelle cognoscimus.

5. Duo autem sunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iustitia: prohibendi unum est, iubendi alterum. ut enim mala prohibentur, ita praecipiuntur bona. ibi otium imperatur, hic studium; ibi cohercetur animus, hic incitatur; hic fecisse, hic non fecisse culpabile est. unde propheta dicit: quis est homo, qui uult uitam et cupit uidere dies bonos? prohibe linguam tuam a malo et labia tua, ne loquantur dolum. declina a malo et fac bonum et beatus apostolus: odientes malum, adhaerentes bono. hoc itaque duplex diuersumque praeceptum, pro- 2
hibendi scilicet et imperandi, aequo omnibus iure mandatum est. non uirgo, non uidua, non nupta ab hoc imperio libera est. in quouis proposito, in quouis gradu aequale peccatum est uel prohibita admittere uel iussa non facere. neque uero eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt, quae potissimum dei mandata contemnant quaeue quasi uilia ac parua despiciant, nec metuunt.

1 Ioh. 14, 23—24 15 *Ps. 33, 13—15 19 Rom. 12, 9

1 ille—me *om.z* est qui] enim b^1 rursus ait evc^1 si *om.*i^1 2 qui i^1 5 grande b^1 6 quod *a* totum c^1 amantis *om.O* 7 que *om.*evi^1c^1 est *om.v* 8 eius nos red. evb^1c^1 eius red. nos *B* nos eius red. i^1 eius red. *cel.* 9 uelle homini c^1 agere *om.*i^1 ipsum i^1 11 claud.] clam dicitur e 12 sicut evc^1 13 otio(o *exp.*)ũ *a* odium *coni. Vallarsius* operatur *BO*ai^1a^1 14 *fort.* hic] ibi evc^1 *quart.* hic] illic i^1 15 unde—quis est *om.*evc^1 unde et *ς* 16 uult] uelis evc^1 cupis evc^1 dies uidere i^1c^1 17 labia tua] linguam tuam c^1 19 apostolus ait evc^1 mala a^1 21 aequo] ex quo a^1 22 libera] secura evc^1 25 qui *s.l.B* quae pot. dei] ut evc^1 mandata dei *B* 26 contemnant] faciant *ς* quae uel evc^1 que uere (re *eras.*) *a* ac] uel *ev* et i^1c^1 despiciunt *Bevc*^{1}

ne secundum diuinam sententiam minima contemnendo paulatim decidant.

6. Stoicorum quidem est peccatorum tollere differentiam et delicta omnia paria uindicare nec ullum inter scelus et erratum discrimen facere. nos uero, etsi multum inter peccata distare credimus, quia et legimus, tamen satis prodesse ad cautionem dicimus etiam minima timere pro maximis. tanto enim facilius abstinemus a quocumque delicto, quanto illud magis metuimus, nec cito ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat. et sane nescio, an possimus leue aliquod peccatum dicere, quod in dei contemptum admittitur. estque ille prudentissimus, qui non tam considerat, quid iussum sit, quam illum, qui iusserit, nec quantitatem imperii, sed imperantis cogitat dignitatem.

7. Aedificanti itaque tibi spiritualem domum non super leuitatem arenae sed supra soliditatem petrae innocentiae inprimis fundamenta ponantur, supra quae facilius possis arduum culmen iustitiae erigere. maximam enim partem aequitatis impleuit, qui nulli nocuit, beatusque est, qui potest cum sancto Iob dicere: nulli nocui hominum; iuste uixi cum omnibus. unde audenter ac simpliciter loquebatur ad dominum: quis est, qui iudicetur mecum? id est: quis tuum

1 cf. Eccli. 19. 1 14 cf. Matth. 7, 24—27 etc. 19 cf. Hiob 27, 6 21 Hiob 13, 19

1 nec *a* praesentiam ab^1a^1 ***sentiam (sententiam *p.c.*) *O* praescientiam *B* 3 est quidem i^1 4 omnia paria] prauis omnia ec^1 uindicare (*s.l.* aƚ iudicare) a^1 iudicare vi^1b^1 err.] iratum ec^1 iram *v* 5 discr. facere *om.O* dist. int. pecc. evc^1 6 quia] quod *O* qui za^1 ad caut. prod. i^1 7 timere pro maximis cauere b^1 pro maximis cauere i^1 pro maximis (*s.l.* aƚ pro summis) a^1 proximis *z* 8 a quoc. del. *om.* c^1 cumque—illud *om.*c quanto] quo vc^1 magis illud maius c^1 10 possumus ai^1 aliquod leue *B* contemptu *Ba.c.m3ev* 11 admittatur *O* ille *om.*evc^1 quid] quod *v* 12 iustum *Ba* 13 diuinitatem ec^1 14 edificante *v* tibi *om.*evc^1 spiritalem i^1 spalem *Ba* super] supra evc^1 lenitatem *Ba* 15 haren(a)e *ev* harere b^1 sed *ex* et *a* supra] super i^1a^1 petrae sol. evc^1 16 fundamentum ponatur evc^1 super *ς* quae] quam *v* quod *ς* possis] ualeat messis evc^1 iust. culmen surgere evc^1 17 maxime *B* 18 que est *om.*evc^1 sancto] beato *BO* 19 hominum nocui ec^1 20 audacter vc^1 ac] et vi^1a^1 dom.] eum evc^1 21 est ille *ς* iudicet me evc^1 id est quis tuum] conquestum *ev* conquestus e^1 suum ab^1

aduersum me potest implorare iudicium, ut se laesum a me conuincat? purissimae conscientiae est secure canere cum propheta: perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae, unde idem alibi dicit: non fraudabit deus bonis eos, qui ambulant in innocentia. itaque malitiam, odium atque inuidiam, quae uel ma- 3
xima uel sola semina sunt nocendi, Christiana a se anima propellat neque manu tantum aut lingua sed corde quoque custodiat innocentiam nec modo opere, sed uoto etiam nocere formidet. quantum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit et qui nocere disposuit. multi nostrorum illud absolute atque integre definiunt 4
innocentem, qui ne in eo quidem nulli noceat, quod prodesse desistat. quod si uerum est, tum demum laetare de innocentiae conscientia, si, cum potes adiuuare, non desinas; sin uero diuisa inter se ista atque distincta sunt aliudque est non nocere, quod semper potes, aliud prodesse, cum possis, aliud malum non facere, aliud operari bonum, illud tibi rursus occurrat non sufficere Christiano, si unam iustitiae partem impleat, cui utraque praecipitur.

8. Neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quae nullam morum disciplinam sequens, nullum uiuendi tenens ordinem non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur. nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilem

3 Ps. 100, 2 4 *Ps. 83, 12

1 potest impl.] implorabit *B* ut] et *evc*^{1} a me esse *evc*^{1} 2 secure] *seq. ras. 3—4 litt. B* cum *om.a* 4 meae] tue *a*^{1} idem *om.ec*^{1} fraudabit *Oec*^{1}—uit *cet.* 5 eos deus bonis *vi*^{1} bonis *om.BO* 6 inu. od. atque malit. *evc*^{1} maxia *O*; *add.* sunt *c*^{1} 7 sunt sem. *ec*^{1} seminaria *v* a se] *add.* anima a se *b*^{1} prop. anima *i*^{1} 9 opere modo *ς* uoto] uoce *ex* uoco *B* formidat *i*^{1} 10 et qui] qui et *c*^{1} qui *Oevz* 11 nostr.] nomen *evc*^{1} abs. illud *B* illum *Oza*^{1} difiniunt e diffiniunt *Oza*^{1}*i*^{1}*b*^{1}*a*^{1}*c*^{1} 12 innoc. *om.ai*^{1}*b*^{1} nec *evc*^{1}, *om.i*^{1} uulli *a* ulli *Oς* non ulli *b*^{1} noceāt *ap.c.m2* quo *ec*^{1} desistāt *ap.c.m2* 13 est uerum *vi*^{1} 14 desinat *B* sin] si *eva*^{1}*c*^{1} ista *om.evc*^{1} 15 quod *om.a* 16 malum *om.ec*^{1} 17 rursum *i*^{1}*c*^{1} occurrit *evc*^{1} xpianum e un. part. iust. *ec*^{1} part. un. iust. *vi*^{1} 18 iust. *del. Hartel* cui] cum *v* utrumque *Bevc*^{1} precipiatur *v* 19 debemus *om.ai*^{1}*b*^{1} multitudinem *vc*^{1}; *add.* debes *s.l.m2a* exempla] hominum malam (mala e) *evc*^{1} 20 quae] qui *ec*^{1}, *om.v* nullam—sequens *om.evc*^{1} nulla *i*^{1} morum *ς* horum *codd.* tenet *ec*^{1}, *om.i*^{1} 21 tam *om.B* 22 uobis *a* illi *om.ec*^{1} sub *om.B* gentilium *evc*^{1}

uitam agunt et aliud professione, aliud conuersatione testantur atque, ut apostolus ait, deum confitentur se nosse, factis autem negant. inter Christianum enim atque gentilem cum fides tum debet etiam uita distinguere et diuersam religionem per diuersa opera monstrare. noli, ait apostolus, iugum ducere cum infidelibus. quae enim participatio iustitiae cum iniquitate aut quae societas luci ad tenebras? quae autem conuentio Christi ad Belial aut quae pars fideli cum infidele? qui autem consensus templo dei cum idolis?

9. Sit ergo inter nos atque illos maxima separatio. distinguatur certo discrimine error et ueritas. illi terrena sapiant, qui caelestia promissa non habent, illi breui huic se uitae totos implicent, qui aeterna nesciunt, illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant, illi seruiant uitiis, qui non sperant praemia futura uirtutum. nos uero, qui purissima confitemur fide omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum, procul esse debemus a uitiis. qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis. nec turbam sequantur errantem, qui se ueritatis discipulos confitentur.

2 *Tit. 1, 16 5 *II Cor. 6, 14—16 18 *II Cor. 5, 10 21 Gal. 5, 24

2 ait ap. *O* se confitentur ei^1c^1 3 enim atque] et vc^1 4 gent.] *add.* uitam agunt (*del.*) α cum] tum *Oza*^{1} non evi^1c^1 fides (s *exp.*) α tum *exp.*α tantum evi^1c^1 debet] *add.* sed evi^1c^1 5 nolite evi^1c^1 6 part. enim α 7 iust. *om.*i^1 aut quae—Bel. *om.*ab^1 9 fidelis b^1 10 infideli *Ovai*$^1b^1c^1$ quis *B* autem *om.*i^1 templi i^1 11 dei *om.*i^1 12 sit ergo] si autem evc^1 inter] in b^1 nos] uos i^1 atque] et *Bvai*$^1c^1$ distinguitur evc^1 disiungitur *Ba.e.*ς 13 sapiunt *BOvza*$^1c^1$ 14 huic se uitae ev uitae huic se c^1 huic uitae se *cet.* 15 qui et (et *exp.* α) *Ba* terrena i^1 (a)eternam nesciunt uitam evc^1 metuunt *zp.e.* 16 seruiunt *zp.e.* fut. praem. ai^1b^1 17 uero *om.*ec^1 19 corp. sui *Bvai*$^1c^1$ 21 uitiis] *add.* dicente apostolo evi^1c^1 enim] autem ec^1 xpi sunt $v\varsigma$ 23 seq(e)untur *Oevza*^{1} sequitur c^1

10. Duas certe conuersationis uias et distincta in diuersum itinera uiuendi in euangelio saluator ostendit: quam, inquit, spatiosa uia, quae ducit ad mortem, et multi sunt, qui intrant per eam, et rursum: quam arta uia, quae ducit ad uitam, et pauci sunt, qui inueniunt eam. uide, quanta inter has uias separatio sit 2 quantumque discrimen. illa ad uitam, haec tendit ad mortem, illa celebratur et teritur a multis, haec uix inuenitur a paucis; illa enim uitiis per consuetudinem quasi decliuior ac mollior et uelut quibusdam amoena floribus uoluptatum facile ad se rapit commeantem multitudinem, haec uero insueto calle uirtutum tristior atque horridior ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est quam utilitas mansionis. asperam enim nobis et insuauem uirtutum uiam nimia effecit consuetudo uitiorum, quae si in partem alteram transferatur, inuenietur, sicut scriptura dicit, semitas iustitiae leues. ponamus ergo iam rationem 3 uitae nostrae et, per quam potissimum gradiamur uiam, conscientia teste discamus. omne enim, quod agimus, omne, quod loquimur, aut de lata aut de angusta uia est. si cum paucis angustum iter et subtilem quandam semitam inuenimus, ad uitam tendimus; sin uero multorum comitamur uiam, secundum domini sententiam imus ad mortem.

2 *Matth. 7, 13 4 *Matth. 7, 14 15 *Prou. 2, 20

1 conuersionis *O* diuerso *evc*^{1} 2 itinere *c*^{1} salu. in eu. *i*^{1} ost. dicens *evc*^{1} inquit] lata (laeta *c*^{1}) et *ec*^{1} 3 uia est *c*^{1} 5 uia] uia et angusta est *vi*^{1} et angusta uia est *cc*^{1} 6 inueniant *a*^{1} separacio inter has uias *B* 7 que *om.evc*^{1} uitam] mortem *i*^{1} haec] ista *ev* istam *c*^{1} ad mortem tendit *evc*^{1} mortem] uitam *i*^{1} 8 celebr. a pluribus *evc*^{1} teritur] tenetur *evc*^{1} 9 uitiis] *add.* quasi *BOzaa*^{1} procliuior *v* 10 commeantium *evi*^{1}*c*^{1} 12 horr. uidetur *evc*^{1} tantum ab his *a* diligitur *evc*^{1} 13 enim *om. c*^{1} nobis *om. Bab*^{1} 14 suauem *B* efficit *a* facit *eva*^{1}*c*^{1} uit. cons. *ev* 15 non transferatur *ev* transferas *i* inueniat *ab*^{1} inuenies *i*^{1} inuenietur *ec*^{1} 16 semita *evc*^{1} semitam *i*^{1} leuis *evc*^{1} lenem *i*^{1} iam ergo *e* rat. iam *i*^{1} rationes *b*^{1} 17 et *om.ec*^{1} quam] quod *Bp.c.* potissime *a*^{1} uiam] iter *B* 18 discimus *evc*^{1} enim *om.ec*^{1} quodcumque *evc*^{1} omne quod—lata *om.c*^{1} omne quod loquimur *om.e* 19 si *vi*^{1}, *a*^{1}*a.c.* 21 comit.] comitum imus *Lebrun* comitum comitamur *Hartel*

11. Si igitur odio atque inuidia possidemur, si cupiditati et auaritiae cedimus, si praesentia commoda futuris praeferimus, per spatiosam uiam incedimus; habemus enim ad haec comitem multitudinem et late similium stipamur agminibus. si iracundiae libidinem explere uolumus, si iniuriam uindicare, si maledicenti maledicimus et aduersum inimicum inimico animo sumus, aeque cum plurimis ferimur. si uel adulamur ipsi uel adulantem libenter audimus, si uero gratiam ⟨non⟩ impendimus et magis offendere timemus animos hominum quam non ex animo loqui, de multorum item uia
2 sumus. tot nostri socii, quot extranei ueritatis. at e contrario, si ab his omnibus uitiis extranei sumus, si purum ac liberum praesentamus animum et omni cupiditate calcata solis studemus diuites esse uirtutibus, per angustam uiam nitimur. conuersatio enim ista paucorum est estque perrarum atque difficile idoneos itineris comites reperire. quin etiam multi hac ire se simulant et per diuersa errorum diuerticula ad uiam multitudinis reuertuntur. adeo timendum est, ne, quos duces recti huius itineris habere nos credimus, eos comites habeamus erroris.

12. Si igitur inueniuntur exempla, quae nos per hanc ducant ad uitam et rectum euangelii tramitem teneant, sequenda sunt; sin uero ea uel deficiunt uel deficere putantur, apostolorum forma

5 cf. I Petr. 2, 23

1 ergo ς cupiditate et (atque e) auaritia evc^1 2 cedimur vc^1 credimus ^{1} 3 inc. uiam evc^1 hoc i^1 comitum evc^1 4 iracundiam vi^1c^1—dia e lib. expl.] expl. si lib. v libidinemque i^1 5 implere i^1 uindicamus ς remaledicimus c^1 6 aduersus evc^1 simus a^1 pluribus evc^1 7 audiuimus b^1 8 uerum gratia *Bp.c.* uero gramen *aa.c.* uerum dicere gratia evc^1 non *addidi*, *om. codd.* impedimus b^1 -mur evc^1; *add.* hominum c^1 tim. hom. an. a^1 an. hom. tim. i^1b^1 tim. homines evc^1 9 de] domino evc^1 uias imus evc^1 10 nostri sunt ς ocii a^1 at *om.* evc^1 11 *pr.* si *om.* v omnibus his a^1 omnibus *om.Oz* sum. extr. vi^1b^1 extr.] uacui ec^1 praestamus an. evc^1 an. praestamus ς 14 paucorum ista ab^1 *pr.* est *om.* ab^1 perrarum] *add.* est i^1 rarum b^1 idoneos] unius ev et unius c^1 huius itineris evi^1c^1 15 repp. *B* reperit ab^1 hac] *add.* uia v et] ac b^1 16 reu.] diuertuntur a^1 ideo evc^1 ideoque i^1 17 huius recti i^1 19 hanc] *add.* uiam *Ba* (*sed cf. lin. 15* hac) ducunt *B* 20 ad uitam] uiam evc^1 uiam ad uitam *Hartel* 21 definiunt ev diffiniunt c^1 definere c^1 definire e putant evc^1

uniuersis proposita est. clamat uas electionis nosque quasi ad angustum hoc iter conuocans dicit: imitatores mei estote sicut et ego Christi. certe — quod est amplius omnibus — ipsius domini relucescit exemplum, qui in euangelio ait: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos requiescere faciam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. si periculosum est imitari illos, 2 de quibus dubitas an imitandi sint, hunc certe imitari tutissimum est atque eius uestigia insequi, qui dixit: ego sum uia, ueritas et uita. numquam enim errat imitatio, quae sequitur ueritatem. unde et sanctus Iohannes: qui dicit se, inquit, in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. beatus Petrus ait: Christus pro 3 nobis passus est uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. qui, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiae uiueremus.

13. Cesset omnis excusatio errorum, auferantur peccandi foeda solacia. nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla

1 cf. Act. 9, 15 2 ICor. 4, 16. 11, 1 4 *Matth. 11, 28—29 10 *Ioh. 14, 6 12 *I Ioh. 2, 6 14 *I Petr. 2, 21—24

1 cunctis c^1 posita ec^1 elect. paulus evi^1c^1 nos quoque va^1 nobisque ec^1 hoc iter angustum i^1 2 hac iter c^1 iter hoc v iter hac e conuocat z commeans ec^1 incitans v uocans a; *add.* et i^1 dicens z 3 sic i^1 omnibus *om.* a 4 relucet ei^1c^1 edocet v ait in euangelio e 5 omnes *om.* i^1 honerati BOa 6 uos req. faciamus a^1 req. faciam uos vi^1 reficiam uos e uos reficiam c^1 tollite—uos *om.* i^1 7 et discite a me *om.* B 8 ill. imit. i^1 10 est *om.* ab^1 sequi vi^1c^1 qui *om.* B uer. et uita] et uer. Bb^1, a (et *s.l.*) 11 imitatione (imitatio a) qui $Ozaa^1$ imitator qui b^1 qui ς 12 sanctus] apostolus vi^1, *om.* Oza^1 Iohannes] *add.* ait evc^1 *add.* dicit Ozi^1a^1 inquit *om.* evi^1c^1 14 et beatus evi^1c^1 xps enim B 15 nobis] uobis $Beab^1$ uobis *om.* B 17 dol. inu. est ez est inu. dol. v inu. dol. (*add.* est *s.l.*) O 18 male dixit $i^1p.c.m2$ 20 enim za^1 quia a uestra ai^1 21 pert. ipse a^1 ipse *om.* i^1 22 uiuamus evi^1c^1 23 foeda pecc. i^1

defendimus et ad consolationem nostri aliena saepe numerantes uitia deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi. ad illius exemplum mittimur, quem omnes fatemur imitandum. atque ideo praecipua tibi cura sit legem nosse diuinam, per quam putes quasi praesentia cernere exempla sanctorum et, quid faciendum, quid uitandum sit, illius consilio discere. maximum enim ad iustitiam auxilium est implere diuinis eloquiis animum et, quod opere exequi cupias, semper corde meditari. rudi adhuc populo et hominibus ad oboedientiam insuetis per Moysen imperatur a domino, ut in signum memoriae, qua praecepta domini recordentur, per extremitates uestimentorum fimbrias habeant easque cocco hyacinthini coloris insigniant, ut etiam casu huc illucue respicientibus oculis mandatorum caelestium memoria nascatur. de quibus fimbriis pharisaei denotantur a domino, quod eas peruerso usu non ad commonitionem praeceptorum dei sed ad ostentationem sui habere coeperint, ut scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia sancti a populo iudicarentur.

14. Tibi uero seruanti non iam litterae praecepta sed spiritus diuinorum mandatorum memoria spiritualiter excolenda est, cui non tam frequenter recordanda sunt praecepta dei quam semper cogitanda. sint ergo diuinae scripturae semper in manibus et iugiter mente uoluantur. nec sufficere tibi putes mandata dei

8 cf. Num. 15, 37—40 etc. 14 cf. Matth. 23, 5

1 nostram vi^1 2 sequi deb. c^1 3 mittimus *Bzaa*^{1} nitamur evc^1 tibi praec. ab^1 praecipue v 4 putes] potes b^1 possis evi^1c^1 5 et *om.*vi^1 quid uit. sit] sit quidue uit. evi^1c^1 quidue uit. sit *Hartel* 6 disce vi^1 maxime ei^1c^1 enim—est *om.*evi^1c^1 est *om. B* 8 semper] sed a meditare vi^1 omnibus *O* 9 ut] et v 10 quae v q (= quot) z extr.] singulas evi^1c^1 11 habentes v easque] cum ς, *om.*ev coco za^1 toto Bab^1 tota e torta i^1c^1, *om.*v iacinthini e iacintini ab^1a^1 iacinctini *cet.* 12 signiant b^1 insignia evi^1c^1 huc illucque casu ec^1 illucue *Oza*^{1} illucque *cet.* mand.—19 diuin. *om.*v 13 farisei *B* 14 denot.] redarguuntur ei^1c^1 usu et *O* 15 praec.—ostent. *om.*ec^1 ostentionem i^1 ceperunt ab^1 ce(cę e)perant ei^1c^1 16 maioribus obseruationibus ec^1 dilig. *om.*ec^1 populis ec^1 18 uero] *add.* iam a iam seru. non b^1 seruandi i^1 iam] tam i^1, *om.*ec^1 precepta littere c^1 19 spaliter *Ba* est] sit i^1 20 domini evi^1c^1 21 recogitanda (re *exp.* e) evi^1c^1 sint *in mg. B*, *om. Oza*^{1} manibus tuis *O* 22 in mente ς ne evc^1

memoria tenere et operibus obliuisci, sed ideo illa cognosce, ut facias, quicquid faciendum didiceris. non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. latus quidem et immensus diuinae legis 2
campus extenditur, qui diuersis testimoniis ueritatis uelut caelestibus quibusdam floribus uernans mira oblectatione legentis animum pascit ac refouet, quae cognoscere omnia secumque reuoluere semper ingens ad conseruandam iustitiam beneficium est, sed quasi ad compendiosum locum quoddam commonitorium illa tibi euangelii eligenda sententia est et superscribenda cordi tuo, quae ad totius iustitiae breuiarium dominico ore profertur: omnia, quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec et uos facite illis. cuius praecepti uires exprimens 3
iungit ac dicit: haec est enim lex et prophetae. infinitae namque sunt species partesque iustitiae, quas non modo stilo persequi sed cogitatione etiam capere difficillimum est, quas omnes una hac breui sententia comprehendit et latentem hominum conscientiam secreto animi iudicio aut absoluit aut damnat.

15. Ad omnem igitur actum, ad omne uerbum, ad omnem etiam cogitatum haec sententia retractetur, quae tibi quasi speculum quoddam paratum et ad manum semper positum qualitatem tuae uoluntatis ostendat atque etiam uel de iniusto opere coarguat uel de iusto laetificet. quotienscumque enim talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero seruari cupis, aequitatis uiam tenes; quotiens uero talis erga alterum fueris, qualem in te uis neminem, iter iustitiae reliquisti. en totum illud arduum diuinae legis totum- 2

2 Rom. 2, 13 11 . 14 *Matth. 7, 12

1 oper.] moribus *v* cognoscere B^1c^1 4 quidam *O* imm. est evc^1 5 qui] que evc^1 et uelut ec^1 quib. cael. e testibus quib. c^1 7 atque b^1 omnia semper cogn. vi^1 semper reuoluere ec^1 8 semper *om.* vi^1 9 locum *om.* evc^1 10 elegenda est sent. *a* et superscr.—totius] et super astucias *v* quae super astutius e que superans totius c^1 11 domini evi^1c^1 13 cuius—dicit *om.* ς uiris e iuris vc^1 expr.—proph. *om.* evc^1 14 ac] et *a a.c.m2* est *om.* i^1 15 namque *om.* ec^1 16 prosequi ea^1c^1 17 breui hac (ac a^1) una *Oza*^{1} ac $eai^1b^1a^1c^1$ breuis evc^1 19 *pr.* ad omnem—26 reliquisti *om.* evc^1 auctum *B* omne] omnem *a* 20 per spec. *Oza*^{1} 22 ac i^1 iusto i^1 redarguat i^1 23 alterum] altum *a* 24 ab altero in te i^1 26 dereliquisti ς illud *om.* evc^1 diu. leg. ard. evi^1c^1

que difficile, en ob quam dura imperia domino reclamamus et dicimus nos uel difficultate uel impossibilitate mandatorum premi. nec sufficit, quod iussa non facimus, nisi etiam iubentem iniustum pronuntiemus, dum ipsum aequitatis auctorem non modo dura et ardua, sed impossibilia etiam praecepisse conquerimur. omnia, inquit, quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec et uos facite illis. coniungi uult inter nos atque conecti per mutua beneficia caritatem omnesque homines uicario inter se amore copulari, ut id unoquoque praestante alteri, quod sibi ab omnibus praestari uelit, tota iustitia et praeceptum hoc dei communis sit utilitas hominum. et — o miram dei clementiam, o ineffabilem dei benignitatem! — praemium nobis pollicetur, si nos mutuo diligamus, id est, si nobis ea praestemus inuicem, quorum uicissim indigemus; et nos superbo simul et ingrato animo eius renitimur uoluntati, cuius etiam imperium beneficium est.

16. Nulli umquam omnino detrahas et aliorum uituperatione te laudabilem uideri uelis, magisque tuam uitam ornare disce quam alienam carpere. ac semper scripturae memor esto dicentis: noli diligere detrahere, ne eradiceris. pauci admodum sunt, qui huic uitio renuntient, rarumque inuenias, qui ita inreprehensibilem suam uitam exhibere uelit, ut is non libenter reprehendat alienam. tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit, ut etiam, qui procul ab aliis uitiis recesserunt, in istud

5 *Matth. 7, 12 12 cf. Luc. 6, 35 18 *Prou. 20, 13

1 ob quam] ob quae(e) Ob^1 ob quam causam i^1 inquam ec^1 dura] *add.* uel que a domini b^1 2 pre(ae)mii $B, a\,a.c.$ 3 nec] non O 5 etiam impossibilia evi^1c^1 6 quaec. inquit c^1 inquit *om.a* quae B 8 omn.—cop. *om.v* 9 homines *om.O* 10 ius ista $Ba.c.a$ uis ista b^1 uita iusta O iusta za^1 11 hoc] hoc est ei^1, *om.v* dei] domini v utilitatis Bb^1 et *om.v* clementiam domini (*s.l.* dei i^1) evi^1c^1 *alt.* dei *per errorem Hartel om.* 12 dei *om.eva*^{1} uobis B, *om.*i^1 13 mutuo] inuicem evi^1c^1 *alt.* si *om.v* nobis *om.*i^1 14 superbissimo evi^1c^1 15 eius *om.*a^1 etiam *om.*$Bevi^1c^1$ 16 et] nec evi^1c^1 17 uitam tuam aa^1 ordinare evi^1c^1 18 ac] et evc^1 19 admodum] etenim Oza^1 20 rarq; B raroque evi^1c^1 inuenies $Bevi^1c^1$ uit. suam irrepr. ς 21 suam *om.*c^1 exibere B exhiberi Ozb^1a^1 uelint evi^1c^1 is] his Ba, *om.*evi^1c^1 reprehendant evi^1c^1 22 aliena BOz 23 etiam] et v, *om.*b^1

tamen quasi in extremum laqueum diaboli incidant. tu uero ita hoc 2
malum effuge, ut non modo ipsa non detrahas, sed ne alii quidem detrahenti aliquando credas nec obtrectatori auctoritatem de consensu tuo tribuas eiusque uitium nutrias annuendo. noli, inquit scriptura, consentaneus esse cum derogantibus aduersum proximum tuum et non accipias super illum peccatum et alibi: sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam. unde et beatus 3
Dauid diuersas innocentiae species iustitiaeque dinumerans de hac quoque uirtute non tacuit dicendo: et obprobrium non accepit aduersus proximos suos, propter quod ipse non solum aduersatur, sed etiam persequitur detrahentem. ait enim: detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. est sane hoc uitium, quod uel in primis 4
extingui debeat et ab his, qui se sancte instituere uolunt, prorsus excludi. nihil enim tam inquietat animam, nihil est, quod ita mobilem mentem ac leuem faciat quam facile totum credere et obtrectatorum uerba temerario assensu mentis sequi. hinc enim crebrae dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur. hoc est, quod 5
saepe de amicissimis etiam inimicos facit, dum concordes quidem sed credulas animas maliloqui lingua dissociat. at contra magna quies animi magnaque est morum grauitas non temere de quoquam sinistrum aliquid audire. beatusque est, qui ita se contra hoc

4 ? 7 *Eccli. 28, 28 10 Ps. 14, 3 13 Ps. 100, 5

1 ultimum i^1*p.c.m2* diab. laq. evi^1c^1 ita mal. hoc a^1 hoc mal. ita evi^1c^1 3 nec] non a obtrectatoribus evi^1c^1 4 tuo *om.*ς eorumque evc^1 ne eorum i^1 6 aduersus evi^1c^1 suum i^1 non] ne c^1 accipies vi^1 super] per ei^1c^1 7 illos ei^1c^1 ipsum a 9 innoc. *om.*evc^1 que *om.*evc^1 denumerans *O* denunt(c)ians evi^1c^1 11 propterea ς 12 quod et ipse a^1, *om.*i^1 13 prox. suo secr. i^1 14 est] et a hoc] tale hoc evc^1 hoc tale i^1 uel quod *O* quod evc^1 15 debet b^1 his] eis evi^1c^1 sancte se e 16 excludatur e excludebatur c^1 extingui (*in mg. al.* excludi) b^1a^1 *pr.* nil ab^1 enim *om.*c^1 animum evi^1c^1 ita mobilem] tā īmobilem i^1 17 ac *del.* v leuem *om.* v 18 ment. ass. b^1 19 crebro c^1 hinc] huic a 20 de *om.*i^1 de amicis etiam sepe inimicos i^1 fecit v 21 sed] et evc^1 maleloqui *za.c.m2*a^1 maliloqua ς 22 magnaque est] magna quies evc^1 morum ac evc^1 timere vac^1 de quoquam] quicquam e quam vc^1 23 sinistri ei^1c^1 aliquid] malique e mali quid c^1 quid i^1

uitium armauit, ut apud eum detrahere nemo audeat. quodsi esset in nobis haec diligentia, ne passim obtrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent, ne non tam alios quam se ipsos uiles detrahendo facerent. sed ideo hoc malum celebre est, idcirco in multis feruet hoc uitium, quia paene ab omnibus libenter auditur.

17. Adulatorum quoque assentationes et noxia blandimenta fallaciae uelut quasdam pestes animae fuge. nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil, quod tam dulci et molli uulnere animum feriat. unde et sapiens: u e r b a, inquit, a d u l a t o r u m m o l l i a, f e r i u n t a u t e m i n t e r i o r a u e n t r i s. et dominus loquitur per prophetam: p o p u l u s m e u s, q u i b e a t i f i c a n t u o s, s e d u c u n t u o s e t s e m i t a s
2 p e d u m u e s t r o r u m c o n t u r b a n t. in multis isto maxime tempore regnat hoc uitium, quodque grauissimum est, humilitatis ac beniuolentiae loco ducitur. eo fit, ut iam, qui adulari nescit, aut inuidus aut superbus putetur. et sane grande et persubtile artificium laudare alterum in commendatione sui et decipiendo animum sibi obligare decepti, quodque hoc maxime uitio agi solet, fictas laudes certo pretio uendere. quae autem haec tanta est leuitas animi, quae tanta uanitas relicta propria conscientia alienam opinionem sequi et quidem fictam atque simulatam, rapi uento falsae laudationis, gaudere ad circumuentionem suam et illusionem pro
3 beneficio accipere? tu ergo, si uere laudabilis esse cupis, laudem

9 *Prou. 26, 22 11 *Esai. 3, 12

1 eum] deum *O* nemo ei *O* esset haec in nob. *Oab*^{1} haec esset in nob. *v* haec in nob. esset *ς* 3 ne] nec *i*^{1} non *om.c*^{1} semet *i*^{1} detr. *om.v* 4 hoc ideo *a*^{1} ideo *i*^{1} 6 quoque] quippe *B* 7 animae *om.v* 8 nihil est *c*^{1} tam *om.v* ac *ab*^{1} 9 quidam sapiens *i*^{1} uerba inquit] ait uerba *evi*^{1}*c*^{1} 10 inferiora *i*^{1} 11 populе *i*^{1} 12 qui] *add.* te *c*^{1} beat.] *add.* me (*eras.*) *a* seducunt uos *om.a*^{1} 13 dissipant *v* maxime isto *a*^{1} 14 est grau. *evi*^{1}*c*^{1} 15 eo] et ita *evi*^{1}*c*^{1} iam *om.Oevi*^{1}*c*^{1} 16 *pr.* et] est *ev* subtile *evi*^{1}*c*^{1} 17 commenda(*s.l.* ta e)tionem *evi*^{1}*a*^{1}*c*^{1} 18 sibi animum *B* animum sibi animum *b*^{1} decepti (*s.l.* onis) *ȝ* quoque *Bzab*^{1}*a*^{1}, *om.O* hoc maximo *a*^{1} maxime hoc *evc*^{1} solet et *v* 19 ficta laus *BOzab*^{1} uendere] et uendi *O* autem *om.* *evi*^{1}*c*^{1} est tanta leu. *a*^{1} leu. tanta est *i*^{1} 21 quidem] quid ē *Bzaa*^{1} falsae] fallatie *O*, *om.v* 22 adu(*ex* o *B*)lationis *Bi*^{1} ad] atque *ec*^{1} 23 laudes *b*^{1} tandem *i*^{1}

hominum ne requiras illique tuam praepara conscientiam, qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit tibi a deo.

18. Sit igitur animus intentus ac uigilans et aduersus peccata semper armatus, sermo in omnibus moderatus ac parcus et qui necessitatem magis loquendi indicet quam uoluntatem. ornet prudentiam uerecundia, quodque praecipuum in feminis semper fuit, cunctas in te uirtutes pudor superet. diu ante considera, quid loquendum sit, et adhuc tacens prouide, ne quid dixisse paeniteat. uerba tua ponderet cogitatio et linguae officium animi libra dispenset. unde scriptura dicit: argentum et aurum tuum confla et uerbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos et attende, ne forte labaris lingua. numquam maledictio ex ore tuo procedat, quae ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere: misericordes, inquit, humiles, non reddentes malum pro malo neque maledictum pro maledicto sed e contrario benedicentes.

19. Mentiri uero atque iurare lingua tua prorsus ignoret tantusque in te sit ueri amor, ut, quicquid dixeris, iuratum putes. de quo saluator ad discipulos ait: ego autem dico uobis non iurare omnino et paulo post: sit autem sermo uester: est est, non non; quod autem his abundantius est, a malo est. in omni igitur actu omnique

1 I Cor. 4, 5 12 *Eccli. 28, 29—30 16 *I Petr. 3, 8—9 22 Matth. 5, 34 23 Matth. 5, 37

1 ne] non *a* q. i^1*a.c.m2* praep. tuam consc. vi^1 praep. consc. tuam ς et *Ovz, om. cet.* 3 tibi erit *v* erit unicuique *Baa.c., O* 4 dn̄o e 5 sit] sic i^1 animus igitur *O* igitur evi^1c^1 ac] et *z* 6 armatus animus tuus evi^1c^1 mod. in omnibus ab^1 ac]et *B* 7 mag. ind. loq. *v* loq. mag. ind. i^1 pudicitiam ab^1 8 quodque] que quoddam *v* que c^1 prae(e)cipue evc^1 9 ante] autem e 10 sit *om.a* 12 tuum *om.*i^1 13 *pr.* et] in e, *om.*i^1c^1 facite i^1 14 in lingua evi^1c^1 15 numq.—proced. *om.v* maled. ex] malum uerbum de ei^1 uerbum malum de c^1 17 inquit] *add.* modesti evi^1c^1 18 sed] et i^1 20 ergo *B* et *O* 21 ueritatis evi^1c^1 iuramentum *Bab*^{1} 22 ad disc.] discipulis *B* 24 *alt.* non *om.*c^1 25 *pr.* est *om.a* a *s.l.m2a* omnique] atque evi^1c^1

uerbo quieta mens et placida seruetur semperque cogitationi tuae dei praesentia occurrat. sit humilis animus ac mitis et aduersus sola uitia erectus; numquam illum aut superbia extollat aut
2 auaritia inflectat aut ira praecipitet. nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet, quae in dei habitaculum praeparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata uirtutibus. ideo et templum dei sanctorum corda dicuntur affirmante apostolo, qui ait: s i q u i s t e m p l u m d e i u i o l a u e r i t, d i s p e r d e t i l l u m d e u s. t e m p l u m e n i m d e i s a n c t u m e s t, q u o d e s t i s u o s.

20. Nihil habeas humilitate praestantius nihilque amabilius; haec est enim praecipua conseruatrix et quasi custos quaedam uirtutum omnium. nihil est, quod nos ita et hominibus gratos et deo faciat, quam si uitae merito magni, humilitate infimi simus. propter quod scriptura dicit: q u a n t o m a g n u s e s, t a n t o t e h u m i l i a, e t c o r a m d e o i n u e n i e s g r a t i a m et deus loquitur per prophetam: s u p e r q u e m a l i u m r e q u i e s c a m n i s i s u p e r h u m i l e m e t q u i e t u m e t t r e m e n-
2 t e m u e r b a m e a? uerum tu eam humilitatem sequere, non quae ostenditur atque simulatur gestu corporis aut fracta uoce uerborum, sed quae puro affectu cordis exprimitur. aliud est enim uirtutem habere, aliud uirtutis similitudinem; aliud est rerum umbram sequi, aliud ueritatem. multo illa deformior est

5 cf. Eph. 2, 22 9 I Cor. 3, 17 16 *Eccli. 3, 20 18 *Esai. 66, 2

1 placita c^1 2 animus tuus i^1 et mitis ac i^1 mitis] mentis b^1 3 aut au. inf. *om.* evc^1 5 nih. den. pulchr. *om.* evc^1 6 quam *O* quae i^1 7 distincta *om.* *v* 8 ideo] unde *O* templa i^1 templi *a* 9 quis autem e^1 12 nihilque] nihil i^1 13 obseruatrix evi^1c^1 omn. uirt. Oa^1 14 nihilque evi^1c^1 et hom. ita *B* *pr.* et] ab i^1 15 magnae humilitatis evi^1 16 tanto *om.* $BOevi^1c^1$ humilia te in omnibus $Bevai^1b^1c^1$ 17 dominus evi^1c^1 18 per] ad b^1 20 sermones meos ei^1c^1 uerumtamen eam i^1 uerum tamen e uerumptamen c^1 ueram tamen *v* 21 atque] aut c^1 fracta—affectu] fractura b^1 22 *pr.* aliud—simil. *om.* *v* enim est BOa 23 *alt.* aliud] *add.* enim i^1 24 umbras ei^1c^1 uitatem i^1 uirtutem Bb^1, *a a.c.m2* def. illa *s* est *om.* *O*

superbia, quae sub quibusdam humilitatis signis latet. nescio quo enim modo turpiora sunt uitia, cum uirtutum specie celantur.

21. Nulli te umquam de generis nobilitate praeponas nec obscuriores quasque et humiliore loco natas te inferiores putes. nescit religio nostra personas nec condiciones hominum sed animos inspicit, seruum et nobilem de moribus pronuntiat. sola apud deum libertas est non seruire peccatis, summa apud eum nobilitas clarum esse uirtutibus. quid apud deum in uiris nobilius Petro? quid in feminis beata Maria illustrius, quae fabri sponsa describitur? sed illi piscatori et pauperi caelestis regni a Christo creduntur claues, haec sponsa fabri illius meruit esse mater, a quo ipsae claues datae sunt. elegit enim deus ignobilia et contemptibilia huius mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. nam et alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum uniuersi paris honoris et eiusdem apud deum pretii sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti, nec interest, qua quis condicione natus sit, cum omnes in Christo aequaliter renascamur. nam etsi obliuiscimur, quia ex uno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia per unum omnes regeneramur.

22. Caue, ne, si ieiunare et abstinere coeperis, te putes esse iam sanctam. haec enim uirtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. magisque id prouidendum est, ne tibi hoc, quod licita con-

5 cf. Act. 10, 34; Rom. 2, 11; Eph. 6, 9 11 cf. Matth. 16, 19 12 cf. I Cor. 1, 28 18 cf. Hebr. 2, 11 19 cf. 1 Petr. 1, 3

1 sub] super i^1 quo enim *Bab*^{1} enim quo *cet.* 2 cum (*s.l.* quam) *z* quae *ς* 3 nulli te nunquam *b*^{1} ulli numquam te *B* neque *evi*^{1}*c*^{1} obsc.] pauperiores *evc*^{1} 4 quasque] quasi *c*^{1} et *om.evi*^{1}*c*^{1} humiliori *evc*^{1} inferiores te *ec*^{1} 5 pers. accipere *et* insp. singulorum *evi*^{1}*c*^{1} 7 lib. est] lib. *Bab*^{1} est (*s.l.*) nobilitas *v* ap. eum (dn *del.*, eum *a*) *Ba*, *Oa.c.* est ap. eum *Op.c.* ap. eum est i^1b^1 ap. deum *ec*^{1} ap. deum est *v* est ap. deum *z* nob. est *ec*^{1} 8 uirt. esse *B* Petro] *add.* qui piscator fuit *evi*^{1}*c*^{1}, *B* (*om.* qui *in mg.*) *add.* qui piscator et pauper fuit *ς* 9 beata] *add.* et gloriosa *O*, *add.* et gloriosa uirgine *za*^{1} beata maria ill. fuit *evc*^{1} ill. fuit beata maria i^1 quae *om.Bab*^{1} sponsa fabri *vi*^{1} 10 sed et illi (et *s.l.m2*) *a* cael. regni] ecclesie celestis *O* donantur *evc*^{1} 11 mer. esse mat. ill. *evi*^{1}*c*^{1} 12 eligit *v* enim *om. B* et cont. *om.i*^{1} 13 ac] et *c*^{1} 14 abduceret *z* duceret *v* 15 eius *ab*^{1} 16 sint] sunt *v* 17 in Chr. aeq.] inequaliter xpo i^1 renascimur *v* 19 mem. semper *ab*^{1} 20 et abst. *om. B* et]atque i^1 aut *evc*^{1} iam esse *ς* esse *om.ab*^{1} 21 uirtutis *b*^{1} 22 id] ad *a* quod] cum *evi*^{1}*c*^{1} contem(p)nas *vi*^{1}

temnis, securitatem quandam illicitorum faciat. quicquid supra iustitiam offertur deo, non debet impedire iustitiam sed adiuuare. quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? quam laudem merebimur de pallore ieiunii, si inuidia liuidi simus? quid uirtutis habet uinum non bibere et ira atque
2 odio inebriari? tunc, inquam, praeclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus a uitiis. immo, qui probabiliter ac scienter abstinentiae uirtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animae frangant superbiam, ut quasi de quodam fastigio contemptus sui atque arrogantiae descendat ad implendam dei uoluntatem, quae maxime in humilitate perficitur. idcirco a uariis ciborum desideriis mentem retrahunt, ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutum. iamque minus ieiuniorum et abstinentiae laborem caro sentit anima esuriente
3 iustitiam. nam et uas electionis, cum castigat corpus suum et in seruitutem redigit, ne aliis praedicans ipse reprobus inueniatur, non ob solam, ut quidam imperiti putant, hoc efficit castitatem; non enim huic tantummodo sed omnibus omnino uirtutibus abstinentia opitulatur. neque magna aut tota apostoli gloria est non fornicari, sed hoc agit, ut castigatione corporis erudiatur animus, quantoque nihil ex uoluptatibus concupiscit, tanto magis possit de uirtutibus cogitare, ne perfectionis magister imperfectum in se aliquid ostendat, ne Christi imitator extra praeceptum quicquam ac uoluntatem Christi faciat neue minus exemplo quam uerbo doceat, cumque

15 cf. Act. 9, 15 cf. I Cor. 9, 27

1 supra iust.] pro iustitia *evc*^{1} 2 deo] pro deo *Oza*^{1}, *om.B* iuuare *evi*^{1}*c*^{1} 3 enim i^1 attenuari *v* intumescit (—sc̄ *B*) *Bab*^{1} 4 de pallore *om.ec*^{1} 5 sumus *Oeab*^{1}*a*^{1}*c*^{1} 6 odio atque ira *v* 7 atque] et *O* ieiuniis *z* mundus *evc*^{1} 8 qui] quę *ei*^{1} que c^1 quam *v* abst.—eo *om.ab*^{1} 9 tenent ideo *v* tenentes (s *s.l. B*) *BOza*^{1} carnem *om.v* quod (d *exp.*) *a* frangunt i^1 frang̃t *ep.c.* 10 fastidio *O* 11 descendit *a a.c.* descendant *Oevi*^{1}*c*^{1}, *a p.c.* domini *evi*^{1}*c*^{1} in hum. max. *B* 12 a *om.v* retraunt *Ba* retrahant i^1 13 uirtutis i^1 14 lab. iei. et abst. sentit caro *B* laborem *om.ai*^{1}*b*^{1} esurientem c^1 15 elect. paulus *evi*^{1}*c*^{1} dum *v* 16 inu.] efficiatur *ec*^{1} effi (*exp.*) i^1 17 ob] ad *ς* imperite *ab*^{1} effecit *v* facit i^1 18 omnino *om.evc*^{1} opit. abst. *v* 19 gloria] gratia *O* 20 castigationem c^1 an. erud. *v* ut erud. an. i^1 21 nil e tantoque i^1 22 al. in se i^1 23 ac] aut *vb*^{1} 24 Christi *om.ab*^{1} neue—doceat *om.evc*^{1}

aliis praedicauerit, ipse reprobetur audiatque cum pharisaeis: dicunt enim et non faciunt.

23. Apostolici uero et praecepti est et exempli, ut curemus non conscientiae tantum sed etiam famae. non superfluum et a fructu uacuum gentium magister hoc docet; uult enim etiam extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, ut religionem ipsam religionis disciplina commendet. et ideo sicut luminaria in mundo lucere nos iubet in medio nationis prauae et peruersae, ut incredulae mentes errantium ex nostrorum actuum lumine ignorantiae suae tenebras deprehendant. unde et ipse ad Romanos ait: 2 prouidentes bona non solum coram deo sed etiam coram hominibus et alibi: sine offensione estote Iudaeis et gentibus et ecclesiae dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo non quaerens, quod mihi utile est, sed quod multis. beatus est, qui tam sancte tamque grauiter disposuit uitam suam, ut de eo sinistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo nec fingere quisquam ausus est, quod a nullo putat esse credendum. quodsi id assequi difficile atque nimis arduum est, saltem hanc 3 nostrae adhibeamus uitae diligentiam, ne malae mentes occasionem inueniant detrahendi, ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersum nos sinistrae famae conflentur. alioquin frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si eis ipsi obtrectandi materias ministramus. si autem nobis diligenter atque sollicite omnia ad honestatem prouidentibus cunctisque actibus nostris timorem dei praeferentibus illi nihilo minus insaniunt, consoletur nos conscientia nostra, quae tunc maxime tuta est, tunc optime secura est, cum ne occasionem quidem

1 cf. I Cor. 9, 27 2 Matth. 23, 3 3 cf. Rom. 12, 17 7 cf. Phil. 2, 15 11 *Rom. 12, 17 12 *I Cor. 10, 32—33

1 reprob. a domino *BOzab*^{1}*a*^{1}, *qui reliquam epistulae partem omittunt* 3 *pr.* et *om.i*^{1} curemus] habeamus rationem ς 4 *alt.* non *i*^{1}, *om. cet.* 5 hoc *i*^{1}, *om. cet.* etiam enim *ep.c.* 6 perficere *i*^{1} ut] et *ec*^{1} 7 commendat *ec*^{1} et ideo—10 depreh. *om.v* 10 et *i*^{1}, *om. cet.* 14 et *i*^{1}, *om. cet.* placebo *i*^{1} 15 est] sit *i*^{1} 16 que *om.i*^{1} 17 nec *v* 20 atque *i*^{1} ac *cet.* 21 adh. uitae nostrae *vc*^{1} habeamus uitae nostrae e 22 aduersum *i*^{1} -sus *cet.* 23 famae flamma confletur ς alioqui ς 24 ipsis *i*^{1} materiam ς

4 male de se sentiendi dedit. illis enim u a e dicitur per prophetam, q u i d i c u n t, q u o d b o n u m e s t, m a l u m, q u i l u c e m a p p e l l a n t t e n e b r a s e t, q u o d d u l c e e s t, a m a r u m u o c a n t. nobis ergo saluatoris aptabitur sermo: b e a t i e s t i s, c u m u o b i s m a l e d i x e r i n t h o m i n e s m e n- 5 t i e n t e s. nos modo id agamus, ut male de nobis nemo loqui absque mendacio possit.

24. Ita habeto domus sollicitudinem, ut aliquam tamen uacationem animae tribuas. eligatur tibi oportunus et aliquantulum a familiae strepitu remotus locus, in quem tu uelut in portum 10 quasi ex multa tempestate curarum te recipias et excitatos foris co-
2 gitationum fluctus secreti tranquillitate componas. tantum ibi sit diuinae lectionis studium, tam crebrae orationum uices, tam firma et pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac uacatione compenses. nec hoc ideo dicimus, quo 15 te retrahamus a tuis; immo id agimus, ut ibi discas ibique mediteris, qualem tuis te praebere debeas.

25. Familiam tuam ita rege et confoue, ut te matrem magis tuorum quam dominam uideri uelis, a quibus benignitate potius quam seueritate exige reuerentiam. fidelius et gratius semper obsequium 20 est, quod ab amore, quam quod a metu accipitur. praecipue autem in coniugio uenerabili atque immaculato apostolicae regulae ordo teneatur.

26. Seruetur in primis uiro auctoritas sua totaque a te discat domus, quantum illi honoris debeat. tu dominum illum obsequio 25 tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra tanto ipsa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. c a p u t enim, ut ait apostolus, m u l i e r i s e s t u i r; nec aliunde magis reli-
2 quum corpus ornatur quam ex capitis dignitate. unde idem alibi

1 *Esai. 5, 20 4 *Matth. 5. 11 22 cf. Hebr. 13, 4 27 1 Cor. 11, 3. cf. Eph. 5, 23

1 enim *om.ec*^{1} 3 appell.] dicunt c^1 4 apt. salu. *v* 5 mal. uob. c^1 6 id *om.ς* 8 ita habeto] et habetur *v* soll. dom. *ς* 9 et *om.v* aliquantum *ς* 11 quasi *om.v* 12 ibi] tibi i^1c^1 diuinae sit c^1 15 facile *om.ec*^{1} quo] ut *v* 16 te *om.c*^{1} 17 praebere te *codd. praeter* i^1 18 magis matrem *v* 19 potius] magis c^1 21 *pr.* quod *om.*i^1 accip.] proficiscitur *ς* 25 quantum—27 futura *om.v* dom. illum *scripsi* illum dom. *ς* illum *codd.* 27 quanto i^1 quantum *cet.*

dicit: mulieres, subditae estote uiris, sicut oportet in domino. sed et beatus Petrus ait: similiter autem mulieres subditae sint uiris, ut et, si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant. si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniugii, quanto magis reddendus est Christianis!

27. Atque ut ostendat, quibus ornamentis etiam uiris iunctae feminae decorare se debeant, ait: quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut uestimentorum cultus, sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu dei locuples. sic enim aliquando et sanctae mulieres sperantes in domino ornabant se subiectae propriis uiris, sicut Sara oboediebat Abrahae dominum suum uocans. haec autem 2
praecipiens non eas iubet squalere sordibus et horrentibus pannorum assumentis tegi, sed immoderato cultui et nimis exquisito interdicit ornatui simplicemque commendat ornatum atque habitum, de quo et uas electionis ait: similiter autem et mulieres in habitu ornato cum uerecundia et sobrietate ornantes se non in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel ueste pretiosa, sed, quod decet mulieres, promittentes castitatem per opera bona.

28. Repperi uero te miro fidei ardore succensam aliquot iam ante annos continentiam proposuisse et reliquum uitae tuae tempus

1 Col. 3, 18 2 *1 Petr. 3, 1 9 *1 Petr. 3, 3—6 21 cf. Act. 9, 15 *1 Tim. 2, 9—10

2 petrus apostolus c^1 4 mulieris i^1 5 lucrefiant c^1 etiam *om.* v 6 detur i^1 quanto] quam t^1 9 decorare se *scripsi* decorari se vi^1 decorari cc^1 debeant decorari e quarum] aut enim qualis e non sit i^1 11 qui *om.* i^1 13 ac cc^1 qui] quod e 14 sicut i^1 15 subiectis c^1 17 suum] eum c^1 18 squalore vi^1 19 indumentis v sed] et i^1 cultu c^1 20 commendet i^1 21 *alt.* et *om.* e 22 ornatae e, *om.* i^1 23 se *om.* i^1 24 aut *om.* i^1 27 mire i^1 mire c^1 aliquos v

pudicitiae consecrasse. magni hoc animi signum et perfectae uirtutis indicium est: renuntiare subito expertae uoluptati, fugere notas carnis illecebras et calentis adhuc aetatis flammas fidei
2 ardore restinguere. sed illud quoque simul didici, quod me non mediocriter angit ac stimulat, te uidelicet tantum hoc bonum absque consensu et pacto uiri seruare coepisse, cum huic apostolica omnino interdicat auctoritas, quae in hac dumtaxat causa non modo uxorem uiro sed etiam uirum uxoris subiecit potestati. uxor, inquit, sui corporis potestatem non habet, sed uir. similiter autem et uir potestatem non
3 habet sui corporis, sed mulier. tu uero quasi oblita foederis nuptialis pactique huius ac iuris immemor inconsulto uiro uouisti domino castitatem. sed periculose promittitur, quod adhuc in alterius potestate est, et nescio, quam sit grata donatio, si unus offerat rem duorum. multa iam per huiusce modi ignorantiam et audiuimus et uidimus scissa coniugia, quodque recordari piget, occasione castitatis adulterium perpetratum. nam, dum una pars
4 se etiam a licitis abstinet, altera ad illicita delapsa est. et nescio, in tali causa quis magis accusari, quis amplius culpari debeat, utrum ille, qui repulsus a coniuge fornicatur, an illa, quae repellendo a se uirum eum fornicationi quodam modo obiecit. atque, ut super hac causa, quid ueritas habeat, agnoscas, pauca mihi de diuina auc-
5 toritate ponenda sunt. apostolicae doctrinae regula nec cum Iouiniano aequat continentiae opera nuptiarum nec cum Manicheo coniugia condemnat. ita uas electionis ac magister gentium inter utrumque temperatus incedit ac medius, ut et remedium incontinentiae indulgeat et ad praemium prouocet continentiam. totusque in hac causa eius hic sensus est, ut ex utriusque sententia proponatur castitas aut certe ab utroque debitum commune soluatur.

9 *I Cor. 7, 4 25 cf. Act. 9, 15. II Tim. 1, 11

1 magnum ec^1 3 calentes i^1 4 amore i^1 quoque *om.* i^1 5 ac] et c^1 6 seruari i^1 hinc c^1 hoc i^1 7 omnino *om.* ec^1 8 uiro *om.* v 9 non habet pot. e 10 et *om.* i^1 *alt.* uir—sed *om.* c^1 sui corp. non habet e 13 cast. dom. v 14 grata sit i^1 si] et i^1 17 praeparatum i^1 18 a licitis] ab inlicitis v 19 amplius] magis c^1 21 eum *om.* i^1 quod. m. obicit forn. c^1 obicit ec^1 23 reg. est v nec] ne i^1 24 aequet i^1 cum continentia op. nupt. v continentiam operi nuptiali c^1 nec] ne i^1 26 et *om.* i^1 innocentie v 28 eius] et i^1

29. Sed ipsa iam apostoli uerba ponamus totamque hanc causam a sui principio retractemus. loquitur ad Corinthios: de quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere. et quamquam hic laudauerit castitatem, tamen, ne aliquibus uideatur prohibere coniugia, subiungit: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat ⟨et unaquaeque suum uirum habeat⟩. uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. mulier autem sui corporis potestatem non habet, sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. nolite fraudare inuicem. ac rursus, ne 2 tanta pro nuptiarum parte dicendo uideretur excludere castitatem, sequitur: nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi. et statim quasi recusat hoc, quod dixit, 'ad tempus', ne non tam perpetuam quam temporalem et breuem continentiam docere uideatur. ait enim: propter incontinentiam uestram; hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. unde 3 hoc, quod dixit, 'ad tempus' docet meditationem debere fieri castitatis, ut per certa interualla temporum quasi exploratis continentiae suae uiribus sine periculo uterque promittant, quod semper est ab utroque seruandum. quid absolute uelit, manifeste dicit: uolo autem omnes homines esse sicut me ipsum, id est in iugi ac perpetua castitate.

30. Uidesne, quam caute, quam prouide, quam sine ullius occasione scandali magister firmauerit de castitate sententiam nolens tantum bonum in unius temeritate nutare, quod ligare et confir-

2 I Cor. 7, 1 6 *I Cor. 7, 2—5 14 I Cor. 7, 5 17 I Cor. 7, 5—6 24 I Cor. 7, 7

2 loquitur] *add.* enim i^1, *add.* autem c^1 7 et unaquaeque suum uirum habeat *add.* ς, *om. codd.* 9 *pr.* autem *om.* c^1 *alt.* autem *om.* ec^1 10 pot. sui corporis i^1 12 fraudari e rursum c^1 15 recuset ec^1 16 et]ac *v* 17 uideretur e enim *om.* ec^1 18 dico non i^1 20 fieri debere c^1 22 utrique i^1c^1 promittunt i^1 promittat *v* semper ab utroque est seru. *v* ab utroque est seru. semper c^1 ab utroque seru. i^1 23 quid autem i^1 quid uero ς uelut *v* 24 omnes hom.] uos omnes i^1 25 cast. uiuere i^1 27 firmauerat *v*

mare debet consensus amborum? et re uera quid ea castitate firmius est quidue tutius, quam quae ex duorum coepta sententia ab utroque uel in commune seruatur nec de se tantum pars altera sollicita mutuo se ad uirtutis admonet perseuerantiam? hoc enim sicut alia quoque bona non tantum coepisse sed perfecisse laudandum
2 est. iam dudum, ut intellegis, scopuloso difficilique in loco uersatur oratio nec audet in alterutram declinare partem, dum aequaliter utrumque formidat, sed ex nostra difficultate tuum agnosce discrimen; malumus enim contristare te forsitan uera dicendo quam ficta adulatione decipere. duplex, ut uides, malum, aequale et anceps periculum est: ex utroque artaris, ex utroque constringeris. contemnere omnino uirum atque despicere aperte contra apostoli sententiam est; prodere uero tanti temporis castitatem et deo non
3 reddere, quod promiseras, timendum atque metuendum est. ut uulgo dicitur, facile ex amico inimicum facies, cui promissa non reddas. sic enim scriptura dicit: quodsi uotum uoueris domino deo, ne moreris reddere illud, quia quaerens quaeret illud dominus deus tuus abs te et erit tibi in peccatum. ait ergo: debitam honorificentiam uiro exhibe, ut ex utroque domino debitum, quod
4 uouisti, reddere possis. de cuius conscientia non diffidimus, si paululum expectasses: non quod te a bono castitatis retrahamus, sed huius animum ad castitatis oraculum totis uiribus incitemus, ut uoluntarium sacrificium offerat deo in odorem suauitatis, ut exuta mens a cunctis retinaculis mundanis atque corporalibus uoluptatibus sit et ualeatis plenius inhaerere dominicis praeceptis. quod tamen, ne quid a nobis negligenter esse dictum arbitreris, diuinarum scripturarum testimoniis edocuimus, sicut etiam apostolus dicit:

16 *Deut. 23, 21 24 cf. Eph. 5, 2 etc.

2 sent. est i^1 3 uelut v alt. pars i^1 4 ammonet vc^1 animet i^1 7 oratio *om.* i^1 declinasse i^1 9 maluimus c^1 mallemus vi^1 te contr. i^1 forsan v tibi uera v tua uera i^1 10 decipere v laudare ec^1, *om.* i^1 13 perdere $i^1 a.c.m2$ uero] uiro ec^1 14 atque met. *om.* v 15 ex] de ec^1 facias ec^1 16 reddes v, $i^1 a.c.m2$ sic v sicut *cet.* uou. uot. v 17 ne] non v 18 quaeret *Engelbrecht* quaerit *codd.* tuus *om.* vi^1 19 et *om.* i^1 tibi] enim i^1 aut ec^1 at i^1 20 deb. dom. i^1 quo i^1 22 quo e 26 sit *om.* vi^1 et] ut v, *om.* i^1 ualeas v 27 esse *om.* v 28 edoceamus $i^1 p.c.m2$ sicut] sic v

et erunt duo in carne una; iam non una caro, sed unus spiritus.

31. Hoc sacramentum magnum est arduumque est iter castitatis, sed magna sunt praemia uocatque nos dominus in euangelio dicens: uenite, benedicti patris mei, possidete praeparatum uobis regnum ab origine mundi. idem ipse dominus dicit: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris; iugum enim meum suaue est et onus meum leue. dicit enim idem dominus 2 his, qui ad sinistram eius erunt: discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo et angelis eius. nescio uos, operarii iniquitatis. ibi erit fletus et stridor dentium. illi utique omnes plangent illique lugebunt, qui ita se curis uitae praesentis inuoluunt, ut obliuiscantur futuram, quos somno quodam ignorantiae et malae securitatis oppressos fluctibus domini comprehendet aduentus. unde ipse in euangelio ait: attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae, ne forte superueniat in uos repentina dies illa; tamquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terrae, et rursum: uigilate et orate; nescitis enim, quando tempus sit. 3

32. Beati sunt, qui ita expectant, ita illum speculantur diem, ut se ad eum cotidie praeparent, qui non de praeterita sibi iustitia blandientes secundum apostolum per dies singulos in uirtute

1 Gen. 2, 24. *I Cor. 6, 16. cf. Eph. 5, 31 2 cf. I Cor. 6, 17 3 cf. Eph. 5, 32 5 *Matth. 25, 34 7 *Matth. 11, 28—30 13 *Matth. 25, 41 15 *Luc. 13, 27—28 20 *Luc. 21, 34—35 26 Marc. 13, 33 30 cf. II Cor. 4, 16

3 iter est ec^1 8 ref. uos i^1 12 meum *om.*c^1 dicet ec^1 enim *om.*ec^1 13 his] iis *v* 16 erit ibi *v* 17 illique] illi ς et *v* 18 curis se ς presentis uite *v* 20 domini] diu i^1 24 loquens c^1 enim *om.*i^1 28 ita exp. ita *om.v* 29 ad eum *om.*ec^1 iust. sibi *v*

renouantur. iustitia enim non proderit ei, a qua die iustus esse desierit, sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas sua a die, quo
2 se ab iniquitate conuerterit. nec sanctus ergo securus esse debet, quamdiu in huius uitae agone uersatur, nec desperare peccator, qui secundum praedictam prophetae sententiam una die iustum se efficere potest. sed totum, quo tenditur, spatium uitae tuae ut peragere possis iustitiam, nec de praeterita iustitia confidens remissior efficiaris, sed, sicut dicit apostolus: posteriora obliuiscens, ad ea autem, quae anteriora sunt, me extendens ad destinatum persequar bra-
uium supernae uocationis sciens scriptum esse cordis
3 inspectorem deum. et idcirco satagit, ut animam mundam habeat a peccato. propter quod scriptum est: omni custodia serua cor tuum et iterum: diligit dominus munda corda, accepti autem sunt ei omnes immaculati. idcirco age, ut ordines reliquum tempus uitae tuae sine offensa, ut possis secure canere cum propheta: perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae et iterum: introibo ad altare dei, ad deum, qui laetificat iuuentutem meam, quia non inchoasse sufficit, sed perfecisse iustitia est.

1 cf. Ezech. 18, 26—28 8 *Phil. 3, 13—14 11 cf. Prou. 24, 12
12 cf. Ps. 50, 4 13 Prou. 4, 23 14 *Prou. 22, 11 17 Ps. 100, 2 19 Ps. 42, 4

1 enim iusti *v* a quo die *v* a die qua c^1 esse *om.* c^1 5 praed. *om.v*
uno *v* se eff. iust. e 6 tuae *om.v. add.* est ς 8 sed *om.* i^1 ap.dicit ec^1
10 me] se i^1 persequor *v* 12 deum] esse deum c^1 ideo i^1 a pecc. hab. *v*
14 dom. dil. c^1 corda munda ec^1 15 sunt autem ec^1 16 tuae] sue i^1
17 secura ec^1 20 inch. non *v*

CXLIX.

DISPUTATIO DE SOLLEMPNITATIBUS PASCHAE.

1. De sollempnitatibus et sabbatis et neomeniis quae in lege a domino praecipiuntur obseruari, tuae karitatis imperio cogente dicturi, quid secundum litteram reprobari uel quid spiritaliter obseruari debeat, prius cogimur amatoribus litterae aduersariisque ueritatis respondere. quos cum meo iure possim repercutere, magis 2 eos blande leniterque alloquens ad agnitionem ueritatis uenire cupio, qui, cum radicum amaram corticem ruminare cupiunt, poma expuunt pulueremque auri mirantes formata metalla despiciunt, quia, etsi secundum litteram legis obseruari cuncta contendunt, uelamine posito super faciem Moysi spiritus ueritatis luce illuminari nequeunt. quos, etsi ueritati non adquieuerint, hirci tamen more 3 emissarii humero nostrae patientiae ⟨portare uolumus⟩ parati ad satisfactionem de ea, quae in nobis est, fide ad heremum suae perditionis et lauare postea uestimenta, ne contagione heretici sensus polluti remaneant.

2. Nos autem in initio huius opusculi exemplo Hieremiae docti euellere prius, destruere et postea plantare et aedificare proponimus de scripturis prius ostendere cupientes, quomodo hae feriae domini, quae praecipiuntur lege seruari, non umbra sed spiritali obseruantia celebrantur. et si qui inbecillitatis nostrae auctoritatem parui pendere uoluerint, prophetas audiant, qui prouido patrocinio prouidentes harum reprobationem euangelii tempore uoce aperta prae-

11 cf. II Cor. 3, 13—16 13 cf. Leu. 16, 20—26 14 cf. I Petr. 3, 15 19 cf. Hier. 1, 10

β = Vaticanus lat. 642 s. XI—XII.

in nomine $\overline{\text{di}}$ patris et filii et $\overline{\text{sps}}$ $\overline{\text{sci}}$ incipit disputatio $\overline{\text{sci}}$ ieronimi de sollempnitatib; paschę *β*

Hanc disputationem ex β primus inter epistulas Hieronymi edidit Vallarsius, ceterum eam Hieronymi non esse ipse fatetur

3 *alt.* et *om. Vall.* 5 litt.] *add.* quid (*exp.*) *β* 7 meo iure *Vall.* eo in se *β* 9 amarum *Vall.* 11 quia] qui *Vall.* 13 hyrci *β* 14 portare uolumus *addidi, om. β* 16 perdic. *β* 18 inicio *β* 24 reprobationum *Vall.* aperta uoce *Vall.*

dixerunt, immo in eis domino praeloquente: dies festos uestros et neomenias et sabbata odit anima
2 mea. et haec se dominus non mandasse pronuntiat, cum ipsum in lege haec praecepisse manifestum est. in quibus uerbis quid aliud ostenditur, ⟨quam⟩ quod cum Christo finis legis aduenerit, ea secundum litteram custodiri non mandauerit? de sacrificiis autem per alium prophetam loquitur: non in sacrificiis tuis arguam te. holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper, non accipiam de domo tua uitulos neque de gregibus tuis hircos et reliqua usque
3 aut sanguinem hircorum potabo. quibus uerbis apostolus eodem spiritu repletus conueniens ait: nemo uos seducat in esca aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbati, quod est umbra futurorum et reliqua. quibus uerbis luculentissime declarat, ⟨quod⟩ in his siue diebus temporaliter siue escis carnalibus obseruatis nihil aliud quam uanissimam umbram et erroris sedi-
4 tionem inuenire poterit. et dominus Iesus Christus in euangelio sabbatum soluere declarauit, cum paralytico praeceperat: tolle grabbatum tuum, quod lege prohibitum — uidelicet onera in sabbato portari — manifestum est. soluit et scenopegiam, quando dicebat: non ascendam ad diem festum hunc, ac si dixisset: in hac huius festiuitatis obseruantia honoris mei gloria non ascendet.

3. De pascha autem tamquam maximo sacramento salutis nostrae paulo latius aliquid dicturus, etiamsi non est huius temporis cuncta disserere, prius ostendere uolo, quibus uel quantis rationibus phase domini custodiri praecipitur. mense primo, Xo die mensis agnus anniculus inmaculatus segregari et seruari usque ad XIIIIam

1 *Esai. 1, 13—14 5 cf. Rom. 10, 4 7 Ps. 49, 8—9 11 Ps. 49, 13 12 *Col. 2, 16—17 18 cf. Ioh. 5, 1—16 19 Ioh. 5, 8 20 cf. Ex. 20, 10 22 *Ioh. 7, 8 28 cf. Ex. cap. 12

1 proloquente *Vall.* 3 pronunciat β 5 quam *addidi, om.* β 9 non—uitulos *in* β *omissa esse falso contendit Vall.* 10 hyrcos β 11 hyrcorum β 16 quod *addidi, om.* β 17 nichil β 19 paralitico β 20 honera^{am} β 21 scenophegiam^{am} β 24 ascendā $\beta a.c.$ 29 annic. *ex* agnic. β usque ad XIIII et in XIIII β usque ad XIII. et XIV. *Vall.*

et in XIIIIa a domino per Moysen occidi praecipitur ab uniuerso coetu filiorum Israhel ad uesperum. quas rationes ipse dominus, 2
uerus agnus, cum ad uesperum pascha progreditur, aliquas permanere uolens custodiuit, aliquas non seruari cupiens commutauit. qui cum in primo mense secundum praeceptum legis immolari dignatus est et XIIII. nullo modo praeuenire suae passionis tempora permisit, aliqua tamen contra figuram fecisse narrat euangelium, quia, cum a Iuda traderetur Iudaeis, non Xo die mensis primi tentus est. et cum sui corporis et sanguinis sacramenta dare in sua uita et discipulis suis dignatus fuerit, hoc contra figuram fecisse monstratur, cum ille agnus, qui in typo Christi pascha occidi praecipitur, assatus igni cum capite et pedibus et interaneis post suam occisionem consumi a populo mandaretur. hoc autem, ut mihi uidetur, propter 3
duas rationabiles causas dominus fecisse cognoscitur, ne, cum pascha cum discipulis manducaret, nisi postea sacrificium commutasset dicens: h o c e s t c o r p u s m e u m, sic etiam postea obseruari debere crederetur. haec autem altera, ut opinor, causa, ut, ⟨cum⟩ corpus domini integrum et suum sanguinem in se continens ante passionem cernerent, hoc corpore spiritaliter refici crederent, et sic etiam nunc a nobis credi debeat. et hoc etiam intueri debemus, 4
quod non in XIIIIa die ad uesperum, ut lex praecipit, ille a g n u s d e i, q u i t o l l i t p e c c a t a m u n d i, et p a s c h a n o s t r u m i m m o l a t u s e s t C h r i s t u s, sed XVa die, in quo manifestum est diem festum Iudaeorum cum suo sacrificio a domino esse solutum. sed quid in hoc intelligere debemus, quod prius figuralis agni 5
carnes comedere et postea sui corporis cibo nostros apostolos reficit et post Iudaeorum typicum pascha immolatus est Christus? hoc, ut opinor, non ut ueritas figuram, sed figura ueritatem praecederet, quia n o n p r i u s, q u o d s p i r i t a l e, s e d q u o d a n i m a l e, d e i n d e, q u o d s p i r i t a l e, unde electa et amica sponsa Christi, uniuersalis ecclesia, anathematizat eos, qui cum Iudaeis in festi-

8 cf. Matth. 26, 26—28 16 Matth. 26, 26 21 *Ioh. 1, 29 22 I Cor. 5, 7 27 cf. I Cor. 5, 7 29 *I Cor. 15, 46

1 praec. per M. occ. *Vall.* 6 XIII. *Vall.* 8 $\bar{n}$ $\overset{o}{X}$ β (*minime* X *ex XI ut Vall. refert*) 11 qui *scripsi* igitur β 12 interaneis *scripsi* interaneas β interanea *Vall.* 17 cum *addidi, om.* β 21 non] nox β 25 figurał (= figuralis) β figurat *Vall.* 26 comedēre = comederunt cybo β 28 ueritatem *ex* -tes β 30 spiritale unde (*non* animale uxor, *ut Vall. contendit*) *etiam* β

uitate paschali XIVa celebrari definiunt et sabbata et cetera huius modi umbralis obseruantiae, et hoc tantum obseruare dignatus est [quod] dominus, ut in primo mense post XIIIIam diem paschalem festiuitatem praecedente una sabbatorum celebrari sine ulla ambiguitate censuerit, licet in hoc ueritas ecclesiae orta est, aliis sufficere credentibus, ut non in XIIIIa cum Iudaeis pascha celebrarent, alii autem hoc fortiter cauteque custodiant, ut immolationem ueri agni dei, qui tollit peccata mundi, ante XIIIIam celebrare non audeant secundum illud legale praeceptum, quod et dominus ad passionem ueniens minime contempsit: obseruabitis eum usque ad XIIIIam, quae nunc maxime ecclesia auctori-
6 tatem sedis apostolicae sequens obseruat. sed haec deserentes, quia non est huius temporis per singula discuti, ad spiritalem intelligentiam mentis aciem commutamus, quibus praecipitur mense nouorum XIIIIa die mensis paschalis agni carnes comedere, ut nobis nascentibus ob bonorum operum fructus, cum decalogi a nobis uerba completa fuerint, in euangelii perfectione quaterno numero consistentes carnes nostri agni in uespere mundi, in quos finis saeculorum peruenit, non tenebratis cordibus spiritu sancto noctem nostram illuminante comedamus.

4. De sabbato. VI diebus operari praecipitur, in VIIo autem, hoc est sabbato, ab omni opere seruili prohibemur. per senarium autem numerum perfectio operum designatur, quia VI diebus fecit deus caelum et terram. in sabbato autem omne opus seruile, hoc est peccatum, operari prohibemur, quia, qui facit peccatum, seruus est peccati, ut, cum in praesenti saeculo perfectionem operum compleuerimus non obdurantes corda nostra, in ueram requiem, quae contumacibus denegata est, peruenire mereamur domino per Dauid dicente: si intrabunt in requiem meam.

2 De quinquagesima. Ab altero die sabbati VII ebdomadas plenas numerare nobis lege praecipitur usque ad alteram diem expletionis

8 cf. Ioh. 1, 29 10 *Ex. 12, 6 18 cf. I Cor. 10, 11 21 cf. Ex. 31,15 Leu. 23, 3 23 cf. Ex. 31, 17 25 Ioh. 8, 34 26 cf. Hebr. 4, 3. 7 29 *Ps. 94, 11 30 cf. Leu. 23, 15—16

1 difiniunt β 2 modi *om.Vall.* 3 quod *seclusi* 7 autem *om.Vall.* 13 non *s.l.*β 14 conuertamus *Engelbrecht* 18 quo *Vall.* 21 de sabbato et β*Vall.* 24 $\bar{\text{d}}$s β dominus *Vall.* 26 peccatū $\beta a.r.$ praecenti $\beta a.c.$ 30 de quinquagesimo ab β*Vall.*

ebdomadae VIIae, id est quinquagesimum diem, in quo primitiae offeruntur; quae denumeratio perfectionis plena per septenarium numerum et quinque decies et X quinquies. in hoc significari puto, ut per quinquagenarium, qui remissionem in se continet, ⟨et⟩ per karitatem, quae septiformi spiritu gratiae superueniente diffusa est in cordibus nostris, et quinque nostri corporis sensus legi dei subditos habeamus. quae uerba decalogum in se continent 'et per karitatem', 3 ut dixi, quae caritas operit multitudinem peccatorum, et sic sacrificium nouum domino ex omnibus habitationibus nostris in usum nostri sacerdotis cum pacificis nostris uictimis cedentes offerimus, si cum domino pacem fecerimus offerentes spiritales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum, qui panes primitiarum terrae nostrae etsi fermentatos tamen sibi consecratos comedit sibi pontifex, qui caelum penetrans possit compati infirmitatibus nostris, et, cum apud patrem aduocatum habeamus eum, opera, quae fermento fragilitatis nostrae fermentata in usum huius sacerdotis manu orationis eleuata cedent, per uiscera misericordiae deuorat, quae odorem suauitatis deo praebent, sed magis indulgentiam exigunt.

5. De scenopegia et in fine anni solaris. Apud Hebraeos item VIIo mense, quando congregantur fructus in horrea siue in cellaria, tunc sollempnia celebrare lege praeceptum est, id est primo die tubarum, Xa die expiationum celebrare debere sabbata et a quinta decima die per dies VII, usquedum finiantur, VIIIuo tabernaculorum feriae esse praecipiuntur. his autem fortasse significare 2 potest, ut, quia nos in fine saeculi trinae inuocationis sacramento simus consecrati, tuba praedicationis euangelii fidem et aspersionem

4 cf. Leu. 25, 10 5 cf. Rom. 5, 5 7 cf. Gal. 5, 14 8 I Petr. 4, 8 9 cf. Leu. 23, 16—17. 19—20 11 cf. I Petr. 2, 5 13 cf. Leu. 23, 17. 20 14 cf. Hebr. 4, 14—15 15 cf. I Ioh. 2, 1 17 cf. Col. 3, 12 18 cf. Leu. 23, 18 21 cf. Ex. 23, 16. Leu. 23, 39 22 cf. Leu. 23, 24 23 cf. Leu. 23, 27 cf. Leu. 23, 39 27 cf. I Petr. 1, 2

3 significari *Engelbrecht* —re *β* 4 et *addidit Engelbrecht, om.β* 4 *et* 7 karitatem, *sed* 8 caritas *β* 7 quae uerba] *scil.* 'et per karitatem' 8 ut dixi] *scil. lin. 4* 13 primic. *β* 16 eum *Engelbrecht* cum *βVall.* 20 scenophegia *βVall.* solaris apud *sine interpunctione Vall.* item *scripsi* idem *β* 23 expiationum *scripsi* expletionum *β* a *om.Vall.* 25 significari *Engelbrecht* 27 consecrati (ti *in ras. m2*) *β*

sanguinis Iesu Christi, in qua uera propitiatio est, finito legis tempore dicere non cessemus et congregatis bonorum operum fructibus ab omni opere malo quieti per septiformis spiritus gratiam persecutione sustentata in octauae beatitudinis numerum peruenire mereamur. quod tamen per ieiunii et orationis laborem fieri non est dubium, quia et affligi animas lege praecipitur.

6. De neomeniis. In neomenia bucinare tuba praecipitur, id est noua luna, quia, qui in lumine scientiae inluminatus est, praedicare aliis cessare non debet, quod Paulus scientiae Christi fulgore illuminatus obseruare minime contempsit praedicans in synagogis Iudaeorum.

2 De sacrificiis pauca dicere decreueram, quae, cum hostiae ueri pontificis in se figuram continent, a nobis etiam domino spiritaliter offerri debent. per uitulum enim labor noster, per ouem innocentia, per hircum mortificatio fornicariae uoluptatis, per capram, quae in sublimi pastu pascitur, uita theorica, per arietem uis praedicationis, quae agnos bono pastori generat, per turturem castitas solitariae mentis nemini praeter Christum iunctae, per columbam perspicacia intuitus sacramentorum, per panem soliditas praeceptorum, per similam sinceritas uitae, per uinum et sal ueritas praedi-
3 cationis, per oleum fomenta karitatis intelliguntur. quae omnia siue festa siue sacrificia in uno loco celebrari et offerri lex iubet, quia tunc omnia prosunt, cum in unitate ecclesiae sine ullo scismatis errore peraguntur. haec pauca in abysso multa legis praecepta disserens hanc sorbitiunculam diuiti pauper, peregrinus ciui praebere non timui, quia perfecta dilectio foras mittit timorem, credens etiam hoc, o uenerabilis papa, quod plus ualet

1 I Ioh. 2, 2 3 cf. II Tim. 4, 18 cf. Matth. 5, 10 6 cf. Leu. 23, 27 7 cf. Ps. 80, 4 24 cf. Ps. 35, 7 26 *I Ioh. 4, 18

1 qua β quo *Vall.* propic. β 2 cessemus *Engelbrecht* —amus β 3 quieti β quiete *Vall.* 4 sustentata β substenta *Vall.* 8 in lumine] inluminatione *Engelbrecht* inl., *sed* 10 ill. β 11 Iudaeorum. De sacrificiis *om.Vall., qui postea lacunam neglegentia sua ortam coniectura supplere uoluit* 14 innocentiā β 15 hyrcum β 16 pastu *om.Vall.* uis *scripsi* autem β fecunditas '*aut certe quid simile*' *coni. Vall.* 17 turturem castitas *praebet codex, non* uirtutem castitatis, *ut Vall. refert, cuius coniectura non differt a codicis lectione* 19 perspicatia β 24 legus $\beta a.c.$ deserens β 25 sorbic. β cibi β 26 quia *om.Vall.*

obedientia cum fide quam facultas humani ingenii. haec autem et a te postulata et a me dicta sunt propter eos, qui, cum in superficie Christiani uideantur, per Iudaici sensus impietatem corpus Christi ecclesiam suis scismatibus scindere non metuunt. haec sub breuitate transcurrimus, quae si per omnia tractarentur, grande uolumen poscerent, quod non huius temporis otium exigit. ora pro me, uenerabilis papa. 4

CL.

Epistulae Procopii Gazaei ad Hieronymum, non Stridonensem, sed alium quendam Aegyptium saeculo posteriorem, Graece scriptae uersionem Latinam cur in hanc editionem non receperim, non est quod exponam. nihilo minus numerum editionis Vallarsianae non deleui.

CLI.

AD RIPARIUM.

Domno uere sancto et suscipiendo fratri Ripario Hieronymus.

1. Fortiter te contra hereticos dimicasse et domini uicisse certamina multorum aduenientium relatione cognoui. non solum enim Gallias et Italiam, sed et Palaestinae urbem celeberrimam suis fraudibus periuriisque maculant habentes patronum et consortem magistri sui, quem dominus Iesus interfecit spiritu oris sui et omnibus reliquit exemplum, quam periculosum sit catholicae fidei resistere et ecclesiae cupere fundamenta subuertere.

6 n̄ (= non) *praebet codex, non* in, *ut Vall. refert, qui pro* in huius *legere uult* maioris 7 papa] *add.* explicit disputatio de sollēpnitatibus *β*

20 cf. II Thess. 2, 8

$\mathfrak{P}$ = *Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
e^1 = *Escorialensis & I 4 s. XII.*

Hanc epistulam primus edidit D. D. de Bruyne, Revue Bénédictine XXVII (1910) p. 3 (= Br.)

15 dompno e^1 iheronimus *codd.* 16 uicisse] *add.* sentencia e^1 17 aduenientia $\mathfrak{P}$ 18 gallias $\mathfrak{P}$ galliam sed e^1 19 consortes e^1 20 interficiet e^1 spiritus $\mathfrak{P}$ 21 reliquid *codd.* 22 eglesie $\mathfrak{P}$

2. Tua autem sanctitas ubinam sit futura uel utrum adhuc in urbe uersetur, scire non possum. ut saltim rara scriptio per annos singulos non pereat, sed coeptas in Christo amicitias mutuis epistulis frequentemus: nos sanctae ⟨ac⟩ uenerabilis uirginis Christi Eustochiae repentina dormitio admodum contristauit et paene conuersationis nostrae mutauit statum, dum quoque, quae uolumus, multa non possumus et mentis ardorem superat inbecillitas senectutis.

3. Sancti fratres, qui mecum sunt, plurimum te salutant. sanctum filium meum Theonem diaconem commendo dignationi tuae et quaeso, ut mihi super omni conuersatione et statu tuo uel, ubi disponas uiuere, familiaria scripta transmittas. incolumem ⟨te⟩ et memorem mei Christi, dei nostri, tueatur clementia, domne uere sancte et suscipiende frater.

CLII.

AD RIPARIUM.

Domno uere sancto et multum suscipiendo et desiderando fratri Ripario Hieronymus.

Multum mihi gaudii praestitit sancti et uenerabilis Innocenti presbyteri aduentus, quod et tuas mihi litteras tradidit et te fidei calore feruentem etiam suis sermonibus indicauit. de furore autem Iuliani et sociorum eius Pelagiique naeniis et garrulitate Celestii magnopere non cures, quorum alter propria uerbositate

1 tua *Br.* tu *codd.* 2 saltem *Br.* 4 frequentemus *Br.* — mur *codd.* ac *add. Br., om. codd.* 5 eustocie *codd.* Eustochii *Br.* contristabit 𝔓 6 poene e^1 mutabit 𝔓 permutauit e^1 quoque *om.* e^1, *hic desinit* 𝔓 10 diachonem e^1 dignationis e^1 11 statu tuo *Br.* statuto e^1 13 te *add. Br., om.* e^1

𝔓 = *Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
e^1 = *Escorialensis & I 4 s. XII.*

Hanc epistulam primus edidit D. D. de Bruyne, Revue Bénédictine XXVII (1910) p. 3—4 (= *Br.*)

17 dompno e^1 desiderando et suscipiendo e^1 18 iheronimus *codd.* 19 uenerabilis] *add.* uiri e^1 Innocentii *Br.* 21 indicabit 𝔓 furore] futuro e^1 22 pellagiique e^1 23 Celestii *Br.* celestini 𝔓 celestis in e^1 magno opere e^1

blasphemat, alius emendicatis uerbis loquitur. nec eorum scriptis, 2
quae ignoro, moueor, cum sciam uoluntatem quidem blasphemiae pessimam, sed uires prudentiae et eloquentiae non habere praecipueque sanctarum scripturarum notitiam, quae sunt fidei firmamentum et ius ecclesiastici fori auctoritasque maiorum. tamen, si scripserint et in meas aliquid peruenerit manus, ut non superbe loquar, sed sim par insaniae eorum, omnia elucubrata uolumina eadem uerbositate et una forsitam lucubratiuncula et dictatione confutanda reor. quod autem ad scribendum cohor- 3
taris, graue asello uetulo imponis onus. nos enim et acumen ingenii et uires corporis penitus deseruerunt, quas adsidua morborum debilitate perdidimus. incolumem te et mei memorem Christi, dei nostri, tueatur clementia, domne uere sancte et multum desiderande frater.

CLIII.

AD BONIFATIUM.

Beatissimo papae Bonifatio Hieronymus.

Quantum gaudii super ordinatione pontificatus tui sancto 1
Innocentio presbytero et nuntium et litteras tuae beatitudinis perferente susceperim, ambigere non potest tua reuerentia, cum olim mutuo iungamur affectu et ante coeperimus nos amare quam nosse interiorque homo ita sibi coniunctus sit, ut ex-

1 emendatis e^1 2 mobeor 𝔓 sciam] *add.* non e^1 4 noticia e^1 5 et ius *Br.* eius *codd.* eglesiastice 𝔓 fori] fieri e^1 7 superue 𝔓 elugubrata e^1, *post* uerbositate *transponi uult Engelbrecht* 8 uerbositatem 𝔓 una] humana e^1 forsitan *Br.* foram e^1 lugubratiucula (*sic*) e^1 lucubraticula 𝔓 9 dictionem 𝔓 confutanda *Br.* —dam *codd.* quohortaris 𝔓 coartaris e^1 10 asello *om.* e^1 honus e^1 accumen e^1 11 poenitus e^1 deserunt 𝔓 assidua e^1 adsidue 𝔓 moruorum 𝔓 12 deuilitate 𝔓 debilitatem e^1 incolomem 𝔓 mei] nomen e^1 13 clementiam 𝔓

𝔓 = *Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*

Hanc epistulam primus edidit D. D. de Bruyne, Revue Bénédictine XXVII (1910) p. 4—5 (= Br.)

17 iheronimus 𝔓 18 gaudiis 𝔓 20 referentia 𝔓

2 terioris hominis damna non sentiat. haec sola res dolorem nostrum super dormitione sanctae ac uenerabilis uirginis Christi Eustochiae mitigauit, nisi quod et in hoc tristitia non minor sit, quod tanto nobiscum priuata sit gaudio. quo enim illa, si hoc in corpore constituta audire meruisset, gestisset gaudio, quibus precibus et gratiarum actione Christi clementiam flagitasset, quod sanctum ac uenerabilem parentem suum apostolicae 3 cathedrae successorem esse didicisset! infans Paula, quae in tuis nutrita est manibus, quasi pignus sanctae ac uenerabilis memoriae Laetae nostris est inposita ceruicibus; quod onus utrum ferre ualeamus, domini est scire, quem futura non fallunt, in nobisque nihil opis est praeter sanctam uoluntatem, quae non rerum 4 effectu sed desiderio animi conprobatur. obsecro reuerentiam tuam, ut quasi ad tuos semper adscribas et nos proprie super profectu et honore reuerentiae ⟨tuae⟩ gaudere cognoscas. certe sanctus ac uenerabilis Innocentius presbyter beatitudini tuae poterit indicare, quantum in ipso maerore gaudii ceperimus et quomodo, si fieri posset, tuis cuperemus haerere conplexibus.

[Item.]

5 Propria manu quod scribo, beatitudini tuae scribo. sentiant heretici inimicum te esse perfidiei et oderint, ut a catholicis plus ameris, et executor atque conpletor sis sententiae praecessorum tuorum nec patiaris in episcopali nomine hereticorum patronos atque consortes.

1 haec] ec ℙ 2 hac uenerabili ℙ 3 eustocie ℙ Eustochii *Br.* mitigabit ℙ 4 tanta ℙ quo *Br.* quod ℙ 5 gestisse ℙ 7 ac] hac ℙ 9 quasi *scripsi* qui ℙ, *deleuit Br.* ac] hac ℙ 12 opis *Engelbrecht* operis *Br.* oris ℙ 13 effecto ℙ 14 tuos ⟨nos⟩ *Engelbrecht* 15 tuae *add. Br., om.* ℙ 17 ipsi ℙ 19 item *a librario additum esse uidit Br.* 21 hoderint ℙ 22 adque ℙ sis *Br.* si ℙ 24 adque ℙ

CLIV.

AD DONATUM.

Domno sancto et multum suscipiendo Donato Hieronymus.

1. Scriptum est: multa flagella peccatorum, quae nos et merito sustinuisse et sustinere testamur, dummodo proficiant in futuram salutem. hereticorum autem pectora non posse purgari ego testis sum, cui decretum est numquam paenitentiae eorum credere. ad hoc enim simulant caritatem, ut, quos per inimicitias occidere non potuerunt, per fictas amicitias interficiant. pectora eorum plena sunt uenenis et — secundum quod optime locutus es — 'nec Aethiops mutare pellem nec pardus uarietates suas.' tamen credimus in Christi miseri- 2
cordiam, quod domnus meus sanctus et uenerabilis episcopus Bonifatius eradicet eos spiritu Christi, cui debemus ignoscere, si in principiis suis offert caritatem et per clementiam suam et mansuetudinem seruare conatur, qui tamen numquam curandi sunt. uere dicam, quod sentio: in his hereticis illud exercendum est Dauiticum: in matutinis interficiebam omnes peccatores terrae. delendi sunt, spiritaliter occidendi, immo Christi mucrone truncandi, qui non possunt per emplastra et blandas curationes recipere sanitatem.

2. Sanctae et uenerabilis domnae Eustochiae nos uehementer dormitio contristauit, quam in ipso confessionis ardore sciatis spiritum reddidisse, libentiusque habuit et rem famili-

4 *Ps. 31, 10 11 cf. Hier. 13, 23 18 *Ps. 100, 8

$\mathfrak{P}$ = *Escorialensis & I 14 s. VIII—IX.*
o^1 = *Escorialensis a II 3 s. X.*

Hanc epistulam post P. G. Antolin, qui solo codice o^1 usus est, ex utroque codice edidit D. D. de Bruyne, Revue Bénédictine XXVII (1910) p. 5—6 (= Br.)

6 proficiant] *add.* et o^1 7 decretum] creditum o^1 9 per fectas inimi (ci *s. l.*) tias o^1 10 interficient $\mathfrak{P}$ 11 obtime *codd.* etiopis $\mathfrak{P}$; *add.* potest *Br.* 12 pardos $\mathfrak{P}$ 18 dabiticum $\mathfrak{P}$ Dauidicum *Br.* 20 non *om.* o^1 21 blanda scrutationes $\mathfrak{P}$ 22 eustocie *codd.* Eustochii *Br.* ueementer $\mathfrak{P}$ 23 contristabit $\mathfrak{P}$ pso $\mathfrak{P}$

arem et domum suam dimittere et honorata exilia sustinere quam hereticorum conmunione maculari.

3. Sanctum filium meum Mercatorem ut meo obsequio salutes precor et moneas, ut ostendat ardorem fidei et detestetur eos, qui suspicione aliqua Pelagianae hereseos maculati sunt. praecipueque obsecro, ut sanctos filios meos Marcum, Ianuarium, Primum, Restitutum, Traianum, omnes conmilitones in domino salutes, quorum aliena perditio fuit causa salutis. ego autem et maerore et longa aetate confectus et frequentibus morbis fractus uix in haec pauca uerba prorupi.

8 cf. Phil. 1, 28

1 honorata exilia *Engelbrecht* onera et exilia *Br.* honeratu ex alia *codd.* 3 ut] et o^1 4 hostendat *codd.* 6 marchum $\mathfrak{P}$ ianarium $\mathfrak{P}$ ianuarianum o^1 7 restitum o^1 8 perdictio o^1 autem *om.* o^1 9 morbi o^1 factus *codd.*


HILBERG, Sancti Eusebii Hieronymi Epistulae 1-154
Sancti Eusebii Hieronymi. Epistulae
9 783700 126027